APOLOGETICUS TRIPARTITUS PRO DIUO AUGUSTINO, TRIPLICI EPISTOLA, PER...

Charles Moreau, Josè Maria Fonseca de Evora, Louis Spirinx

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

APOLOGETICVS TRIPARTITVS

PRO

DIVO AVGVSTINO,

TRIPLICI EPISTOLA,

per modum Libelli ſupplicis, oblatus Summo Pontifici, Supremæ Pariſiorum Curiæ, & Generali Eremitani Ordinis,

IN QVO MVLTÆ QVÆSTIONES Curioſæ de D. Auguſtino eiuſque Ordine ſolidè ſimul, & facetè ſoluuntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Opera, & ſtudio Fratris Renati Equitis Gallobelgici.

Renes veſtros præcingetis, & Calceamenta habebitis in pedibus veſtris. Exod. 12.

Est Conventus Sti. Nicolai Tolent. de Urbe

M. D. CXLV.

Digitized by Google

Digitized by Google

SVBSISTE LECTOR tantulum, & quid iſtic cauſæ actitetur, aduorte pauculis.

QVONIAM tota litis motæ iuſtaque deciſio pendet à plena informatione cauſæ coram Summo Pontifice, & Generali Ordinis, & Bullæ Diſcalceatorum, vel approbatione, vel reiectione, per Supremæ Curiæ Senatores faciunda: hinc eſt quod Author huius Apologetici, libellum hunc ſupplicem tribus diſtinctis Epiſtolis, ad Summum Pontificem, Supremam Curiam, & Generalem Ordinis directis, vt tribus huius cauſæ legitimis Iudicibus ſimul dedicat: Quas Lectorem non curſim perſtringere, ſed attentè perpendere, operæ pretium erit, ſola rei de qua agitur inſpecta veritate. *Sicubi indignitas meruerit ſuggillari, non erit delibatione tranſfunctoria expugnatio. Congreſſionis luſionem deputa, Lector, ante pugnam. Oſtendam, ſed* Tertull. cont. Valent. c.6.

Digitized by Google

non imprimam vulnera. Si & ridebitur alicubi, materiis ipſis ſatisfiet, Multa ſunt ſic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Vanitati propriè feſtiuitas cedit. Congruit & veritati ridere, quia lætans; de æmulis ſuis ludere, quia ſecura eſt curandum planè ne riſus eius rideatur, ſi fuerit indignus. Cæterum vbicumque dignus riſus, officium eſt. Ride, Lector in riſu dignis, per me licet, ſed iocoſa ne præpone ſeriis. Solida te delectent magis, quàm ludicra, ſed ſi ſuis condîta ſalibus, propriiſque ſit exſaporata leporibus eſculentorum ſubſtantia, palato iucundior, & ſtomacho, gratior influit. Vtrumque præſto, & legendi famem exacuo; dum tibi cibos hac arte paratos appono, Scripturæ ſacræ, Bullarum Pontificum, veterum Patrum, & rationum pondere penſiles. Et quid ſolidum niſi quadrum? Et quo ſtat veritas niſi cubo? Inſuper & grata ſi ſapis varietate, iocorumque permixtorum Eutra-
Epheſ. 4. pelia, *Non ſcurrilitate ad rem impertinente*, lepidos attempero. Et quid iucundum, niſi diuerſum? Cæterum ſi cui delicatulus ocellulus, nimio veritatis ſplendore perſtringitur, ſi cui ſtomachus de ciborum qualitate, vel quantula quantitate nauſeat, id ſuæ, ni deſipit, debilitati imputabit. Si quid tandem

dem typis indignum cenſebitur, igni dedatur. Vel ſic ſecundo edatur in lucem, id vnum rogo; ne obliuionis cineri tradatur: Diuum Auguſtinum nunquam Excalceatum fuiſſe, aut de inſtituendo Diſcalceatorum Ordine cogitaſſe, vel quidquam ipſorum Obſeruantiæ ſimile in ſua Regula præſcripſiſſe.

Digitized by Google

VIVÆ VOCIS ORACVLVM,

quo B. Memoriæ, Sixtus Papa IV. permittit Fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini ſe verbo, ac ſcripto tueri, contra impugnatores eiuſdem Ordinis, & veritatem Regulæ, & habitus, ipſis negare volentes; & Libros de ea Materia liberè ſcribere, publicare, vendere, & largiri, ipſis, & pro ipſis, eſſe licitum declarat.

Ex literis originalibus Raphaëlis Cardinalis S. Georgij Ordinis Fratrũ Eremit. S. Aug. prot. quæ aſſeruãtur Romæ in Archiuio Ord. n. 3. & ex Bullar. Ord. pag. 324.

RAPHAEL, *Miſeratione Diuina Sancti Gregorij ad velum aureum S. R. E. Diaconus Cardinalis, Domini Papæ Camerarius, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Protector, omnibus ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem in Domino.*

Cura, & officium noſtræ protectionis expoſcit, vt his quæ bonum ſtatum, promotionem, & augmentum dicti Ordinis concernunt, & præcipuè quæ ad conſcientiarum ſecuritatem pertinere videntur pro poſſe inuigilemus, &c.

ſuper

Digitized by Google

ſuper quibus, viuæ vocis Oraculo Domini Sixti Papę IV. vt ſecundùm noſtram conſcientiam, & voluntatem prouideremus, diſpenſaremus, ſuſpenderemus, declararemus, concerneremus, & concederemus, habuimus, & obtinuimus. Harum igitur ſerie literarum prædicta facultate nobis conceſſa, ſic omnia prædicta determinauimus, &c. Declarantes authoritate prædicta quod prohibitio in Apoſtolicis literis contenta ſolùm ſe extendat ad negantes, ſeu contradicentes de Inſtitutione Religionis, ſeu de habitu Canonicorum Regularium, ac contra eos publicè diſputantes, & prædicantes: Non autem ad aſſerentes, & affirmantes de inſtitutione habitus prædictorum Fratrum Eremitarum, nec de eiuſdem habitus eiſdem, & Ordini prædicto per eundem Beatum Auguſtinum conceſſione; ac quod eodem habitu Eremitarum prædictorum ipſe Beatus Auguſtinus indutus, & vſus fuerit, & quod cum ipſo eodem habitu per eoſdem Fratres Ordinis Eremitarum depingi fiat, aut depingatur, &c. & quod poſsint & priuatè reſpondere, & ſe defendere in iudicio, & extra iudicium: & quod Libri, & tractatus per eoſdem Fratrum Ordinis Eremitarum, & pro eorum parte, & defenſione contra eoſdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcum-

Digitized by Google

VIVÆ VOCIS ORACVLVM,

quo B. Memoriæ, Sixtus Papa IV. permittit Fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini ſe verbo, ac ſcripto tueri, contra impugnatores eiuſdem Ordinis, & veritatem Regulæ, & habitus, ipſis negare volentes; & Libros de ea Materia liberè ſcribere, publicare, vendere, & largiri, ipſis, & pro ipſis, eſſe licitum declarat.

Ex litteris originalibus Raphaëlis Cardinalis S. Georgij Ordinis Fratrũ Eremit. S. Aug. prot. quæ aſſeruãtur Romæ in Archiuio Ord. n. 3. & ex Bullar. Ord. pag. 324.

RAPHAEL, *Miſeratione Diuina Sancti Gregorij ad velum aureum S. R. E. Diaconus Cardinalis, Domini Papæ Camerarius, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Protector, omnibus ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem in Domino.*

Curæ, & officium noſtræ protectionis expoſcit, vt his quæ bonum ſtatum, promotionem, & augmentum dicti Ordinis concernunt, & præcipuè quæ ad conſcientiarum ſecuritatem pertinere videntur pro poſſe inuigilemus, &c.

ſuper

ſuper quibus, viuæ vocis Oraculo Domini Sixti Papæ IV. vt ſecundùm noſtram conſcientiam, & voluntatem prouideremus, diſpenſaremus, ſuſpenderemus, declararemus, concerneremus, & concederemus, habuimus, & obtinuimus. Harum igitur ſerie literarum prædicta facultate nobis conceſſa, ſic omnia prædicta determinauimus, &c. Declarantes authoritate prædicta quod prohibitio in Apoſtolicis literis contenta ſolùm ſe extendat ad negantes, ſeu contradicentes de Inſtitutione Religionis, ſeu de habitu Canonicorum Regularium, ac contra eos publicè diſputantes, & prædicantes: Non autem ad aſſerentes, & affirmantes de inſtitutione habitus prædictorum Fratrum Eremitarum, nec de eiuſdem habitus eiſdem, & Ordini prædicto per eundem Beatum Auguſtinum conceſſione; ac quod eodem habitu Eremitarum prædictorum ipſe Beatus Auguſtinus indutus, & vſus fuerit, & quod cum ipſo eodem habitu per eoſdem Fratres Ordinis Eremitarum depingi fiat, aut depingatur, &c. & quod poſsint & priuatè reſpondere, & ſe defendere in iudicio, & extra iudicium: & quod Libri, & tractatus per eoſdem Fratrum Ordinis Eremitarum, & pro eorum parte, & defenſione contra eoſdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcum-

Digitized by Google

VIVÆ VOCIS ORACVLVM,

quo B. Memoriæ, Sixtus Papa IV. permittit Fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini ſe verbo, ac ſcripto tueri, contra impugnatores eiuſdem Ordinis, & veritatem Regulæ, & habitus, ipſis negare volentes; & Libros de ea Materia liberè ſcribere, publicare, vendere, & largiri, ipſis, & pro ipſis, eſſe licitum declarat.

Ex literis originalibus Raphaëlis Cardinalis S. Georgij Ordinis Fratrũ Eremit. S. Aug. prot. quæ aſſeruãtur Romæ in Archiuio Ord. n. 3. & ex Bullar. Ord. pag. 324.

RAPHAEL, *Miſeratione Diuina Sancti Gregorij ad velum aureum S. R. E. Diaconus Cardinalis, Domini Papæ Camerarius, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Protector, omnibus ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem in Domino.*

Cura, & officium noſtræ protectionis expoſcit, vt his quæ bonum ſtatum, promotionem, & augmentum dicti Ordinis concernunt, & præcipuè quæ ad conſcientiarum ſecuritatem pertinere videntur pro poſſe inuigilemus, &c.

ſuper

Digitized by Google

ſuper quibus, viua vocis Oraculo Domini Sixti Pape IV. vt ſecundùm noſtram conſcientiam, & voluntatem prouideremus, diſpenſaremus, ſuſpenderemus, declararemus, concerneremus, & concederemus, habuimus, & obtinuimus. Harum igitur ſerie literarum prædicta facultate nobis conceſſa, ſic omnia prædicta determinauimus, &c. Declarantes authoritate prædicta quod prohibitio in Apoſtolicis literis contenta ſolùm ſe extendat ad negantes, ſeu contradicentes de Inſtitutione Religionis, ſeu de habitu Canonicorum Regularium, ac contra eos publicè diſputantes, & prædicantes: Non autem ad aſſerentes, & affirmantes de inſtitutione habitus prædictorum Fratrum Eremitarum, nec de eiuſdem habitus eiſdem, & Ordini prædicto per eundem Beatum Auguſtinum conceſſione; ac quod eodem habitu Eremitarum prædictorum ipſe Beatus Auguſtinus indutus, & vſus fuerit, & quod cum ipſo eodem habitu per eoſdem Fratres Ordinis Eremitarum depingi fiat, aut depingatur, &c. & quod poſſint & priuatè reſpondere, & ſe defendere in iudicio, & extra iudicium: & quod Libri, & tractatus per eoſdem Fratrum Ordinis Eremitarum, & pro eorum parte, & defenſione contra eoſdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcum-

VIVÆ VOCIS ORACVLVM, quo B. Memoriæ, Sixtus Papa IV. permittit Fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini ſe verbo, ac ſcripto tueri, contra impugnatores eiuſdem Ordinis, & veritatem Regulæ, & habitus, ipſis negare volentes; & Libros de ea Materia liberè ſcribere, publicare, vendere, & largiri, ipſis, & pro ipſis, eſſe licitum declarat.

Ex literis originalibus Raphaëlis Cardinalis S.Georgij Ordinis Fratrũ Eremit. S. Aug. prot. quæ aſſeruãtur Romæ in Archiuio Ord. n.3.&ex Bullar. Ord.pag. 324.

RAPHAEL, *Miſeratione Diuina Sancti Gregorij ad velum aureum S. R. E. Diaconus Cardinalis, Domini Papæ Camerarius; Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Protector, omnibus ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem in Domino.*

Curæ, & officium noſtræ protectionis expoſcit, vt his quæ bonum ſtatum, promotionem, & augmentum dicti Ordinis concernunt, & præcipuè quæ ad conſcientiarum ſecuritatem pertinere videntur pro poſſe inuigilemus, &c.

ſuper

Digitized by Google

ſuper quibus, viuæ vocis Oraculo Domini Sixti Papę IV. vt ſecundùm noſtram conſcientiam, & voluntatem prouideremus, diſpenſaremus, ſuſpenderemus, declararemus, concerneremus, & concederemus, habuimus, & obtinuimus. Harum igitur ſerie literarum prædicta facultate nobis conceſſa, ſic omnia prædicta determinauimus, &c. Declarantes authoritate prædicta quod prohibitio in Apoſtolicis literis contenta ſolùm ſe extendat ad negantes, ſeu contradicentes de Inſtitutione Religionis, ſeu de habitu Canonicorum Regularium, ac contra eos publicè diſputantes, & prædicantes: Non autem ad aſſerentes, & affirmantes de inſtitutione habitus prædictorum Fratrum Eremitarum, nec de eiuſdem habitus eiſdem, & Ordini prædicto per eundem Beatum Auguſtinum conceßione; ac quod eodem habitu Eremitarum prædictorum ipſe Beatus Auguſtinus indutus, & vſus fuerit, & quod cum ipſo eodem habitu per eoſdem Fratres Ordinis Eremitarum depingi fiat, aut depingatur, &c. & quod poßint & priuatè reſpondere, & ſe defendere in iudicio, & extra iudicium: & quod Libri, & tractatus per eoſdem Fratrum Ordinis Eremitarum, & pro eorum parte, & defenſione contra eoſdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcum-

Digitized by Google

VIVÆ VOCIS ORACVLVM, quo B. Memoriæ, Sixtus Papa IV. permittit Fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini ſe verbo, ac ſcripto tueri, contra impugnatores eiuſdem Ordinis, & veritatem Regulæ, & habitus, ipſis negare volentes; & Libros de ea Materia liberè ſcribere, publicare, vendere, & largiri, ipſis, & pro ipſis, eſſe licitum declarat.

Ex literis originalibus Raphaëlis Cardinalis S.Georgij Ordinis Fratrũ Eremit. S. Aug. prot. quæ aſſeruãtur Romæ in Archiuio Ord. n.3.&ex Bullar. Ord.pag. 324.

RAPHAEL, *Miſeratione Diuina Sancti Gregorij ad velum aureum S. R. E. Diaconus Cardinalis, Domini Papæ Camerarius, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Protector, omnibus ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem in Domino.*

Cura, & officium noſtræ protectionis expoſcit, vt his quæ bonum ſtatum, promotionem, & augmentum dicti Ordinis concernunt, & præcipuè quæ ad conſcientiarum ſecuritatem pertinere videntur pro poſſe inuigilemus, &c.

ſuper

ſuper quibus, viuæ vocis Oraculo Domini Sixti Papę IV. vt ſecundùm noſtram conſcientiam, & voluntatem prouideremus, diſpenſaremus, ſuſpenderemus, declararemus, concerneremus, & concederemus, habuimus, & obtinuimus. Harum igitur ſerie literarum prædicta facultate nobis conceſſa, ſic omnia prædicta determinauimus, &c. Declarantes authoritate prædicta quod prohibitio in Apoſtolicis literis contenta ſolùm ſe extendat ad negantes, ſeu contradicentes de Inſtitutione Religionis, ſeu de habitu Canonicorum Regularium, ac contra eos publicè diſputantes, & prædicantes: Non autem ad aſſerentes, & affirmantes de inſtitutione habitus prædictorum Fratrum Eremitarum, nec de eiuſdem habitus eiſdem, & Ordini prædicto per eundem Beatum Auguſtinum conceßione; ac quod eodem habitu Eremitarum prædictorum ipſe Beatus Auguſtinus indutus, & vſus fuerit, & quod cum ipſo eodem habitu per eoſdem Fratres Ordinis Eremitarum depingi fiat, aut depingatur, &c. & quod poßint & priuatè reſpondere, & ſe defendere in iudicio, & extra iudicium: & quod Libri, & tractatus per eoſdem Fratrum Ordinis Eremitarum, & pro eorum parte, & defenſione contra eoſdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcum-

que aliorum pro eis hactenus ſuper hac materia confecti, & publicati, in ſuo etiam robore permaneant, ac liberè ſcribi, vendi, retineri, & vti, ac largiri per eoſdem Fratres Ordinis Eremitarum poßint, &c. Nonobſtantibus Domini Sixti Papæ IV. literis Apoſtolicis prædictis, aliiſque Priuilegiis, Ordinationibus, exemptionibus, conceßionibus, derogationibus, & Indultis Apoſtolicis ſub quibuſvis formis, cenſuris, & pœnis, ac tenoribus, Prouinciis, ſeu Congregationibus, aut Fratribus prædicti Ordinis Eremitarum S. Auguſtini quomodolibet in genere, vel in ſpecie, quæ ac ſi de verbo ad verbũ exprimi deberent, reſeruatis, & conceßis, pro expreßis habeantur, iuribus, ac legibus in contrarium facientibus, quibuſcumque authoritate prædicta concedimus. In quorũ omnium fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes noſtras literas fieri, & per infraſcriptum Secretarium noſtrum ſubſcribi, noſtrique ſigilli fecimus appenſione muniri; & ad maiorem roboris firmitatem noſtra propria manu ſubſcribere voluimus. Datum Romæ in ædibus noſtris apud Sanctum Laurentium in Damaſo, die penultima Martij, 1483.

R.Card.S.Georgij D.N.Papæ Camerarius,

GISPERTVS SENILIS DE MONTEFALCO.

Quod

QVod ſi licuit Fratribus Eremitis verbo & ſcripto contra Canonicos Regulares, vi huius Oraculi, ſe tueri, & aduerſus tam antiquum Ordinem, viroſque doctrina, virtute, merito potentiſſimos, pro vero habitu Eremitico defendere, quis eoſdem Fratres à duodecim, & amplius ſæculis inſtitutos, contra nouellos & vix quinquagenarios Diſcalceatos, habitum, Regulam, inſtitutum totum Eremiticum præuertentes ſe tutari prohibeat? Quis huic Apologetico, in mera & ſinceriſſima veritate, ex ipſamet Regula, ſcriptiſque Auguſtini, probatiſſimis Authoribus, Bullis Authenticis, hauſta, fundato, ſubſcribere renuat? Quis ſcriptum, impreſſumque, vendi, donari, vbicumque publicari, legitimè poſſe contendat?

INNO

Digitized by Google

INNOCENTIO DECIMO PONTIFICI.

O. M. S.

ETSI veſtræ Sanctitatis modeſtia, PATER BEATISSIME, humanis laudibus obſurdeſcat, & ſeniorum Apocalypſis æmula, coronas ſuis debitas meritis, Agni pedibus inclinata ſubſternat; æquo tamen feret animo, vt quod obſcuro ænigmate præfigurauit Ezechiel, hoc palam eductum è tenebris, ad gloriam auguſtiſſimæ ſuæ Maieſtatis euoluam. Vidit ille hominem electri ſpecie, Throno Saphyrino conſpicuum, Firmamento Cryſtalli horribilis ſuper capita quatuor animalium erecto ſublimem; vt Perſonam veſtram Throno Eccleſiæ, conſultiſſimè à Deo præfectam, implicito licet, appoſito tamen velaret emblemate. Enimverò, quid toto natura ſinu, quid ſuas inter ſuperque delicias, Pontificia dignitate dignius? Quid electro electius? Quid ſuccino concinnius ambit, ac fouet? vt non modò paleas, quod electrum præſtat; ſed

Apoc. 4. 10.

Ezech. 1. 27.

Theophr. & Diosc.

&

& grauiora ære, ac ferro pectora, Ligurio
fortior, trahat ad ſeſe, & rapiat. Inſertus *Exod.28.19.*
fuerat ipſi Rationalis Pontificis centro Li-
gurius; quò medio Chriſti veri Pontificis
cordi, inſerendum poſteriori hoc ſæculo
præcineret. Quid porrò latentis Myſterij *Apoll. de remed. c.17.*
Saphyrino emicat ex Throno? Quod ſacra
Phœbo concordiæ præſidi, quod Araneæ
toxicum, quod vinctorum ſolutrix Saphy- *Dioſcor.*
rus, continua pacis inter Reges quoad po-
terit ſuæ Sanctitatis induſtria, concilianda
fœdera, ſoluendas peccatorum vinculis in-
numeras animas, præſentiſſimum contra
mortale virus hæreſeos pharmacum, inge-
nita proprietate portenderet. Oculò licet
toruo, ac nubilò, Eccleſiam ſibi fingat hæ-
reſis horribilem; Romanam Sedem tetro
licet ac ſpurco blaſphemiarum habitu co-
netur inficere; Cryſtallo purior, & ſpecu-
lo ſine macula ſimilis perſeuerat. Firma- *Sap.7.26*
mentum denique perſtat tot ſtellis fulgi- *1.Tim.3 15.*
dum, quot Electis; & medios inter perſe-
cutionum vortices, eſt firma ſemper & con-
ſiſtit immota.

Iam poſtrema Ænigmatis, (ſi veſtra an-
nuit Sanctitas) & ſoluo facilis, & breuis
abſoluo. Quid rationi quatuor animalia
ſuggerunt Atlantæo vertice ſubiugali hu-

mero

mero, inconcuſſo capite firmamentum baiulantia? Quid inquā menti firmamentum ingerit ſuper capita quatuor animalium impoſitum? An quia *quadrigæ tuæ ſaluatio?* An quia *animalia tua habitabunt in ea*, ſcilicet Eccleſia *tua diceret Auguſtinus non ſua; à te egentia, id eſt mendicantia, non ſibi ſufficientia; tibi ſubdita, non ſibi libera.* Quid dicam de his, qui *ſub te curuantur, & portant orbem*? An non ſunt quatuor Mendicantium Ordines, qui præ cæteris Eccleſiæ membris, ſuæ Sanctitati, & ſolidiſſimo eius firmamento ſuppoſiti, toto terrarum orbe Fidem Orthodoxam, & Summi Pontificis gloriam, etiam extremo capitis diſcrimine, portant fortiter, firmiter ſuſtinent, fulciunt triumphanter? Sed quis eorum pacem & concordiam ediſſerat? *In domo Domini ambulant cum conſenſu iunctæ pennæ alterius ad alterum* iuncti animi, iuncta vota iuncti fauores, & priuilegia. Hoc vnum quatuor animalibus myſticis Propheta diſcrimen interſerit; quod ne quid inordinatum, & confuſum in Ordinibus foret, *Vnum quodque coram facie ſua ambulabat, & vbi erat ſpiritus impetus, illuc gradiebatur.* Sed proh dolor! videmus aliquos ſub ſpecioſo Reformationis fuco, diſtinctos Ordines confundere, *de*

Habac. 3
Pſal. 67. 11.
Auguſt. Pſal. ſup.
Iob. 9. 13
Pſal. 54. 15.
Ezech. 1. 9.
Ezech. 1. 12.

cla

claritate in claritatem transformatos, de ſpiritu vnius Regulæ, ad alterum transfugas, ex Leone, Franciſco dico, in Auguſtinum Aquilam tranſvolucres, dabit opinor hanc mihi ſua Sanctitas veniam; vt Gallus eques, qui dudum gladium & vitam Eccleſiæ in anathema ſuſpendi, nunc ſaltem extremam obtuſi calami aciem, ad gloriam Auguſtini acerrimi eiuſdem vindicis, & propugnatoris exeram. *Paul. 2. Cor. 3. 18.*

Scio equidem, & cum Eccleſia tolero, Fratres Eremitas Diſcalceatos, quaſi pullos recenter excluſos, in Hiſpania quidem, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono authore quodam fratre Andrea Diaz Hiſpano, in Italia verò circa annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum nonum, in Gallia tandem anno circiter milleſimo ſexcenteſimo decimo; ſub Auguſtini, quaſi ſub Aquilæ grandis alis viuere: ſed ſub inſolitæ auſteritatis ſpecie, ſub Capucini potius, quam Auguſtiniani habitu, conſtitutionibus, viuendi norma, ſpiritus vtriuſque ordinis confundere; Auguſtini, Monicæ, Sanctorum Eremitici Ordinis, Gymnopodas Imagines, vndequaque ſpargere, atque ſub hoc colore fallaci, nomē Reformatorū dicti Ordinis ementiri, quis ferat? *Cruſen. in monach. c. 43.*

Et

mero, inconcuſſo capite firmamentum baiulantia? Quid inquã menti firmamentum ingerit ſuper capita quatuor animalium impoſitum? An quia *quadrigæ tuæ ſaluatio?* An quia *animalia tua habitabunt in ea*, ſcilicet Eccleſia *tua diceret Auguſtinus non ſua; à te egentia, id eſt menditantia, non ſibi ſufficientia; tibi ſubdita, non ſibi libera.* Quid dicam de his, qui *ſub te curuantur, & portant orbem*? An non ſunt quatuor Mendicantium Ordines, qui præ cæteris Eccleſiæ membris, ſuæ Sanctitati, & ſolidiſſimo eius firmamento ſuppoſiti, toto terrarum orbe Fidem Orthodoxam, & Summi Pontificis gloriam, etiam extremo capitis diſcrimine, portant fortiter, firmiter ſuſtinent, fulciunt triumphanter? Sed quis eorum pacem & concordiam ediſſerat? *In domo Domini ambulant cum conſenſu iunctæ pennæ alterius ad alterum* iuncti animi, iuncta vota iuncti fauores, & priuilegia. Hoc vnum quatuor animalibus myſticis Propheta diſcrimen interſerit; quod ne quid inordinatum, & confuſum in Ordinibus foret, *Vnum quodque coram facie ſua ambulabat, & vbi erat ſpiritus impetus, illuc gradiebatur.* Sed proh dolor! videmus aliquos ſub ſpecioſo Reformationis fuco, diſtinctos Ordines confundere, *de*

cla

Habac. 3 · *Pſal. 67. 11.* · *Auguſt. Pſal. ſup.* · *Iob. 9. 13* · *Pſal. 54. 15.* · *Ezech. 1. 9.* · *Ezech. 1. 12.*

claritate in claritatem transformatos, de ſpiritu vnius Regulæ, ad alterum transfugas, ex Leone, Franciſco dico, in Auguſtinum Aquilam tranſvolucres, dabit opinor hanc mihi ſua Sanctitas veniam; vt Gallus eques, qui dudum gladium & vitam Eccleſiæ in anathema ſuſpendi, nunc ſaltem extremam obtuſi calami aciem, ad gloriam Auguſtini acerrimi eiuſdem vindicis, & propugnatoris exeram. *Paul. 2. Cor. 3. 18.*

Scio equidem, & cum Eccleſia tolero, Fratres Eremitas Diſcalceatos, quaſi pullos recenter excluſos, in Hiſpania quidem, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono authore quodam fratre Andrea Diaz Hiſpano, in Italia verò circa annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum nonum, in Gallia tandem anno circiter milleſimo ſexcenteſimo decimo; ſub Auguſtini, quaſi ſub Aquilæ grandis alis viuere: ſed ſub inſolitæ auſteritatis ſpecie, ſub Capucini potius, quam Auguſtiniani habitu, conſtitutionibus, viuendi norma, ſpiritus vtriuſque ordinis confundere; Auguſtini, Monicæ, Sanctorum Eremitici Ordinis, Gymnopodas Imagines, vndequaque ſpargere, atque ſub hoc colore fallaci, nomē Reformatorū dicti Ordinis ementiri, quis ferat? *Cruſen. in monaſt. c. 45.*

Et

Et quod melius in Sedem Apoſtolicam affecti intolerabile iudicant; Bullam nouam proferunt; quam non modò ſubreptitiam, ſed multis vitiis laborantem, proinde irritam, à ſede Apoſtolica benè informata emanaſſe nemo iudicet, niſi qui Diui Petri Conſtantiam, ſagacem veritatis indaginem, ſui gregis ædificationem, pacis Religioſæ curam, in Chriſti Vicario defeciſſe, execranda blaſphemia pronunciet, abominanda ſiquidem calumnia, ignorantiam ſimul & mendacium Summo Eccleſiæ Capiti ab ipſo imponit exordio; in progreſſu illudendam in Galliæ Hæreticis circa imagines non inconſtantiam modò, ſed in hiſtoriæ veritate errorem; Denique in primi cum Generali Ordinis concordati ſolutione, Conuentus Ordinis, eo inconſulto inuadendi, proindéque lites, iurgia, & ſcandala ſeminandi datam liberam poteſtatem.

Supponit enim prædicta Bulla, Statuta noua Congregationis Diſcalceatorum, per eam confirmata, ad ſtrictiorem Obſeruantiam à primo Fundatore inſtitutam, & hominum fragilitate collapſam, reſtituendam, primis conſtitutionibus ſuis melius ordinata fuiſſe: cùm tamen ſua Sanctitas in hiſtoria, vt in cæteris diſciplinis verſatiſſima

non

Digitized by Google

non ignoret, nunquam Diuum Auguſtinum inſtitutum Diſcalceatorum obſeruaſſe, vel quidquam ſimile ſuis Eremitis ſeruandum tradidiſſe. Quid quod, vt leuiter Conſtitutiones veri Eremitani Ordinis, cum Statutis Diſcalceatorum conferenti patet, cognito eorum vſu in quatuor ſàltem Communitatibus Galliæ; Fratres Calceati eiuſdem Ordinis (excepta nuditate pedum, ab Auguſtino eiuſque Ordine prorſus extranea) in lecto ſtramineo, & reliqua victus, & veſtitus auſteritate, Diſcalceatis non modo, non cedunt, ſed & longè præcedunt. Cum Diſcalceati tempore aduentus ouis domi, foris etiam carnibus liberè veſcantur; Calceati vtriſque, vtrobique per Statuta ſua abſtineant, & cæteris anni temporibus ſtrictiori abſtinentiæ vacent. In quo igitur Reformationem ſuam imaginariam ponunt? In quo Bulla prædicta, priora eorum Statuta reformat, & ad ſtrictiorem redigit obſeruantiam? Cùm voti paupertatis exactiſſimæ, qua cum Franciſcanis, reditibus & bonorum in communi poſſeſſioni renuntiauerant, iam, excalceati vi Bullæ poſtremæ, ſe ad laxiorem cum cæteris mendicantibus, eadem poſſidendi licentiam relaxauerint. Cùm itaque nihil in eis
ſit

ſit ex rei veritate auſterius præter Sandalia, & peregrinam habitus formã, eam in Conuentus dicti Ordinis ſub pretextu Reformationis inducere, non erit iam Ordinem reformare, hoc eſt primæ ſuæ formæ reddere, ſed eam penitus transformare.

Ad hæc accedit quod hæc Bulla fingit beatæ memoriæ Vrbanum VIII. alterius Breuis auditis & citatis partibus, de conſilio Cardinalium ſacris Ritibus præpoſitorum maturè expediti; immemorem; quo anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo octauo, ſtrictè prohibuit, *ne deinceps Fratres Diſcalceati Imagines Diui Auguſtini, Sancti Nicolai de Tolentino, & aliorum eiuſdem Ordinis Sanctorum, cum habitu quo ipſi Diſcalceati vtuntur, imprimerent, & depingerent, quia id vergebat in maximum præiudicium eiuſdem Ordinis, & in dies dare poterat occaſionem plurium controuerſiarum, & ſcandalorum. Proindeque ſapienter ordinauit huiuſmodi imagines ſuſpendendas, & abolendas eſſe.*

Et tamen (ſi quod incredibile videtur, Bulla, quam ipſi hodiè ventilant, vt valida ſuſcipitur) hunc tenorem continet, *denique quod ipſi Fratres Imagines Sanctorum Auguſtini, Nicolai de Tolentino, & aliorum eiuſdem*

eiuſdem Ordinis, in habitu Reformationis Diſcalceatorum, ad decorem & vſum in Eccleſiis, Clauſtris, aut alibi decenter, honeſtè, & piè depictas, aut impreſſas, conſeruare, ac in poſterum imprimere, & depingere religioſè, ſecundùm Eccleſiæ, & aliorum Ordinum Reformatorum laudabilem conſuetudinem liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatem dicta authoritate impartimur. Erubeſco ſanè, & totus pudore ſuffundor. Ex opprobrio Summo Pontifici illato. Quid in his partibus de hac contradictione Caluiniani Iconomachi? Quid decor, pietas, honeſtas, cum Iurgiis, & Scandalis habent commune? Quid qui nouerint multiformes, Excalceatorum Hiſpaniæ, Italiæ, Galliæ habitus? Quid qui Auguſtinum cum Protheo verſipellem viderint? Quid ſi quotquot ſub Auguſtini Regula, Monachi, Milites, Clerici, in Eccleſia militant, ſuis quique formis, & veſtibus induant. *Operit confuſio faciem meam*, nec calamus vlterius poteſt excurrere, nec mens cogitare, Summum Pontificem ſacras Imagines tanto ludibrio exponere voluiſſe.

Meminit ſua Sanctitas Conſtitutionis vigeſimæ primæ Alexandri IV. renouantis anno 1256. quod Gregorius IX. Prædeceſſor

eius ſtatuerat ad litem Minorum cum Eremitis Ordinis Sancti Auguſtini componendam: *Vt priores, & vniuerſi, ac ſinguli Fratres prædicti Ordinis Sancti Auguſtini, in exterioribus veſtimentis quæ nigri, vel albi debeant eſſe coloris, quorum altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipſos idem Prædeceſſor voluit manere contentos, largas, & protenſas manicas, quas ad inſtar cucullarum, & deſuper ipſa deferrent peramplas corrigias, & patenter omnibus apparentes, ita quòd omnes cincti, deforis eas veſtibus nequaquam contegerent, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expreſsè in eleemoſynarum petitione, cuius ſint Ordinis declarantes, adeò ſuarum veſtium longitudinem temperarent, quòd à quibuſcumque, ipſorum calceamenta liberè viderentur; vt ſic habitus, confuſione ſemota, & ſublata materia ſcandali, à prædictorum Ordinum Fratribus poſſet virtutum Domino liberius, & gratius deſeruiri.*

Nec obliuioni tradidit quod idem Alexander IV. eodem anno 1256. pro vnione Fratrum diuerſo nomine;& habitu ſub Auguſtini Regula viuentium vnione ſub vno Generali eiuſdemque formæ habitu facienda mandauit: iis verbis inſcripta Conſti-
tutione

Digitized by Google

tutione decima octaua, *Dilectis filiis Fratri Lantfranco Generali, Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus, ac vniuerſis Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, tam præſentibus, quàm futuris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem,* ne ſim oneroſus quædam ex dicta Conſtitutione excerpo, *Licet Eccleſiæ Catholicæ integritatem, corporis ſui ſincera membrorum diuerſitas ſubminiſtret, & circumamictus ſpecies multiplicibus in ea veritatibus decoretur; nihil tamen in ipſa exprimit contrarietas inconcinnum, in qua conſenſum nutrit inæſtimabilis concordia charitatis, & indiuiduam fouet vniuerſitatis conformitas, Fideique ſimplicitas vnitatem. Verùm circa ædificationis fabricam, quæ in Templum Sanctum Domino operariorum eius ſtudio moliente ſuccreſcit, credimus aſſiduè prouidendum, vt in varietatibus partium quæ ad decorem ſtructuræ Dominicæ adhibentur, ſic appareat diſtincta diuerſitas, vt non ſit confuſio indiſcreta, nec alterius forma importuna conſimilitudine ſpeciem prætendat alterius, ſed ſingula quæque certum proprij modi ordinem ſortiantur. Hac ſanè conſideratione commoniti, cum conſona in vobis Eremitarum appellatio, & parum diuerſa profeſſio, diſparibus titulis, & in aliquibus diſsimili habituum*

ſchemate diſcreparet, cogitauimus Sponſæ Chriſti, in cuius veſtræ pia ſacræ Religionis Inſtitutio cœtus veſtros, conuenire decori, ſi Religioſa Militiæ veſtræ Caſtra, quæ ſub vno vocabulo non magna diſciplinæ diſtantiæ ſecernebat, ſub communi capite indifferenti concorporationis fœdere iungerentur, &c. Deinde ſubiungit ad diuerſitatem habitus in omnibus conformandam, *nigris dumtaxat & nullis aliis alterius coloris cucullis, vt vniformis amictus normam eiuſdem in vobis profeſſionis oſtendat, vtamini, de cætero vniuerſi.* Quantùm verò huius Statuti ponderi deroget nouus Excalcatorum amictus cuiuis cernenti liquet, quàm *ſit indiſcreta confuſio, & alterius forma importuna conſimilitudine ſpeciem prætendat alterius.* Capucinos ſaluo ſolo colore habitu præ ſe ferunt, & diſſimili omninò à Diuo Auguſtino, primiſque eius Fratribus, vt & hodiernis Eremitis, *habituum ſchemate diſcrepant.* Recolat præterea ſua Sanctitas Bullam Alexandri VI. datam Romæ, anno Domini 1494. directam ad Guidonem Archiepiſcopum Mediolanenſem, ſuper lite exorta inter Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis, & Fratres Eremitas de vetuſtiſſima imagine Diui Auguſtini poſita ſuper ma-

gnam

gnam Eccleſiam, quam cùm Mediolanen-ſes vellent in minorem formam reducere, quidam Canonici Regulares exuendam à Monachalibus contenderunt, quibus obſtitit Alexander VI. his verbis: *Iuſtis petentium votis, per quæ ſcandalis obuiatur, ac perſonarum quarumlibet, præſertim ſub Regulari habitu altiſſimæ famulantium quieti conſulitur, libenter annuimus, &c. Petitio continebat: quod licet à* 18. *annis citra quædam Imago ipſius Sancti Auguſtini in ſummitate Eccleſiæ tuæ Mediolanenſis, cum Fratrum Eremitarum eiuſdem Sancti, habita ſuper hac tunc matura deliberatione, ſculpta poſita fuerit, &c. Nonnulli tentant quod prædicta Imago Sancti Auguſtini reincidatur in lapide marmoreo cum camiſia, ſine ſtapulari, & corrigia; quod profecto in non modicum dicti Ordinis ſcandalum cederet, & detrimentum, &c. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus quatenus dictam Imaginem Sancti Auguſtini prout prius ſub eiſdem habitu, modo & forma reincidi, & deinde in eodem loco reponi facias, nec aliquid deſuper innoues, ſeu per aliam, ſeu alias innouari permittas: etſi quid circa dictam Imaginem Sancti Auguſtini innouatum eſt ad priſtinam formam reducas, contradictores, per*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

cenſuras Eccleſiaſticas omni appellatione poſt-poſita compeſcendo. Quod iam prius Sixtus IV. Prædeceſſor eius ad litem extinguendam mandauerat. Quid igitur nobis hîc Excalceati ſuo in habitu tam à veteri Auguſtini forma eiuſque vetuſtiſſimis Imaginibus alieno magno omnium ſcandalo Sanctiſſimum Eccleſiæ Doctorem repræſentant? Supereſt vt coram ſua Sanctitate conquerar vniuerſum Ordinem Eremitarum, ſupra modum præfata Diſcalceatorum Bulla grauatum. Nec verò ſimile eſt tanto grauamini communem Patrem, ſuum vnquam præbuiſſe conſenſum. Cùm enim dicti Fratres incredibili Reuerendiſſimi Generalis clementia in ſui Ordinis gremium aſſumpti fuiſſent, nulla alia ab eius auctoritate, & regimine ſeruata dependentia, quam quod Vicarius Generalis ab ipſis Electus à dicto Priore Generali confirmaretur, & quod nullum Monaſterium ſui Ordinis niſi de eius expreſſo aſſenſu vllo vnquam tempore, etiam oblatum, acceptarent, id Summo Pontifice Breui Apoſtolico ſanciente: hac tamen Bulla quaſi per tranſennam, & ſub clauſula tantùm generali, fraude manifeſta huic concordato derogante, ſic enormiter abuſi ſunt; vt eius vi, de facto, per

tres

Digitized by Google

tres licet expreſsè deputatos Commiſſarios contradicēte Generali, Maſſilienſem Conuentum dolo malo inuaſerint. Perditi enim quidam Fratres dicti Conuentus à vera Fratrum Arelatenſium Reformatione auerſi cum Priorem de eorum Communitate in Capitulo Prouinciali canonicè Electum recipere noluiſſent, ipſo inuito, reclamante maiore & ſaniore parte vocalium Conuentus, eum inito pacto, & pretio penſionis annuæ ſibi à Diſcalceatis perſoluendæ vendiderunt. Et ſic deinceps aperta via ſub Reformationis prætextu diſſolutis Fratribus, & Superiorum correctionem eludere volentibus, quidlibet audendi poteſtas dabitur; ni ſua Sanctitas toto Anathematum terrore obſiſtat. Veniam dabit mihi benigniſſima ſua Sanctitas, ſi Bullam Diſcalceatorum ſubreptitiam tot conuictus argumentis aſſeram; cùm eam Illuſtris Dominus Marius Theodolus Romanæ Curiæ Iudex Ordinarius, ſententiarum, cenſurarum, literarum Apoſtolicarum vniuerſalis Executor ſpecialiter Deputatus poſt examen ſerium, talem iudicauerit anno 1643. 1. Aprilis, tum ob rationes allatas, tum quod contra Breuia Apoſtolica Pauli II. Sixti IV. Iulij II. Leonis X. & Vrbani VIII. Prædeceſ-

ſores veſtri inuadere præſumant Monaſteria Ordinis abſque conſenſu Generalis.

Sed licet Solis radiis impreſſa clarius animo meo affulgeat totius negotij veritas, ſic tamen per Dei gratiam in Sedem Apoſtolicam Summumque eius Pontificem ſum affectus; vt ſi melius informatus, me voluerit dicere, ſcribere, addam & credere Fratres Diſcalceatos germanos eſſe Diui Auguſtini, & primi eius Inſtituti Eremitici ſectatores; etſi tota contradicat antiquitas, omnes reclament Hiſtorici, tota Imaginum vetuſtiſſimarum ſcena reſiſtat, omnis denique generis argumenta repugnent; ſcribam, dicam, credam quod iuſſerit Pontifex. Etſi quidem *Fides eſt credere, quod non vides,* quanquam nil omnino Auguſtini in dictis Fratribus Diſcalceatis videam: eos nihilominus in fidelis & filialis Obedientiæ meritum, Auguſtinianos Eremitas admittam.
Geneſ. 2. 19. *Omne enim quod vocauit Adæ ſecundi Succeſſor, nomen animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.* Nullum Regularem Ordinem, niſi eius approbãte Iudicio S.R.E. recipit. Verũ enimverò ſilentium, ac modeſtiam Patrũ, ac Fratrum quatuor Prouinciarũ Reformatarum Galliæ (quos noſtri Præſules veros Regulæ, & Conſtitutionum Ordinis obſeruatores

agno

agnoſcunt) ſummoperè demiratus cauſam eorum ſcripto agere coram veſtra Sanctitate, & purpurato Eminentiſſimorum Cardinalium cœtu propoſui; vt manus Paternas admouens imminenti Ordinum confuſioni quotidianiſque ſcandalis, & iurgiis, edicto ſpeciali caueat: quatenus Fratres Diſcalceati vnum de tribus eligant: vel Regulam, Conſtitutiones, habitum omnem Fratrum Eremitarum S. Auguſtini prorſus amplecti, vel ſi rigidioris vitæ ſemitam ingredi voluerint, & nuda Sancti Franciſci veſtigia terere: nomen, Regulam, colorem, corrigiam Auguſtini penitus abiicere: & Capucinorum Inſtitutum, depoſita larua, tenere compellantur; vel ſaltem ſi præ omnibus nomen Auguſtiniani blanditur, non iam veri legitimi, & quod inſolentius eſt Reformati eiuſdem Ordinis appellationem ſibi mendaciter arrogent, ſed magna Sanctæ Sedis & patiente miſericordia ſimplici Eremitarum Sancti Auguſtini nuncupatione iubeat eſſe contentos. Inſuper & de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ omnium Ordinum Generalibus iniungat: vt *nouos recenteſque, quos non cognouerunt Patres eorum* viuendi modos extirpent: ſingulos ſibi ſubditos *coram facie ſua ambulare, & ſui ſpiritus* Deut. 32. 17.

&

Ezech. 1. 9. *& Regulæ impetum ſequi* præcipiant. Nuſquam prioribus ſæculis, tanta in Ordinibus, præſertim Eremitano, ſuccreuit indiſcreta confuſio, & enormis deformitas; quàm ex quo dicta Congregatio emerſit in lucem: vt ſua Sanctitas prædeceſſorum ſuorum Gregorij IX. & Alexandri IV. Veſtigia relegens, tot Congregationum, maximè Diſcalceatorum Eremitici Ordinis, varietates ad victum, habitum, Regulam, Officium, cæteraque omnia vniformiter cum veteris Eremitis obſeruanda edicto ſpeciali cogere compellatur. Sic veſtra Sanctitas, Pater Beatissime, Electri ſpecie lucidior fulgeat. Sic Oracula veritatis, Saphirino pendat ex Throno. Sic Firmamento Eccle-
Habac. 3 ſiæ Cryſtallino præſit, ac proſit: vt *quadriga nobili quatuor animalium viam in huius mundi mari faciens* toto terrarum orbe
Pſal. 67. 18. triumphet. Ego verò inter *millia lætantium*
Paul. Epheſ. 4. 1. *in curru Dei decem millibus multiplici vinctus in Domino* ſupplicem hunc libellum ſuæ Sanctitatis pedibus proſtratus appono, & Eccleſiæ Matris ſapientiſſimæ cenſuræ lubens volenſque ſubiicio.

Veſtræ Sanctitatis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ,

Obſequentiſſimus filius Fr. Renatus.

Cla

Clariſſimo, Ampliſſimoque D. Domino Molé Archipræſidi Pariſienſi, omnibuſque ſupremæ Pariſiorum Curiæ Senatoribus.

IVRE quidem meritiſſimo, PRÆSES AMPLISSIME, (voſque ſupremæ Pariſienſis Curiæ Senatores æquiſſimi) Gallia præ omnibus orbis Chriſtiani Regnis, ab Eccleſia Romana, ſpecialibus Priuilegiis meruit honorari; quam nouimus, Eccleſiam præ cunctis, ſuis armis atque opibus, aucto ſæpius patrimonio Petri, & Succeſſoribus eius profugis ſuo exceptis gremio velut azylo tutiſſimo, venerari. Sed inter alia, quibus gaudet Priuilegia non poſtremò cenſendum eſt, quòd nullum Breue Apoſtolicum, nullum Pontificis edictum (cùm de moribus agitur) niſi maturè diſcuſſum à vobis, veſtróque ſapientiſſimo acceptum arbitrio, vim vllam roburque legis in his Galliarum partibus obtineat. Nec iniuria quidem. Cùm enim remotiſſimo à nobis Domino noſtro Papæ facile ſit falſa pro veris, ſuperflua, & nociua pro vtilibus, & neceſſariis

ſup

ſupponere; Conſultiſſimè fuit paterna eius cura prouiſum, vt vos quaſi perſpicaciſſimos ſuos oculos, ad rei veritatem acriùs & propiùs indagandam, ne quid ſubreptitium, inutile damnificum ſerperet, tam longè ſemotus & malè informatus admoueret. In quo non modo ſui gregis incolumitati, ſed & ſuæ Sanctitatis, nobis hîc inter hæreticos Pontificiæ Maieſtatis infenſiſſimos hoſtes agentibus, honori proſpexit.

Audiuimus quoddam Breue vobis à Fratribus Diſcalceatis Eremitici Ordinis, veſtra authoritate firmandum, nouiſſimè præſentatum; & magna à vobis æquitate, interuentu, & oppoſitione Procuratoris Syndici ad id ſpecialiter à Generali deputati, fuiſſe reiectum applauſimus: Sed quantum humiliter poſſunt quinque Prouinciæ Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini dudum in Gallia receptæ, omneſque, ac ſinguli earum Patres, ac Fratres veſtris pedibus aduoluti ſupplicant, vt illud tanquam ſpurium, ſubreptitium, Summo Pontifici; eiuſdem Ordinis Generali, publicè, ac priuatè Fratrũ omnium paci prorſus iniuriũ aduerſumque reiiciãt, nullumque eis, pro eius valore, ac robore, fauorem, auxilium que præbeant, ſi vobis iterum quid ſimile exhibeant.

Ac primò quidem vt id ſubreptionis ſaltem vitio laborare conuincam; non modò intolerabilem errorem continet, ſed & venerando Eccleſiæ capiti ignorantiam, & mendacium impingit. Sic enim incipit: *Diuinæ Maieſtatis prouidentia ad Summi Apoſtolatus faſtigium euecti, ſuper vniuerſos orbis Regulares Ordines, & in eis voto Religionis adſtrictos, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, ad ea per quæ Regularis vitæ inſtitutio olim à Sanctis Viris piè, & religioſè inuenta, & conſtituta, temporum lapſu ſe ſe remittente Religioſorum deuotione, relaxata, & aliquatenus deformata, reſtrictionem & Reformationem ſuſcipiat, & in priſtinum refloreſcat ſtatum, propenſis ſtudiis intendimus.* Quaſi verò doctiſſimus Pontifex ignoret Inſtitutum quod Diuus Auguſtinus factus Eremita ſuſcepit, ſuiſque Fratribus obſeruandum tradidit, ab hoc Diſcalceatorum nouo & peregrino viuendi more, in habitu, Regula, cæteriſque omnibus quæ diſciplinam Regularem ſtatuunt, fuiſſe penitus alienum. Et quomodo veterem formam, vt Breue ſupponit, hominum ſe ſe relaxantium iniuria collapſam reformabunt, qui forma extranea, & inaudita hactenus, totum Ordinem turpiter deformabunt qui

priora ſuæ ipſius Congregationis Statuta, vi Bullæ huius in meliorem, & ſtrictiorem Obſeruantiam reſtituent, cùm in poſtremis ſuis Conſtitutionibus, votum paupertatis, quo prius reditibus, & bonorum poſſeſſionibus in communi renuntiauerant, iam non aſtringere, ſed ad dictos reditus, & bona poſſidēnda relaxare, & licentiam petitam acceperint, & iam vſu confirmarint? Quis Reuerendos Patres Capucinos, ad arctiorem paupertatem Reformatos diceret, ſi extremæ ſuæ paupertatis immemores, nouis ad id Conſtitutionibus editis, & Bulla Pontificia confirmatis, ad poſſeſſiones terrenas, & fundationes anhelarent? Et qua fronte ſe rigidioris obſeruantiæ cultores venditant, qui ne communes quidem in Conſtitutionibus Ordinis præſcriptas, & in quatuor ſaltem Communitatibus Galliæ Reformatis ſeruatas, circa ieiunia, auſteritates obſeruant, & per Aduentum ouis quibus abſtinent cæteri, ipſi in ſuis Monaſteriis veſcuntur abſque ſcrupulo, Quid illis auſteri, ſeu vt vulgus externa deceptum ſpecie vocat, Reformati, (ſi hanc pedum nuditatem, ab Auguſtini exemplo, eiuſque Regula, & vſu veteri extraneam excipias) quod cæteri in dictis communitatibus, in veſte,

veſte, cibo, lecto ſtramineo, religioſius, exactiuſque non ſubeant?

Ad hæc accedit, quod cum in nouæ ſuæ diſciplinæ exordio ſub obedientia Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum viuerent, nec multò pòſt rigidioris eorum Inſtituti pertæſi, ad Auguſtinianam Regulam vt mitiorem proſilire vellent, à Reuerendiſſimo Patre Generali Ordinis Eremitarum Diui Auguſtini oneroſiſſimis licet ſibi ſuiſque conditionibus (vt verba Bullæ primæ decurrenti patebit) ad Ordinem aggregati; primò quidem nulla niſi de eius conſenſu Monaſteria acceptare, Bullæ clauſula id expreſsè cauente prohibiti: hac vltima, primum verbis Generalibus concordatum abrogante, Conuentum Ambianenſem ambire, & Maſſilienſem nouiſſimè inuadere, ipſo renitente, & per tres Procuratores Deputatos contradicente Generali, audaciſſimè præſumpſerunt. Et vt plenius ſumma Curia intelligat, quo iure vel iniuria dicti Fratres Diſcalceati, in præiudicium Fratrum Reformatorum Communitatis Arelatenſis, vi Decreti, nuper à Conſilio Regio dati, dictum Conuentum poſſidere contendant: nouerit hoc tribus tantùm fundamentis eſſe ſubnixum.

Primò,

Primò enim fundatur in Bulla, quam præter iam poſita, & in Apologetico fuſius declaranda, ſuppoſititiam eſſe contendo. Data enim fuit contra concordatum, inter Generalem Ordinis, & Diſcalceatos initum, & confirmatum per Bullam expreſſam anno 1628. qua Diſcalceati prohibentur abſque dicti Generalis conſenſu, deſerta etiam ſui Ordinis Monaſteria occupare. Et licet Bulla poſterior, de qua agitur, noua ipſorum Statuta confirmet, quibus ſubdolè inſeruerunt, ſe oblata deinceps ſibi Monaſteria accepturos, tacita cautè hac clauſula, & nulla mentione facta, quod abſque Generalis conſenſu poſſent ea accipere, de ſubreptione arguitur, quod clauſulam ad priorem Bullam dictumque concordatum validè reuocandum, de induſtria tacuerint.

Secundò, nititur contractu quodam, acto inter Conuentuales Maſſilienſes, & Diſcalceatos; quem licet proprio vitio collabentem, caſſumque & irritum, dictum Decretum nihilominùs confirmauit. Primò, ſi quidem contra Statuta Ordinis, maiori vocalium non ſuffragante numero abſque Priore contraxerunt. Secundò, à Mendicantibus, penſionis annuæ, tali contractu

con

conſtitutæ, incapacibus, res geſta eſt. Tertiò, à Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, qui licet omnes ad vnum numeroſiſſimæ omnium Prouinciæ, in Capitulo Prouinciali Collecti, per Conſtitutiones Ordinis, minimum fundum vendere, commutare, aut quouis modo alienare non poſſunt; ſed ne vnum quidem è communi Bibliotheca librum diſtrahere, abſque ſui Generalis aſſenſu ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Quid quod nullam fixam habere licitum eſt Monaſterio manſionem, ſed ſingulis trienniis in alios de more Conuentus tranſmittuntur, adeò vt nec Generalis ipſe perpetuam alicui poſſit aſſignare reſidentiam. Ex quibus apparet nullum ius habere dicti Ordinis Fratres ad Conuentus ſuos aliis penſionis, aut alterius commodi pretio diſtrahendos.

Quod ſi contractus huiuſmodi placito Conſilij firmatus, vim deinceps acciperet, viam mille ſcandalis, litibus, & iurgiis aperiret; & factioſi quilibet, & diſciplinæ Regularis tranſgreſſores in omnium Regularium Ordinibus, ad Superiorum correctionem eludendam, vti fecere Maſſilienſes, abuterentur.

Tertiò tandem fundatur in quadam de-

claratione cuiuſdam Fratris, profeſſi quondam Conuentus Lugdunenſis ; qui vt ſe innocuum coram Generali, & foro externo probaret, ſe à tribus Prouinciis Galliæ Reformatis, irrita petitione, Religioſos ad dicti Conuentus Reformationem poſtulaſſe, & ſic pro ſupremo remedio eum Diſcalceatis coactum tradere deficientibus eiuſdem habitus Reformatis, declarauit. At nullo teſtimonio authentico, ſuppetiarum negatarum ab aliis Prouinciis ratio profertur in medium: Et quàmuis eas à Prouincialibus, vt ſupponit, petiiſſet ; nuſquam iuridicè eos, priuatus, & vni tantùm minimæque Prouinciæ Commiſſarius deputatus, ad mittendos Fratres compellere potuiſſet.

Tandem Diſcalceati nulli Ordinis Eremitarum Conuentui occupando, & huic ſignanter Maſſilienſi idonei cenſendi ſunt, tum quod Eccleſiæ cantu, quantumuis in Regula præſcripto, per ſua Statuta vſumque abrogato, Officio Diuino, Miſſiſque ſolemnibus iuxta veteres fundationes de more cantandis ſint inepti ; tum quod iam Maſſiliæ ampliſſimo ſuæ Congregationis Monaſterio gaudeant ; tum denique, quod iſte Conuentus hoſpitandi cauſa, Fratribus

Cal

Calceatis Romam ad Capitulum Generale, vel alia negotia pergentibus ſit neceſſarius; hoſpitalitatis erga eos gratia à Diſcalceatis prorſus extorri. Et ex quo eum fraudulenter occuparunt vix dum intentata lite, magno ſæcularium ſcandalo ad tabernas publicas calceati diuertere coacti ſunt.

Præter hæc ad dictæ Bullæ præcipuum pronuntiati Conſilij fundamentum euertendum, duo ad eius valorem neceſſaria, ex iure communi, & ſtilo in ſimilibus procedendi nouimus: nimirum ad Conuentuum Calceatorum poſſeſſionem, vi eius, validè, & legitimè adeundam, oportet vt vel Ordo Eremitarum Calceatorum authoritate Apoſtolica funditus reſcindatur, ſicut ad inſtantiam Diui Caroli Borromæi de Congregatione Humiliatorum factum legimus; vel vt hæc Bulla, in Capitulo Generali, omnium vocalium accedente ſuffragio, nulloque contradicente acceptetur. Quorum cùm neutrum geſtum fuerit; vt Bulla ſubreptitia conuincitur; ſic Diſcalceati rei alienæ inuaſores arguuntur.

Duo ſuperſunt ad Bullam Diſcalceatorum clarè de ſubreptionis elogio notandam: Primum eſt quod excommunicatio-

nis pœna feriat *eum qui prædictam Congregationem Diſcalceatorum eſſe Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, verbo vel ſcripto temerè negare audeat, ſeu præſumat*, ſecundùm *quod ipſi Fratres Diſcalceati Imagines Sanctorum Auguſtini, Nicolai de Tolentino, & aliorum eiuſdem Ordinis in habitu Reformationis Diſcalceatorum, ad decorem & vſum in Eccleſiis, clauſtris, aut alibi, decenter, honeſtè, ac piè depictas conſeruare, ac in poſterum imprimere & depingere religioſè, ſecundùm Eccleſiæ, & aliorum Ordinum Reformatorum laudabilem conſuetudinem liberè & licitè valeant.* In quibus duobus articulis quantum Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ famа diſpendium incurrat, in his maximè partibus, in quibus Hæretici cæremonias Eccleſiæ, interque alias præſertim Sanctorum Imagines, & diplomata Summorum Pontificum ludibriis proſequuntur; cuilibet quantumuis leuiter ſapienti patet. Quantùm enim attinet ad Imagines Diui Auguſtini, & Sanctorum Eremitani Ordinis; cum certa ſcientia conſtet, & proprio Diui Auguſtini teſtimonio (vt fuſiùs in Apologetico probabitur) nunquam ipſum vel Fratres ab eo inſtitutos, Diſcalceatos inceſſiſſe, aut ſimilem ipſis habitum induiſ-

ſe;

ſe; neſcio quò decore, honeſtate, pietate; Imagines ab imitando dictæ, contra ipſorum prototyporum formam, & omnium vbivis locorum, Eccleſiarum, Icones Diui Auguſtini vetuſtiſſimas colentium, morem, enormi mendacio Fidelibus venerandæ, exponi permittantur. Præterea cum Diſcalceati Hiſpaniæ rotundo, ac breuiori capucio, & raſa barba; Itali raſa pariter barba, ſed oblongo, & acuto capucio; Galli barba, capucioque longè latéque porrectis vtantur: & ſinguli ſuo modo Imagines Auguſtini Sanctorumque Ordinis repræſentent: quid (Sapientiſſimi Iudices) de huius bullæ veritate cenſetis? Æquò ferentis animo Diuum Auguſtinum Firmamentum Eccleſiæ, virum propoſiti tenaciſſimum, Conſtantiæ ſolidiſſimæ ſpeculum, arundinis inſtar ad omnem auram tremulæ velut alterum Pantomimum expingi, & ſic turpiter Summi Pontificis famæ, detrahi; dum id piè, decenter, honeſtè, factitari fingitur permittere Diſcalceatis? Planè ſi quidem, quod horrendum dictu, Domino Papæ leuitatis eiuſdem notam inurunt: cùm, vt videbitur in Apologetico) Breue Vrbani VIII. datum anno 1638, die 23. Ianuarij: *De Conſilio Congregationis Cardinalium*

ſacris Ritibus præpoſitæ ; citatis , & auditis partibus cenſuerit huiuſmodi Imagines impreſſas , aut depictas à Fratribus Diſcalceatis eiuſdem Ordinis cum habitu , quo ipſi Diſcalceati vtuntur, ſuſpendendas , & abolendas eſſe , iniungendumque dictis Fratribus Diſcalceatis , ne ſub pœnis, arbitrio huius ſacræ Congregationis , talia amplius audeant peragere , & ita omninò ſeruare mandarit, &c.

Quòd verò ſpectat ad nomen Auguſtinenſium Ordinis Eremitani, quod ſub anathematis pœna , Bulla prohibet verbo ſcriptóve Diſcalceatis denegari ; benè nobiſcum agitur , quod omnes qui de excommunicatione ſcripſerunt leges pœnales in ſtrictiſſima verborum interpretatione , reſtringendis ſemper odiis , ſumendas eſſe docuerunt. Hîc ergo veſtrum , æquiſſimi Iudices , obteſtor iudicium : temerè , an verò, & ſolido fundamento ſuffultus , de nomine , non dico iam Reformatorum Ordinis (quod eis Bulla gratis adſcribit , licet pro talibus haberi ſub anathemate non præcipiat) ſed ſimpliciter Auguſtinenſium Eremitani Ordinis , vt omnino diſſono lingua, & calamo cum ipſis diſceptare, abſque excommunicationis periculo valeam : cum nihil in ipſis Eremitani Ordinis,præter beneplaci

neplacitum Papæ, in habitu, Regula, Conſtitutionibus, (quæ conflant Ordinem) ſed omnia ſuæ Reformationis modulo conſarcinata eluceant.

Næ Religio duplo mendicans plus cæteris: dum vicatim ſtipem corrogans multiplici mendicitate diteſcit, de varia paupertate locuples.

A Carmelitis Diſcalceatis, prima Romæ in vico Coriario nouæ ſuæ vitæ Rudimenta auſpicatur. A Capucinis, cum promiſſa barba, & pyramidali capucio, reliqui habitus formam aſſumit: à B. Fulgentio reiecta victus parciſſimi potuſque frigidæ auſteriſſima, Xerophagia, ſola Sandalia; à D. Auguſtino primariiſque eius Eremitis abiecta ex parte Regula, Conſtitutionibus Ordinis in totum abiuratis, veſtimentoque penitus deformato, nihil cum nomine, præter atrum colorem, Zonamque pelliceam, voluit retinere Auguſtino-Carmeli-Capucinos huius Inſtituti Profeſſores dixeris, formamque tricorporis vmbræ. Nec immerito. Cùm Gregorius XV. Statuta Diſcalceatorum dicti Ordinis in Hiſpania confirmans die trigeſima prima Auguſti 1622. ſui Pontificatus anno ſecundo, eos quatuordecim vicibus Auguſtiniano-Recollectos, ſeu

Recollecto-Auguſtinianos vocitet, quod in Recollectorum modum, ſaluo colore, & fune ſe ſe conformauerint. Quidni & ego Diſcalceatos Galliæ, à Carmelitis, Capucinis, Auguſtinenſibus quidquid habent mutuò depromentes, Auguſtino-Carmeli-Capucinos vno conflatos nomine nuncupauerim? Diceret forſitan de hac Congregatione, quod olim de Chamæleonte Tertullianus, ſi viueret, *oſcitans veſcitur, follicans ruminat, de vento cibus, tamen vt Chamaleon mutare totus, nec alius, valet. Nam cum illi coloris proprietas vna ſit, vt quid acceſſit, inde ſuffunditur. Hoc ſoli Chamaleonti datum, quod vulgò dictum eſt, de corio ſuo ludere.* Adeò diſtenta iactantiæ vento, ſolam ſe, & veram Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Reformatricem, Breui, vi Breuis, à nobis excuſſi, omnes Conuentus Galliæ corrodere, & legitimos eorum filios, ex eis excutere, pleno ore concrepat.

De Pall. cap. 3.

His poſitis, & maturè penſatis, quis iam de Bullæ obreptione, & ſubreptione, & per conſequens de Decreti Concilij ſuper ea fundati nullitate dubitet? Quis tot in vnum congeſta mendacia, auſu planè temerario, & retorto in caput aduerſarij anathemate digno, Summo Pontifici vero Chriſti Vicario

cario affingere præſumat ? Quis ſine cauſa cenſuram Eccleſiæ grauiſſimam incurrere expaueſcat, pro conteſtato Auguſtiniani nomine, his qui nihil cum Auguſtino, eiuſque legitimis Eremitis volunt habere commune ? Quis pro diſcuſſo errore, & exſufflatis ignorantiæ nebulis, pro bono denique opere lapidandum iudicet, clariſſimæ veritatis, & cauſæ innocentiſſimæ defenſorem?

His motus & conuictus argumentis Illuſtriſſimus Dominus Marius Theodulus cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæ Curiæ Iudex Ordinarius, Sententiarum & Cenſurarum, & literarum Apoſtolicarum quarumcumque vniuerſalis, & merus executor, ab eodem S.D. Papâ ſpecialiter deputatus, ad inſtantiam Procuratoris Generalis Ordinis ſubreptitiam, & obreptitiam, nulliuſque roboris declarauit ſub datum Romæ, anno 1643. 1. Aprilis : quod contra plura Breuia Apoſtolica, & ipſiuſmet Vrbani VIII. abſque conſenſu Generalis, rupto concordato Conuentus Ordinis aſſumere præſumant.

Declarauit inſuper inſtantias Diſcalceatorum nullas, & loca iam occupata deſerere debere, & omnibus in ſolidum diſpen-

Digitized by Google

diis ſatisfacere, ſint veri Auguſtiniani non diſputo? Gaudeant Priuilegiis Eremitani Ordinis, non inuideo: omnia omnibus factos, viros dicere Apoſtolicos, ne mentiar, vereor: cum non multiformi ſapientia Dei, ſed verſipellis aſtutia mundi, in tot tranſfigurati ſpecies & formas, non iam perueſos Ordinis Fratres lucrari Chriſto Domino, ſed ſola antiquiſſimi Ordinis Monaſteria nouo ſuo lucrifacere Inſtituto, ſub fuco Reformationis commentitiæ, quotidiè ſatagant. Reformabunt Ordinem, & non potius deformabunt, qui ſuppreſſâ veteri forma, inauditam à duodecim ſæculis, formam obtrudent? Corruptos Fratrum mores in melius corrigent, qui pacto inito annuæ penſionis, Proprietatem Ordinum peſtem, & præ omnibus Regulis, ab Auguſtino, omnibus penè capitulis interdictam fouebunt, & protegent, eiſque numerata pecunia quidlibet agendi liberam confere[illegible] poteſtatem? collapſum reparabunt [illegible] nem, qui expunctis, & obliter[illegible] Auguſtiniani Ordinis veſti[illegible] ab Auguſtino ſpiritum [illegible] tus intromittent? O[illegible] Deus auertat, ex[illegible] canorum, Ful[illegible]

melitæ Diſcalceati mitigatorum Cœnobia, ſub Reformationis prætextu, Bullis ad id emendicatis inuadant? Quot litium, diſſenſionum, iurgiorum ſemina in horrendam ſcandalorum ſegetem excreſcent? Quam demetere, ac ſuccidere vix ſupremæ Curiæ, ſummi Conſilij, Regis ipſius, falx tota ſufficiat.

Quamobrem, PRÆSES ÆQVISSIME, voſque Sanctiſſimi Iuris vtriuſque, & Innocentiæ tutores, vos quibus incumbit pax vniuerſæ Galliæ, quibus vt Patribus, Regularium Ordines, & quatuor præcipuè mendicantes ſe ſuaque Monaſteria in veteri diſciplina conſeruanda, à ſuæ fundationis exordio commiſerunt; vos quantum poſſum obteſtor in Domino, vt iuxta Sanctum omnis nouitatis odium, & venerabilis Antiquitatis Præſidium, prædictam Bullam vt ſubreptitiam, ac ſubdolam, litium, ſ[illegible] m fomitem, non modò non [illegible] eam vt nullam, & irritam [illegible] ſque Fratres tanquam per[illegible] dinis, & Religioſæ tranquil[illegible] rum Monaſteriorum fini[illegible] ini: *In alienos limites* [illegible] Authoritatis oppoſito [illegible], & humillimæ ſuppli-

Digitized by Google

diis ſatisfacere, ſint veri Auguſtiniani non diſputo? Gaudeant Priuilegiis Eremitani Ordinis, non inuideo: omnia omnibus factos, viros dicere Apoſtolicos, ne mentiar, vereor: cum non multiformi ſapientia Dei, ſed verſipellis aſtutia mundi, in tot transfigurati ſpecies & formas, non iam peruerſos Ordinis Fratres lucrari Chriſto Domino, ſed ſola antiquiſſimi Ordinis Monaſteria nouo ſuo lucrifacere Inſtituto, ſub fuco Reformationis commentitiæ, quotidiè ſatagant. Reformabunt Ordinem, & non potius deformabunt, qui ſuppreſſâ veteri forma, inauditam à duodecim ſæculis, formam obtrudent? Corruptos Fratrum mores in melius corrigent, qui pacto inito annuæ penſionis, Proprietatem Ordinum peſtem, & præ omnibus Regulis, ab Auguſtino, omnibus penè capitulis interdictam fouebunt, & protegent, eiſque numerata pecunia quidlibet agendi liberam conferent poteſtatem? collapſum reparabunt Ordinem, qui expunctis, & obliteratis ſingulis Auguſtiniani Ordinis veſtigiis, adulterinum ab Auguſtino ſpiritum in omnes Conuentus intromittent? Quid ſi tam malo, quod Deus auertat, exemplo, Capucini Franciſcanorum, Fuldenſes, Ciſtercenſium, Carmelitæ

melitæ Diſcalceati mitigatorum Cœnobia, ſub Reformationis prætextu, Bullis ad id emendicatis inuadant? Quot litium, diſſenſionum, iurgiorum ſemina in horrendam ſcandalorum ſegetem excreſcent? Quam demetere, ac ſuccidere vix ſupremæ Curiæ, ſummi Conſilij, Regis ipſius, falx tota ſufficiat.

Quamobrem, PRÆSES ÆQVISSIME, voſque Sanctiſſimi Iuris vtriuſque, & Innocentiæ tutores, vos quibus incumbit pax vniuerſæ Galliæ, quibus vt Patribus, Regularium Ordines, & quatuor præcipuè mendicantes ſe ſuaque Monaſteria in veteri diſciplina conſeruanda, à ſuæ fundationis exordio commiſerunt; vos quantum poſſum obteſtor in Domino, vt iuxta Sanctum omnis nouitatis odium, & venerabilis Antiquitatis Præſidium, prædictam Bullam vt ſubreptitiam, ac ſubdolam, litium, & ſcandalorum fomitem, non modò non acceptare, ſed eam vt nullam, & irritam reiicere, dictoſque Fratres tanquam perturbatores Ordinis, & Religioſæ tranquillitatis hoſtes, ſuorum Monaſteriorum finibus coërcere dignemini: In alienos limites excurrere, veſtræ Authoritatis oppoſito munimine prohibete, & humillimæ ſuppli-

cis

diis ſatisfacere, ſint veri Auguſtiniani non diſputo? Gaudeant Priuilegiis Eremitani Ordinis, non inuideo: omnia omnibus factos, viros dicere Apoſtolicos, ne mentiar, vereor: cum non multiformi ſapientia Dei, ſed verſipellis aſtutia mundi, in tot transfigurati ſpecies & formas, non iam peruerſos Ordinis Fratres lucrari Chriſto Domino, ſed ſola antiquiſſimi Ordinis Monaſteria nouo ſuo lucrifacere Inſtituto, ſub fuco Reformationis commentitiæ, quotidiè ſatagant. Reformabunt Ordinem, & non potius deformabunt, qui ſuppreſſâ veteri forma, inauditam à duodecim ſæculis, formam obtrudent? Corruptos Fratrum mores in melius corrigent, qui pacto inito annuæ penſionis, Proprietatem Ordinum peſtem, & præ omnibus Regulis, ab Auguſtino, omnibus penè capitulis interdictam fouebunt, & protegent, eiſque numerata pecunia quidlibet agendi liberam conferent poteſtatem? collapſum reparabunt Ordinem, qui expunctis, & obliteratis ſingulis Auguſtiniani Ordinis veſtigiis, adulterinum ab Auguſtino ſpiritum in omnes Conuentus intromittent? Quid ſi tam malo, quod Deus auertat, exemplo, Capucini Franciſcanorum, Fuldenſes, Ciſtercenſium, Car-

melitæ

melitæ Diſcalceati mitigatorum Cœnobia, ſub Reformationis prætextu, Bullis ad id emendicatis inuadant? Quot litium, diſſenſionum, iurgiorum ſemina in horrendam ſcandalorum ſegetem excreſcent? Quam demetere, ac ſuccidere vix ſupremæ Curiæ, ſummi Conſilij, Regis ipſius, falx tota ſufficiat.

Quamobrem, PRÆSES ÆQVISSIME, voſque Sanctiſſimi Iuris vtriuſque, & Innocentiæ tutores, vos quibus incumbit pax vniuerſæ Galliæ, quibus vt Patribus, Regularium Ordines, & quatuor præcipuè mendicantes ſe ſuaque Monaſteria in veteri diſciplina conſeruanda, à ſuæ fundationis exordio commiſerunt; vos quantum poſſum obteſtor in Domino, vt iuxta Sanctum omnis nouitatis odium, & venerabilis Antiquitatis Præſidium, prædictam Bullam vt ſubreptitiam, ac ſubdolam, litium, & ſcandalorum fomitem, non modò non acceptare, ſed eam vt nullam, & irritam reiicere, dictoſque Fratres tanquam perturbatores Ordinis, & Religioſæ tranquillitatis hoſtes, ſuorum Monaſteriorum finibus coërcere dignemini: In alienos limites excurrere, veſtræ Authoritatis oppoſito munimine prohibete, & humillimæ ſuppli-

cis

Digitized by Google

cis huius libelli petitioni pro ſolita veſtra benignitate annuite; Quem veſtris pedibus vt Sanctiſſimo Iuſtitiæ Throno, ſupplex apponit,

Archipræſes ampliſſime, omneſque Supremæ Curiæ Æquiſſimi Senatores,

Summæ veſtræ Authoritatis
Obſeruantiſſimus

FRANCISCVS RENATVS.

Reue

Digitized by Google

Reuerendiſſimo in Chriſto Patri Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Præpoſito Generali.

MVLTA quidem, PATER REVERENDISSIME, in ſacris Paginis digito Dei exarata legimus Emblemata, quibus Spiritus Sãctus quatuor Mendicantium Ordines viſus eſt adumbraſſe: vtpotè queis veluti *quatuor Paradiſi fluminibus Eden* Eccleſiæ circumalluit, quibus vt *quatuor circulis aureis, Arcam Teſtamenti baiulat*; *Quibus vt quatuor lapidum Ordinibus Summi rationale Pontificis exornat*: quibus vt, *quatuor fabris vitiorum, necnon hæreſeon cornua confringit, & debellat*; quibus denique vt *quatuor quadrigis* toto terrarum orbe triumphat. Sed palmam cæteris præripuit illud Ezechielis ænigma, quo ſub quatuor animalibus myſticis quatuor Præpoſitos Generales, ſicut ſub totidem rotis, quatuor Ordines præfatos expreſſit, *euntes cum euntibus, pariter à terra cum euectis elatos ſpiritus impetum pariter conſequentes.* Atenim cum VESTRA

Geneſ. 2. 10.
Exod. 37 13.
Exod. 39 20.
Zach. 1. 20.
Habac. 3.8.
Ezech. 1. 19.

RE

REVERENDISSIMA PATERNITAS, doctrinæ, virtutibus, muneri denique magni ſuccedat Auguſtini, per *faciem Aquilæ* præſignati; ſupereſt vt quotquot excludit, & fouet pullos, eos ad Solis, hoc eſt Regulæ ſuæ radios, habitum dico, Conſtitutiones, & reliquum vitæ, ac morum inſtitutũ, aut legitimos probet, aut reprobet ſpurios. Quod ſi qui ſunt qui firmam certi obtutus aciem tanta in luce figere non valeant, quin dubium, ac conniuentem oculum, ad nuditatem pedum contemplandam abiiciant, noti ſint an nothi, patrio degeneres genio, moribus, Inſtituto, perſpicax aquila diiudicet, ac ſecernat. Hactenus quidem vobiſcum, & Eccleſia, Fratres Excalceatos, Auguſtiniano gaudere nomine, & Eremitarum vti priuilegio tuleram; ſed ne leuem quidem, ac tenuem in eis Grandis illius aquilæ lanuginem contuenti venit in votis: vt qui roſtrum olim, ac calamum pro Calceamentorum vſu deprælians acuerat, etiamnum ageret aquilam; & extraneas ab aliiſque mendicatas auibus, & Ordinibus plumas, edaci morderet penna, atque conſumeret. Enimverò quis eos ab extremis vnguibus, ad ſummum vſque verticem aſpiciens, omnia non cernat in eorum habitu,

Ezech. 1. 10.

vita,

Digitized by Google

vita, norma, veterum Patrum expuncta veſtigia? Et quod ferendum minus eſt; vt vulgi animis vacuam fucatæ Reformationis ſpeciem faciliùs, fallaciúſque obducerent, Sandaligeras Auguſtini, & Sanctorum Ordinis Icones, prælo mendaci ſubductas vndique propalarunt. Vnde cùm viderem in dies ex tanta varietate habitus, morumque diſcrimine, ſeu decorticatis Patriarchæ virgis, non virtutis, ſed murmuris variam, ac multiplicem ſobolem excreſcere: V. R. PATERNITATEM tanto gregi præfectam, quaſi vigilem Argum volui commonere, vt antiquæ meæ in Diuum Auguſtinum eiuſque ſacratiſſimum Ordinem pietati facerem ſatis. Atque vt ſua Sanctitas, quas ex viuis Scripturæ ſacræ, & veterum Patrum fontibus, aquas eduxi, dulciores excipiat, eas veſtris manibus, ſeu quibuſdam vbi aureis, Summo Pontifici acceptiſſimis credidi. Cauebit opinor quod antiqua lege cautum legimus, *arare ſimul in aſina & boue, &* *Deut. 22.* *tantæ frugis vineam diuerſo ſeri ſemine* pro- *9. & 10.* hibebit: ne ad Auguſtini, & Franciſci fœtus admixti, monſtruoſam ex leone, & aquila, tanquam ex diuerſæ ſpeciei animalibus, partu dixerim abortiuo, prolem effundant. Neſcio ſi forte maioribus occupata negotiis,

V. R.

Digitized by Google

V.R. Paternitas dolos,& fraudes Diſcalceatorum aduertat,qui actis clanculum cuniculis in ſummos Ordinis gradus, ipſumque Generalatum inuadendum paulatim irrepunt: & cùm vix Prædeceſſor veſter, ampliſſimam totius Ordinis Prouinciam Franciæ ex quadraginta Cœnobiis, numeroſaque Familia conflatam in duas diuidi Apoſtolica authoritate ſuperueniente ſuſtinuerit. In tot Prouincias Diſcalceatos ſubdiuidi, ſciens volenſque V. R. P. quomodo patiatur ignoro, tantamque toleret in eis Officialium multiplicationem præpoſteram. Nec fruſtra concrepant ſe Breui Excalceatum Generalem,proindeque veri Eremitici Inſtituti ſuppreſſorem electuros; cùm ex Statutis eorum nouis conſtet diuiſionem Prouinciarum fieri licitam, modò in eis ſint
3.p.c.45. 18. octo Conuentus; quin & huius noui Statuti vix conditi præuaricatores, nobiliorem Pariſiorum Prouinciam, pauciſſimis Fratribus conſtantem,ex quatuor aut quinque ad ſummum Conuentibus, ſeu potius hoſpitiis miſeris, excepto Pariſienſi Conuentu, compoſitam, pluribus officialibus, proindeque vocalibus adminiſtratam iactent, quam vniuerſus ordo poſſideat habet enim Congregatio Diſcalceatorum

Galliæ

GalliæPræſidentem , Vicarium Generalem electum , Vicarium Generalem abſolutum, Procuratorem Generalem in Romana Curia,Procuratorem Generalem in Curia Gallicana , tot aſſiſtentes Generales quot ſunt Prouinciæ , Viſitatorem inſuper Generalem, Commiſſarios Generales, Secretarium Generalẽ.Præterea cùm poſſint omnes eligi abſentes, & etiam ipſi Patres diffinitorij, ſic & duo Prouinciales, & octo Diffinitores in vnico Capitulo Prouinciali eligi poterunt, & cum maior ratio habenda ſit præſentium , ſtatum Prouinciæ in diffinitorio melius agnoſcentium, plures ex eis ad Capitulum Generale vocales mitti poterunt, & ſic numerus vocalium excreſcere in præiudicium Ordinis. Et quod ſanioris iudicij viri non ferendum autumant, cùm in Præpoſito qui omnium curam gerit ſumma grauitas , & maturitas,rerumque experientia requiratur ; apud ipſos ad Officium non modo Prouincialis , ſed & Vicarij Generalis eligi poteſt , qui nondum triginta annorum ætatem exceſſerit ; quo quid inſulſius actitari poſſit , ignoro. Multa alia id genus ridicula , & ſtilo rudi & barbaro plerumque præfata Diſcalceatorum Statuta præſcribunt,quæ Bullam ipſorum confirmatricem

3.p.c.11. §.4.& 6.

3.p c.2. §.9.

ſubreptitiam eſſe, & nuſquam à Sede Apoſtolica emanaſſe perſuadent. Tu vero, PATER REVERENDISSIME, Aquila grandis, *Summi Iouis armiger ales*, tu qui iaculandi fulminis, & anathematis fulminandi, in ſubditos primum à Pontifice pondus obtines, extremis malis, extrema tandem remedia admoue; ſub pœna excommunicationis, nouos & peregrinos ab Auguſtino mores in Ordinem Eremitarum inuehi, & à tuis quovis pacto Diſcalceatos in Monaſteria Eremitarum Calceatorum introduci, prohibe; alienum à Regula, proindeque malum ſpiritum abige; oues denique maculoſi velleris, tuis à præſcepibus arcere ſatage, habitus, & Regulæ in totum corruptores, vobiſque præ cæteris Congregationibus, ingratas & rebelles, coram Apoſtolico Tribunali, vel Auguſtiniano nomini efficaciter renuntiare, vel abiecto peregrino habitu, verum & vniformem Eremitarum habitum, Regulam, Inſtitutum, & omnimodam Ordini, veſtræque in primis REVERENDISSIMÆ PATERNITATI ſubiectione ſubire compelle. Aliàs ex tanta Ordinum confuſione Chimæram, ſeu potius hydram Policephalam timeo: ni Veſtra REVERENDISSIMA PATERNITAS, longè herculè

herculè prudentior, ac fortior, renaſcentia ſubinde diuiſionum capita, igne zeli domus Dei, ſuccendat, penituſque ſuccidat.

Vale, PATER REVERENDISSIME, & grati animi mei ſpecimen, eadem qua præſto manu recipe.

Digitized by Google

PRÆFATIO
Qua Ordo Apologetici texitur.

MIRABERE forſitan, AMICE LECTOR, meæ ſortis hominem ad ſartoriam ſe vſque deponere. Ridebis equitem qui gladium verſare magis,quàm calamum exercere debuerat, in componendis mendicantium litibus,& ſoleis inſudare: ſed paucis te monitum velim, me & dudum cum gladio, calamum magno ſacraſſe Auguſtino; & nobiliſſimos quondam equites Criſpinum dico,& Criſpinianum in Gallia Belgica patrio meo ſolo coluiſſe ſartoriam. Quid plura? inficiabere, veritatem equeſtri non poſſe manu, calamo, gladio propugnari? Nobili verſatam, & excuſſam lingua ſordeſcere? Exod. 28, 30. Non abs re quidem cum *doctrina veritas rationali Pontificis inſcripta*, ex quo pandebat arcana, occultamque è tenebris veritatem educebat. Nec dubito doctiſſimos quoſque Eccleſiæ Præſules clariſſimam eius quam

quam enucleo veritatis habere notitiam: ſed cum Paulo *ſapientibus & inſipientibus debitor*, vel intactam, vel inuolutam hactenus vulgi oculis expono quæſtionẽ. Vtrùm Diuus Auguſtinus nudipes inceſſerit, an Ordinem Eremitarum Excalceatorum inſtituerit, vel qui hoc nomine, & habitu glorientur, inter Reformatos eiuſdem Ordinis debeant recenſeri. Totum opuſculum tribus partibus compendiatis breuiatur. Quarum prima Sole Meridiano clarius probat Fratres Diſcalceatos Eremitas, tantùm à re & nomine Reformationis abeſſe, quantùm à vita, Regula & habitu Sancti Auguſtini primorumque eius Ordinis Fratrum ſunt remoti, quin potius ſub Patrum Capucinorum habitu, Conſtitutionibus, & cæteris in Ordinem Eremitarum inuectis, primam eius formam euertere penitus, ſicque potius deformatores, ſeu transformatores, quàm Reformatores appellandos.

Secunda Pars inducit Auguſtinum propriis ſcriptis, & verbis ipſiſſimis pro calceamentorum vſu ſcitè pugnantem, ac lepidè noſtros carpentem Gymnopodas quaſi ſoli Euangelium impleant, quia nudo pede ambulant. Vbi citra dubium non minus

Digitized by Google

argutè, quàm verè, demonſtrat, ſe calcea-
Serm. 1. de Apoſt. mentis vti exemplo Chriſti Domini, *qui ſi*, inquit, *Calceatus non fuiſſet de illo Ioannes non dixiſſet non ſum dignus ſoluere corrigiam Calceamenti eius*. Porro vt Calceamenta diſcriminet à Sandaliis; *Calceamenta*, inquit, *quid ſunt? nobis tegmina pedum ſunt.* Tandē oſtendo Chriſtum, nec non Apoſtolos Calceatos: quibus ſi aliquando peram, baculum, Calceamentum, tunicam, & alia id genus interdicta ſubtractáve legimus, ea tantum ipſis, teſte Chryſoſtomo, prohibita ſunt pro eo tempore, quo tyrocinium perfectionis agentes ſuæ veluti probationis annos, in extrema rerum omnium nuditate tranſigebant; quorum omnium, imò & gladiorum vſum proximus Paſſioni Chriſtus reſtituit: Tandem omnia non ex mea, ſed ex veterum Patrum Officina, & Minerua depromam, & quaſvis in contrarium obiectiones, quanta fieri poterit cura & perſpicuitate refellam. Neque verò in hoc opere laudabilem eorum morem culpare mens eſt,
Gal. 2. 19. *qui Chriſto confixi Cruci carnem ſuam cruci-*
Gal. 5. 24. *fixerunt*, aut primis ſuæ Regulæ Fundatoribus conformati, arctiorem vitam amplexati ſunt. Verùm illud cum Nazianzeno in vniuerſum dicere lubet, eos *qui huius mun-*

di

di Ægypti ſoluti compedibus iter deſerti Religionis aggreſſi ſunt, Calceatos egredi debere, vt cautius ſerpentum & ſcorpionum morſus valeant euadere. Sed quam præ cæteris cauendum ſerpentis caput, admonet Auguſtinus de ſuperbia loquens, *quæ nudo ſolet* Gen. 3. *inſidiari calcaneo.* ipſi, inquit, Pſaltes Re- 15. gius calcaneum meum obſeruabunt.

Tertia verò pars his duabus iam completis acceſſit; qua Candelabrum aureum fratris Athanaſij Eremitæ Excalceati, eiuſque multimodam inſcitiam, iactantiam, fallaciamque excutio, & tenebras in conſpicuo Candelabro poſitas, meridiana luce clarius, omnibus expono.

PRIMA

Digitized by Google



De his calceamentis quibus calcati ambulamus, conſolatur me domin'; ſi enim Calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, nõ ſum dignus ſoluere corrigiã calceamentorũ eius.
Aug. Serm. 1° de apoſt. Spirinx ſculp.

Digitized by Google

PRIMA PARS APOLOGETICI PRO D. AVGVSTINO EIVSQVE LEGITIMIS EREMITIS.

In qua probatur FF. Auguſtinianos Diſcalceatos incaſſum nomen Reformatorum eiuſdem Ordinis vſurpare.

CAPVT PRIMVM.

In quo Author rationem reddit huius Opuſculi, & quid eum impulerit ad ſcribendum.

CVM ex familiaribus meis quiſpiam vitæ ſæcularis & voluptuoſæ pœnitens, abdicatis omnibus, mundo nuntium remittere cogitaret, Ordinem Eremitarum

Digitized by Google

S. Auguſtini præ cæteris optauit, vt quem ſecutus fuerat errantem, poſtmodũ etiam ſequeretur pœnitentem. Sed cum per id tempus quo fugam parabat à ſæculo Pariſiis degeret, & dicti Ordinis Eremitas ſtrictioris obſeruantiæ zelatores, in duplici diſſentia comperiſſet: cuinam ſe è duobus addiceret, anceps hærebat ac dubius. Hinc enim in S. Germani ſuburbijs Patres Reformatos Prouinciȩ Communitatis Bituricenſis vulgò nuncupatos, inde non longè à monte martyrum Fratres Excalceatos eiuſdem ſe dicentes Ordinis Eremitas, paululum à Patribus Capucinis abſimiles adiit. Verum cum puram Auguſtini Regulam, habitum, ac vitæ normam penitus imitari decreuiſſet, quodnam è duobus inſtitutum ingrederetur neſcius, me dubiæ veritatis, conſulem & ſcrutatorem adhibuit.

CAPVT II.

Vtrum Fratres Excalceati, ſint veri reformati Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Ezech. 17. 3. NEc me latebat Auguſtinum. *Aquilam grandem magnarum alarum, ac vario plumarum*

plumarum hoc eſt ordinum colore diſtinctam, perfectionem Euangelicam vt *medullam cedri ſublimis*, ex Italia tuliſſe in Affricam. *ibid 4.* Sed calceatus an nudipes inceſſiſſet, vel Ordinem Excalceatorum inſtituiſſet, ignorabam. At cum prima veritatis huius veſtigia vænanti, Diſcalceatæ Auguſtini, & Monicæ imagines occurriſſent, iam tacitus animum in partem Excalceatorum inclinabam, ni multiplicem pictorum & ſculptorum ignorantiam tales frequenter ineptias, mendacia, fabulas, ſtilo ac penicillo producere ſolitam aduertiſſem. Rem igitur acrius ac ſagacius indaganti, diſcere licuit ex ſcriptis geſtiſque ipſius Auguſtini, nihil enim minus quàm pedum nuditatem cogitaſſe, nullum minus quàm Excalceatorum Ordinem inſtituiſſe, nihil minùs primis ab eo fundatis Eremitis conſonum, quàm dictorum Fratrum inſtitutum. Tum verò commiſſi negotij rationem amico referens; ſuaſi, vt ſi arctam ac difficilem viuendi ſemitam tenere vellet, Patrum Capucinorum Regulam ſuo ſequeretur idoneam propoſito: ſin mitiorem, Apoſtolicam tamen ac perfectam, qualem cum primis ſuis Fratribus duxerat Auguſtinus; Fratres Prouinciæ Communitatis Bituri-

cenſis à Regina Margareta in locum Excalceatorum ſuffectos, apud D. Germani ſuburbia, vel Bitterrenſes, vel Arelatenſes, aut Tholoſanos, Regularis pariter Obſeruantię ſectatores primo prorſus in habitu, Regula, Conſtitutionibus, reſpondere inſtituto.

CAPVT III.

Qui differat Religioſus Reformatus ab Auſtero.

TAmetſi plebis indoctæ ſimplicitas, auſteritatis & Reformationis nomina confundat, & promiſcuè ſumat; longè tamen aliter doctiorum auribus, Reformatus ab auſtero monachus ſonat. Nudipes quidem, Calceato collatus, foris auſterior & rigidior patet; Reformatus autem ille præcisè eſt cenſendus qui primam Regulæ, Conſtitutionum, habitúſque formam, vel lapſu temporis, vel humanæ fragilitate ſortis, vel denique morum corruptione detritam, reparatam poſtmodum, ac reformatam obſeruat. Sic ſigilli reformator audiret, qui corroſam edacitate temporis formam, noua primi ſigilli applicatione iterato

rato formaret. Sic vbi de prima hominis formatione, eiuſdemque reformatione fit ſermo *Deus*, inquit, *ſapiens*, *creauit de terra hominem*, *& ſecundum imaginem ſuam fecit illum*; *& iterum*, *conuertit illum in ipſam.* Eccleſ. 17. 1.
Sic Theologi communiter ſentiunt, per verbum potiùs, quam per aliam perſonam Trinitatis, fieri debuiſſe generis humani reparationem; quod velut artifex deſtructum opus, per primam formam mente conceptam, qua primò fecerat, ſecundò reficit ac reſtaurat: Ita planè quia per verbũ hominem fecerat, ſic per verbum pater reficere ac reparare debuerat, ſic demum ille verè ac propriè Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Reformator appellandus, qui primam dicti Ordinis formam à primo quondam eius inſtitutore præſcriptam, ſed longo vſu temporis obliteratam *iuxta exemplar quod in monte monſtratum eſt*, qua fieri potuit cura ac diligentia reſtituit. Atque hoc ſenſu viſus eſt Auguſtinus illud Cantici Canticorum Reformatori ſui Ordinis in Gallia dicere R. P. Stephano Rabachio: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*, *vt ſignaculum ſuper brachium tuum*, vt intus & foris, Regula, conſtitutionibus, habitu collapſa erigeret, expuncta reſcriberet, inor- Exod. 26. 30. Cant. 8. 6.

Digitized by Google

dinata componeret, deformata denique reformaret. Cuius laboribus ita propitius Deus annuit, ita magnus ille Patriarcha Auguſtinus benedixit de rore Cœli, & de pinguedine terræ, vt ab anno 1594. quo cœpit in lucem Reformatio dicti Ordinis emergere, 28. monaſteria aut conſtructa de nouo, aut ex veteribus ruinis erecta, amplo & numeroſo proborum, æque ac Doctorum hominum cœtu plena videamus, qui Galliam, verbo & exemplo inſtruant, atque ad ſtudium virtutis accendant. Nec prætereundum præfatæ communitatis exemplo, tres alias communitates Toloſonam, Biterrenſem, Arelatenſem, omnia ſuis in Monaſteriis, primo Auguſtini inſtituto conformaſſe.

CAPVT IV.

In quo conſiſtat eſſentia voti Paupertatis Ordinis Auguſtini; & quænam fuerit prima habitus ipſius, primorúmque eius Eremitarum forma.

ATque ex dictis manifeſtè liquet, quam aberrent à propoſito Reformationis ſcopo, qui ſe illius centrum attigiſſe

giſſe præſumunt. Ergóne Reformatus iudicabitur qui totus à prima alicuius Ordinis forma fuerit alienus? Reformatus cenſebitur qui primo formatum à fundatore inſtitutum, noua habitus, Conſtitutionum, Regulæ, voti, introducta ſpecie, deprauabit? Reformatus habebitur qui præter nomen vacuum, de ſui Ordinis materia & forma habebit nihil? vt forma dat eſſe rei, ſic exacta voti & Regulæ Obſeruantia Religioſum efformat: Porrò Conſtitutiones Ordinis, habitus, & cœtera id genus extrinſeca, Religioſos ab inuicem coram vulgi oculis diſcriminant & ſecernunt. Quantum verò ad votorum emiſſionem attinet, ex æquo omnes caſtitatem & obedientiam colunt; paupertatem verò non omnes pariter profitentur: Licet enim eſſentiam paupertatis æque diues in communi Carthuſianus, ac pauper, in communi etiam Capucinus obſeruet, (vti ex ſcholæ Angelo & omnibus Theologis manifeſtè deducitur) quia ſcilicet æqualiter vterque ſine proprio viuit. maior tamen aliqualiter, & accidentariò, paupertas elucet in altero, qui nō modò propriis, ſed etiam communibus poſſeſſionibus abdicatis, nudis Chriſto militat ſtipendiis paupertatis.

Digitized by Google

Agedum Frater Excalceate Auguſtiniani dictus Ordinis Eremita; te acerrimum Franciſcanæ paupertatis æmulum, te Capuciniani inſtituti zelatorem eximium, te omnimodæ nuditatis cultorem obſeruantiſſimum nuper vidimus, nunc ad poſſidēdos reditus nouis ſtatutis editis relaxatum. Sed quo tandem iure Reformationis appellationem vendices? hunc tibi titulum honoris vſúrpes? hoc tuæ Congregationi præconium arroges? Exors formæ pariter ac materiæ veri & puri Eremitarum Ordinis, à Regula, Conſtitutionibus, habitu Auguſtini penitus alienus? atque vt omnem ex vulgi animis ſcrupulum reuellam, quem pedum nuditas & externa habitus auſteritas ingeſſerat; Quis fuerit Auguſtini & primorum eius ordinis Eremitarum habitus, ex verbis D. Antonini Archiepiſcopi Florentini Ordinis S. Dominici diſcite. *Quia verò*, inquit, *poſt tranſitũ B. Auguſtini Fratres hinc inde fuerunt diſperſi, tunc*
3. p. tit. 24. c. 14. §. 5. *ſuccreuit deformitas, tam in habitu, quàm in diuino officio, & cæteris obſeruantiis: vſque ad tempus Recollectionis ſeu vnionis Ordinis memoratæ, & quoniam tunc inter illos Fratres ſimplices dubitabatur quis eſſet verus habitus eorum; hinc eſt, quod Sedes Apoſtolica*

aſpi

aſpiciens ad primariã Ordinis originem, habitum ſuperiorem eis determinauit, ſeu iam verius dudum per S. Auguſtinum determinatum declarauit: Statuendo videlicet, quod eorumdem fratrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini habitus exterior eſſet cuculla nigra, & nullius alterius coloris, cum longis & protenſis manicis, deſuper corrigia ampla cincta: habitu ſubinteriore eis remanente ſecundum ordinationem Ordinis authoritate nihilominùs ad hæc Sedis Apoſtolicæ accedente. Vbi per habitum interiorem, intelligit tunichinum albũ vt Conſtitutio præſcribit, vel veſtem albam cum Capucio & ſcapulari ſimiliter albis, qui eſt habitus clauſtralis Eremitarum S. Auguſtini: iam conferte ſi lubet fratrum Excalceatorum habitum, cum eo, quo Diuum Auguſtinum ex ipſa ſanctæ Sedis authoritate & declaratione indutum accepimus. Videte ſi quid de nuditate pedum notatu cæteroqui digniſſima, ſed clericis interdicta; ſi de palliolo, breuibuſque ac ſtrictis manicis, promiſſariè, & longè latéque profuſa barba retulerit. Qui potuiſſet Auguſtinus ſcriptum facto aduerſo refigere, qui Synodo quarta Carthaginenſi ſubſcripſerat, Clerico barbam alere prohibenti.

Sed

Sed quod lepidè in hanc rem ſcripſit Cardinalis Baronius ſubtexere non pigebit vbi contra quoſdam Monachos intonſos negantes operandum eſſe manibus agit: *quorum*, inquit, *cauſa Canon ille à ſancta Synodo editus eſſe videtur, quo prohibentur clerici nutrire comam & barbam, crinitos namque hos Auguſtinus appellat, quod intonſi procederent: nam ſanctus Epiphanius tradit muliebrem Comam circunferentes vagari conſueuiſſe: in quos egit idem pluribus Auguſtinus, ac inter alia: & hoc quò pertinet, quæſo tam apertè contra Apoſtoli præcepta conari? an ita vacandum eſt, vt nec tonſores operentur? an quia Euangelicas volucres imitari ſe dicunt (nempe quatuor animalia Ezechielis, malim ego reſpicere ad volatilia cæli quæ neque metunt, neque ſerunt) quaſi depilari timent, ne volare non poſſint? Verum etſi non niſi de coma Auguſtinus agat: Patres tamen in dicto Concilio Carthaginenſi, inter quos & ipſe Auguſtinus nominatus, atque ſubſcriptus habetur, addiderunt quoque de barba minimè nutrienda: licet quædam exemplaria habeant additamentum illud, (ſed radãt, vel tondeant) tamen nutriẽdam eſſe communi codicibus omnibus lectioni concordat: vt ex his ſatis conuinci poſſit ipſum Auguſtinum*

&

& alios Epiſcopos, nec non Affricanæ Eccleſiæ clericos, minimè geſtare conſueuiſſe promiſſam barbam, ſed ſi non raſam, ſaltem præciſam & ex parte aliqua decurtatam, quo omnis ſuſpicio impenſi in ea nutrienda laboris omnino ceſſaret. Nam cum æqua lex barbæ ſtatuatur, & comæ, ſicut illa ne nimium effluat, ex præſcripta lege tonderi deberet, ita iſta ne prolixitate luxuriet, amputari neceſsè eſſet. Sed dicet aliquis, cur in Synodo de clericis, & non de monachis mentio habetur? quod ſcilicet in Eccleſia Affricana Monachiſmus iam aſcitus in clerum, ſimulque coniunctus eſſet, & in eadem Eccleſia Affricana clericorum nomine etiam monachi continentur, vt pote Dei ſeruitio arctioribus vinculis mancipati, cum alioqui vel clerici monachorum amplexi fuerint inſtitutum, vel ex eis ſolùm, plurimi cooptarentur in clerum. Huc vſque Baronius.

CAPVT V.

Digitized by Google

CAPVT V.

Quo conſtat Auguſtianianos Excalceatos nihil penitus habere Auguſtini, & primorum eius Eremitarum.

Lib.4. Dymnoſoph.

ATHenæum recolo de Therpandro Citharœdo loquentem, cuius è lyra cum aliqui Spartani delirantes, fides aliquas vt inutiles detrahere voluiſſent, nihil ille conſonantius ad faciendam ſuis fidibus fidem, nihil ad conuincendos litigatores ſuos aptius præter antiquam Apollinis obiecit imaginem; cuius lyra totidem cum ſua fidibus diſtenta reſonabat: haud aliter partes fratrum Eremitarum Calceatorum propugnabo (ſi me huius cauſæ aſſertorem non dedignantur) neque enim alio fortiori, potuerunt aduerſarij cauſâ cadere, argumento. Ades huc frater excalceate, Eremita nudipes, & bipedali barba, pallio philoſophico, Spartana etiam dixerim audacia, Therpandros aggredere. Quid agis? quid moliris? quid cogitas? dum ab Eremitarum ordine, calceamenta, Caligas, formam, habitus, cantum ſuauè ſonantis Eccleſiæ vehementer ipſum afficientem

Auguſti

Auguſtinum, Conſtitutiones denique Eremitani Ordinis tanta prudentia digeſtas, ab hoc inſtituto reuellere contendis? nunquid tot fides vt ſuperfluas & inutiles Therpandri Citharæ ſubducere conaris? at oculos, (ſi forte ipſi etiam depoſita caliga, non caligant) in veterem Sancti illius Apollinis imaginem, Auguſtini dico, Regulam & ſcripta conuerte, & ſi calceamentis, caligis, extenſis manicis, cantu, conſtitutionibus, & cæteris vti fratres communitatis Toloſanæ, Arelatenſis, Bituricenſis, Biterrenſis tuo viuendi modo, diſſimilibus æquo animo ferre non potes, hinc eos verè ac propriè Ordinis Eremitarum Reformatos, vtpote ſuo primo principio ac prototypo conformatos agnoſce. Atque vtinam huius Apollinis cythara pacem vndique, communitatem vndique perſonans, vos cum Saüle, deſiliente in vos pariter ſpiritu, in cuneum Prophetarum aduocet, numero Prophetarum adſcribat, vt ſimili ſaltare modo, parilique choro canere doceat, *in domo Domini ambulantes cum conſenſu.* Sed parcite veritati, ſi ſoluto liberius calami ductu vos Abrahæ ſimiles effingat: Cum illud ipſius ad Regem Sodomorum, ad magnum videamini conuertiſſe Auguſtinum.

1. Regum 10. 10.

Pſal. 54. 15.

Enim

[illegible] magis [illegible] quam [illegible], [illegible] Regiæ [illegible] Ordinis [illegible]. Quid [illegible] ad illo [illegible] veſtro, Reg. veſtro, pat. veſtro dic[illegible]: *[illegible] Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cœli & terræ, quod à filo [illegible] uſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas ego ditavi Abraham.* Quam bene etiam illud [illegible] veſtris convenit, *[illegible] domus eorum in æternum.* Cum e [illegible] aliorum mendicantium [illegible], vero, [illegible]nibus mendicantes, ſed aliorum omnium mendicantium. Conjugantes paupertate neque vero minimè ſtipendiarios S. Franciſci milites appellarem, neque ab Auguſtino transfugas. Cum primus [illegible] inſti[illegible] in Gallia fieret vir alias probus ſed illiteratus nomine Mathæus, primò quidem laicus viræ Auguſtinianus Eremita, Conventus Virodunenſis, poſt hæc apud Patres Capucinos profeſſus: unde affectu ægritudine corporis vel animi excuſſus; obtenta à Pontifice diſpenſatione voti ſecundi, tamen ſe obſtrinxit: & ſolo nomine, colore, corrigia Auguſtini ſervatis, barbam, manicolas, pallium, ſandalia, habitum, & cætera Capucinorum propria ſibi

Digitized by Google

ſibi ſuiſque præſcripſit. Audite verò quid Cap. 6.
per Ieremiam dicat Dominus: *Hæc dicit* 16.
Dominus, ſtate ſuper vias, & videte, & in-
terrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bo-
na, & ambulate in ea, & inuenietis refrige-
rium animabus veſtris; & dixerunt non am-
bulabimus, & conſtituti ſuper vos ſpeculato-
res, audite vocem tubæ, & dixerunt non au-
diemus, ideo audite gentes, & cognoſce Con-
gregatio. Quid tum poſtea? *vt quid mihi* Cap. 6.
thus de Saba affertis, & calamum ſuaue olen- 20.
tem de terra longinqua? Holocauſtomata ve-
ſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non
placuerunt mihi. Propter hæc dicit Dominus,
ecce ego dabo in populum iſtum ruinas, &
ruent patres & filij ſimul: nunquid illud à
Chryſologo de Nadab & Abiud didiciſtis? Chryſol.
quia alienati vino, alienum portauerant ſerm. 26.
ignem, mox Diuino igne referuntur extincti.
Abſit vt flammas Seraphicas diuináque
Franciſci incendia amoris, communi & le-
ui honore proſequar: ſed carbones iſti Ca-
pucini forcipe tractari debuerant, non Au-
guſtiniani Thuribulo manuque verſari: ha-
bet & Auguſtini Regula vbi ſuos *excoquat* Iſaiæ 48.
in camino paupertatis: nec ardoribus vacat, 10.
nec caret incendiis: & qui *ſpirituum pon-*
derator eſt Dominus, ponderat pondus ignis
eius

Prou 16. 2. eius qui dicebat, *Amor meus pondus meum; illò feror, quocunque feror.* Vt quid ergo tran- *Aug 3. Confeſſ. cap. 9.* ſit domus eorum ad alteros? vt quid mihi thus de Saba afferunt, & calamum ſuauè olentem de terra longinqua? Anacharſim accepimus à conciuibus occiſum, quod regreſſus in Scythiam antiquos mores nouis abrogare tentaſſet. Viuite verò fratres amantiſſimi, viuite Eremitæ, ſed Auguſtini more viuite non Franciſci: occidat in vobis inſueta nouitas, viuat in vobis aſſue- *Io. 8. 39.* ta cæteris antiquis. *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite:* Conſtitutiones, habitum, Regulam Auguſtini ſeruate. Alias vobis aptare poterimus quod nomine tenus, & non opere Chriſtiano: *aut nomen, aut mores muta*, vel quod alteri habitu rotilam mentienti D. Benedictus; *tolle fili, nam tuum non eſt*: barbam etiam Dionyſij ioco quid vetuerit cædere, *non decet filium plus barbæ geſtare quam patrem.* porrò ſi licuit Sandalia Veneris ſartori carpere, mihi nunc artem ſimilem profitenti veſtra pungere non licebit? non inſulſè forſitan Congregationi diſcalceatorum dixero, quod di- *3. Reg. 14. 6.* ctum fuit vxori Ieroboam. *Audiuit Ahias ſonitum pedum eius introeuntis per oſtium, & ait: ingredere vxor Ieroboam, quare aliam*

te

Digitized by Google

te eſſe ſimulas. Sonant quidem imperitorum auribus ſpeciem aliquam reformationis nudipedes ſtrepitum edunt crepera Gymnopodum Eremitarum Sandalia; ſed quid ſe alios ſimulant? quid Reformati Ordinis Eremitarum haberi volunt? Cum illud Tertulliani torqueri poſſit in eos aptiſſimè, *omne quod transfiguratur in aliud, deſinit eſſe quod fuerat, & incipit eſſe quod non erat*: nec prætereundum abeat tritum illud axioma Philoſophi: *generatio vnius eſt corruptio alterius*: ſi enim peritum aliquem definitorem interroges, quid ſit noua Auguſtinianorum Diſcalceatorum generatio? audi quid reſpondeat, *tranſmutatio ſubſtantialis totius in totum, nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto eodem*: adeò nullum Ordinis ab Auguſtino fundati in eis legitur, aut paret veſtigium. *Tertull. cōt. prax. cap. 27.*

Digitized by Google

Capvt VI.

Idem planè eſſe iuxta Idioma Scripturæ, ſoluere Calceamentum, & nudo pede ambulare; ac iuri Reformationis Ordinis Eremitarum cedere.

Deut. 25. 5. EXcalceatum incedere, & iuri ſuo cedere parum, aut nihil ab inuicem recedere plurimis Scripturæ teſtimoniis comprobatur. *Quando habitauerint Fratres ſimul; & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri; ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael: ſin autem noluerit accipere vxorem fratris ſui quæ ei iure debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugium ſumere: ſtatimque acceſſiri eum facient & interrogabunt: ſi reſponderit nolo eam vxorem accipere, accedet mulier ad eum coram Senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, ſpuetque in faciem*

ciem illius, & dicet, ſic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui, & vocabitur nomen illius in Iſrael, Domus Diſcalceati. Quem locum euoluens Origenes *omnis, inquit, qui contra legem agit Calceamenta ſoluit*. Porro Abulenſis, conſputam faciem, & nudum pedem attendens, non immeritò tantæ impietatis reum à capite ad calcem ignominia ſuperueſtiri adnotat, *vt operiatur ſicut diploide confuſione ſua.* Enim verò neſcio num tanti criminis rei ſibi eſſe videantur fratres excalceati, vt contra legem, hoc eſt diui Auguſtini Regulam, normam, inſtitutum, poſitis calceis incedant, & proinde cedant iuri propinquitatis. Vnum ſcio fratrum diſcalceatorum Congregationem, quatuor Galliæ Communitatibus Reformatis poſſe dicere quod ſcriptum, & cuiuſdam excalceati ore excerptum legimus: *cedo iuri propinquitatis, tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.* Egregiam verò excalceati profeſſionem: quid enim aliud Eremita nudipes inauditâ Reformatione profiteris? Cedo iuri propinquitatis: hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, vt ſi quando alter, alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio, notate verba, vt eſſet firma concuſſio; ſol-

In cap. 25. Mat.

Pſalm. 108. 29.

Ruth. 4. 6.

D. Tho. in Math. 3. ex Deu. 21.

uebat homo Calceamentum ſuum, & dabat propinquo ſuo. Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. Ponderate quæſo & ſiclo Sanctuarij æſtimate, quid hæc rerum ſonent *ſoluebat homo calceamentum ſuum, &c. hoc erat, inquit, Lyranus ſignum quod vnus ſpoliabatur iure & alter inueſtiebatur.* Quid hic plura Scripturæ & Patrum teſtimonia congeram? fuerit aliqua Selectoria perſtringere. Ex Lyppomano Moyſes, ex Cypriano & Ambroſio, Ioſue, ex Feuardentio Dauid, ſolutis calceis & nudis pedibus ambularunt; vt hoc facto, ſe iuri ſuo cedere teſtaretur Vnum ex omnibus Ambroſium, & iiſdem ferè terminis Cyprianum accipite, *non Moyſes Sponſus; illi enim dicitur ſolue calceamentum &c. non Ieſus Naue Sponſus, nam & ipſi dicitur ſolue calceamentnm ne ex ſimilitudine nominis ſponſus Eccleſiæ crederetur. Non alius Sponſus, ſed ſolus Chriſtus Sponſus de quo dixit Ioannes, qui habet Sponſam, Sponſus eſt, &c. Hinc ſolui non poteſt ſicut dixit Ioannes, non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius.*

Vide Aug. to. 6. 200. 1. 6.

Lib. 3. de fide cap. 5.

2 cont. Iud. cap. 19.

CAPVT VII.

Capvt VII.

Vbi ex præcedentibus manifeſtè deducitur Fratres Excalceatos cedere iuri Reformationis.

EXpræmiſſis, communi veterum Patrum ſuffragio, ſecundò Colligo; primò quidem Chriſtum Dominum ne dum Excalceatum fuiſſe, quinimo vt Eccleſiæ Sponſum ſtrictè adeò & propriè calceatum, vt nec ipſe Ioannes potuerit Corrigiam Calceamenti eius ſoluere. Secundò, poſito etiam (quod vltrò aduerſariis annuimus) fratrum Excalceatorum fundatori velut alteri Moyſi, vel Ieſu Naue ab Angelo dictum fuerit *ſolue Calceamentum de pedibus tuis*, hinc nos ſcitè contra eos & argutè probare, exlegem ab Auguſtini Regula, & ab omni voce Reformationis extorrem; ſed etiam ipſo iure propinquitatis exortem. Sicut enim Ambroſius notanter aduertit, præceptum Ioſue vt Calceamentum ſolueret; *ne*, inquit, *ex ſimilitudine nominis Sponſus Eccleſiæ crederetur*: Ita planè ne ex ſimilitudine nominis Auguſtiniani,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Enim verò rei magis facto quam verbo, habitu, Regula, conſtitutionibus Ordinis Eremitarum abiuratis; Quid aliud ab illo duci veſtro, Regi veſtro, patri veſtro dicitis? *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cæli & terræ, quod à filo ſubtegminis, vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas ego ditaui Abraham.* Quam benè etiam illud Ieremiæ vobis conuenit, *Tranſibunt domus eorum ad alteros.* Cum è domibus aliorum mendicantium, habitu, voto, conſtitutionibus mendicatis, ſitis aliorum omnium mendicantium Corrogatores pauperrimi: neque verò iniuriâ ſtipendiarios S. Franciſci milites appellauero, atque ab Auguſtino transfugas. Cum primus huius inſtituti inuentor in Gallia fuerit vir alias probus ſed illiteratus nomine Mathæus, primò quidem laxioris vitæ Auguſtinianus Eremita, Conuentus Virodunenſis, poſt hæc apud Patres Capucinos profeſſus; vnde affecti ægritudine corporis vel animi excuſſus; obtenta à Pontifice diſpenſatione voti ſecundi, tertio ſe obſtrinxit; & ſolo nomine, colore, corrigia Auguſtini ſeruatis, barbam, maniculas, pallium, ſandalia, habitum, & cætera Capucinorum propria ſibi

Geneſ. 14. 23.

Cap. 6. 12.

ſibi ſuiſque præſcripſit. Audite verò quid *Cap.6.*
per Ieremiam dicat Dominus: *Hæc dicit* *16.*
Dominus, ſtate ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris; & dixerunt non ambulabimus, & conſtitui ſuper vos ſpeculatores, audite vocem tubæ, & dixerunt non audiemus, ideo audite gentes, & cognoſce Congregatio. Quid tum poſtea? *vt quid mihi* *Cap.6.*
thus de Saba affertis, & calamum ſuaue olen- *20.*
tem de terra longinqua? Holocauſtomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Propter hæc dicit Dominus, ecce ego dabo in populum iſtum ruinas, & ruent patres & filij ſimul: nunquid illud à Chryſologo de Nadab & Abiud didiciſtis? *Chryſol.*
quia alienati vino, alienum portauerant *ſerm.26.*
ignem, mox Diuino igne referuntur extincti. Abſit vt flammas Seraphicas diuináque Franciſci incendia amoris, communi & leui honore proſequar: ſed carbones iſti Capucini forcipe tractari debuerant, non Auguſtiniani Thuribulo manuque verſari: habet & Auguſtini Regula vbi ſuos *excoquat* *Iſaia 48.*
in camino paupertatis: nec ardoribus vacat, *10.*
nec caret incendiis: & qui *ſpirituum ponderator eſt Dominus*, ponderat pondus ignis eius

Prou 16. 2. eiùs qui dicebat, *Amor meus pondus meum; illò feror, quocunque feror.* Vt quid ergo tran-
Aug 3. Confeſſ. cap. 9. ſit domus eorum ad alteros? vt quid mihi thus de Saba afferunt, & calamum ſuauè olentem de terra longinqua? Anacharſim accepimus à conciuibus occiſum, quod regreſſus in Scythiam antiquos mores nouis abrogare tentaſſet. Viuite verò fratres amantiſſimi, viuite Eremitæ, ſed Auguſtini more viuite non Franciſci: occidat in vobis inſueta nouitas, viuat in vobis aſſue-
Io. 8. 39. ta cæteris antiquis. *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite:* Conſtitutiones, habitum, Regulam Auguſtini ſeruate. Alias vobis aptare poterimus quod nomine tenus, & non opere Chriſtiano: *aut nomen, aut mores muta*, vel quod alteri habitu rotilam mentienti D. Benedictus; *tolle fili, nam tuum non eſt*: barbam etiam Dionyſij ioco quid vetuerit cædere, *non decet filium plus barbæ geſtare quam patrem.* porrò ſi licuit Sandalia Veneris ſartori carpere, mihi nunc artem ſimilem profitenti veſtra pungere non licebit? non inſulſè forſitan Congregationi diſcalceatorum dixero, quod di-
3. Reg. 14. 6. ctum fuit vxori Ieroboam. *Audiuit Ahias ſonitum pedum eius introeuntis per oſtium, & ait: ingredere vxor Ieroboam, quare aliam*

te

Digitized by Google

te eſſe ſimulas. Sonant quidem imperitorum auribus ſpeciem aliquam reformationis nudipedes ſtrepitum edunt crepera Gymnopodum Eremitarum Sandalia; ſed quid ſe alios ſimulant? quid Reformati Ordinis Eremitarum haberi volunt? Cum illud Tertulliani torqueri poſſit in eos aptiſſimè, *omne quod transfiguratur in aliud, deſinit eſſe quod fuerat, & incipit eſſe quod non erat*: nec prætereundum abeat tritum illud axioma Philoſophi: *generatio vnius eſt corruptio alterius*: ſi enim peritum aliquem definitorem interroges, quid ſit noua Auguſtinianorum Diſcalceatorum generatio? audi quid reſpondeat, *tranſmutatio ſubſtantialis totius in totum, nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto eodem*: adeò nullum Ordinis ab Auguſtino fundati in eis legitur, aut paret veſtigium.

Tertull. cõt. prax. cap. 27.

Capvt VI.

Idem planè eſſe iuxta Idioma Scripturæ, ſoluere Calceamentum, & nudo pede ambulare; ac iuri Reformationis Ordinis Eremitarum cedere.

Deut. 25.5. EXcalceatum incedere, & iuri ſuo cedere parum, aut nihil ab inuicem recedere plurimis Scripturæ teſtimoniis comprobatur. *Quando habitauerint Fratres ſimul; & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri; ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael: ſin autem noluerit accipere vxorem fratris ſui quæ ei iure debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugium ſumere: ſtatimque acceſſiri eum facient & interrogabunt: ſi reſponderit nolo eam vxorem accipere, accedet mulier ad eum coram Senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, ſpuetque in faciem*

ciem illius, & dicet, ſic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui, & vocabitur nomen illius in Iſrael, Domus Diſcalceati. Quem locum euoluens Origenes *omnis, inquit, qui contra legem agit Calceamenta ſoluit*. Porro Abulenſis, conſputam faciem, & nudum pedem attendens, non immeritò tantæ impietatis reum à capite ad calcem ignominia ſuperueſtiri adnotat, *vt operiatur ſicut diploide confuſione ſua*. Enim verò neſcio num tanti criminis rei ſibi eſſe videantur fratres excalceati, vt contra legem, hoc eſt diui Auguſtini Regulam, normam, inſtitutum, poſitis calceis incedant, & proinde cedant iuri propinquitatis. Vnum ſcio fratrum diſcalceatorum Congregationem, quatuor Galliæ Communitatibus Reformatis poſſe dicere quod ſcriptum, & cuiuſdam excalceati ore excerptum legimus: *cedo iuri propinquitatis, tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor*. Egregiam verò excalceati profeſſionem: quid enim aliud Eremita nudipes inauditâ Reformatione profiteris? Cedo iuri propinquitatis: hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, vt ſi quando alter, alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio, notate verba, vt eſſet firma concuſſio; ſol-

In cap. 25. Mat.

Pſalm. 108. 29.

Ruth. 4. 6.

D. Tho. in Math. 3. ex Deu. 21.

uebat homo Calceamentum ſuum, & dabat propinquo ſuo. Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. Ponderate quæſo & ſiclo Sanctuarij æſtimate, quid hæc rerum ſonent *ſoluebat homo calceamentum ſuum, &c. hoc erat, inquit, Lyranus ſignum quod vnus ſpoliabatur iure & alter inueſtiebatur.* Quid hic plura Scripturæ & Patrum teſtimonia congeram? fuerit aliqua Selectoria perſtringere. Ex Lyppomano Moyſes, ex Cypriano & Ambroſio, Ioſue, ex Feuardentio Dauid, ſolutis calceis & nudis pedibus ambularunt; vt hoc facto, ſe iuri ſuo cedere teſtarētur Vnum ex omnibus Ambroſium, & iiſdem ferè terminis Cyprianum accipite, *non Moyſes Sponſus; illi enim dicitur ſolue calceamentum &c. non Ieſus Naue Sponſus, nam & ipſi dicitur ſolue calceamentnm ne ex ſimilitudine nominis ſponſus Eccleſiæ crederetur. Non alius Sponſus, ſed ſolus Chriſtus Sponſus de quo dixit Ioannes, qui habet Sponſam, Sponſus eſt, &c. Hinc ſolui non poteſt ſicut dixit Ioannes, non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius.*

Vide Aug. to. 6. 200. 1. 6.

Lib. 3. de fide cap. 5.

2 cont. Iud. cap. 19.

CAPVT VII.

Capvt VII.

Vbi ex præcedentibus manifeſtè deducitur Fratres Excalceatos cedere iuri Reformationis.

EXpræmiſſis, communi veterum Patrum ſuffragio, ſecundò Colligo; primò quidem Chriſtum Dominum ne dum Excalceatum fuiſſe, quinimo vt Eccleſiæ Sponſum ſtrictè adeò & propriè calceatum, vt nec ipſe Ioannes potuerit Corrigiam Calceamenti eius ſoluere. Secundò, poſito etiam (quod vltrò aduerſariis annuimus) fratrum Excalceatorum fundatori velut alteri Moyſi, vel Ieſu Naue ab Angelo dictum fuerit *ſolue Calceamentum de pedibus tuis*, hinc nos ſcitè contra eos & argutè probare, exlegem ab Auguſtini Regula, & ab omni voce Reformationis extorrem; ſed etiam ipſo iure propinquitatis exortem. Sicut enim Ambroſius notanter aduertit, præceptum Ioſue vt Calceamentum ſolueret; *ne*, inquit, *ex ſimilitudine nominis Sponſus Eccleſiæ crederetur*: Ita planè ne ex ſimilitudine nominis Auguſtiniani,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

qmod fratres Excalceati : cum Calceatis confusè vtrinque ſortiuntur, quis verus Regulæ Auguſtini Sponſus, ac legitimus Reformator habendus eſſet, nulla poſteris dubietas ſupereſſet; fratrum Excalceatorum Congregationi dictum eſt, *ſolue Calceamentum de pedibus tuis.* Liceat igitur cum Ambroſio proſequi & ſimiliter dicere *non ergo Andreas, aut Mathæus, Sponſus, non alius quilibet Excalceatorum inuentor, Sponſus* : Sed Rabachius in Prouincia Franciæ, & alij in cæteris Communitatibus Galliæ, Regulæ, voti, Conſtitutionum Ordinis Eremitarum Sponſi : his Calceamentum ſolui non poteſt. Ille, ille Sponſus qui mortuo fratri, & extincto feruori primitiuo, ſemen homogeneum & numeroſum eiuſdem penitus ſpeciei prolem ſuſcitauit, & congruum Auguſtini Regulæ, & vitæ Apoſtolicæ, Reformationi ſuæ nomen Communitatis impoſuit. Huic licet inuiti fratres Excalceati, Calceamentum ſoluant, certatimque acclament ſinguli : *cedo iuri propinquitatis, tu meo vtere priuilegio quo me libenter carere profiteor:* Hinc etiam factum eſt, vt Regina Margareta Valeſia voti rea, in honorem eximij Doctoris Auguſtini, erecto Cœnobio, & fratribus Excalceatis,

quaſi

Digitized by Google

quaſi legitimis eiuſdem Ordinis Reformatis tradito, facti poſtea pertæſa (vtpote vacua ſpe, & ſpecie Auſteritatis deluſa) Reuerendum Patrem Magiſtrum Stephanum Rabachium, alioſque Communitatis Bituricenſis fratres è Contentu Latiniaco vocatos, ſponte propria, Apoſtolico ſuperueniente diplomate Regio decreto confirmante ſupremóque Senatu Pariſienſi approbante, nec non Lutetiarum Epiſcopo, & ſancti Germani de pratis Abbate conſentientibus, in locum Diſcalceatorum, ſubrogarit; Atque vt memorata Regina Margareta futuris ſæculis commendaret, quo animo in fratres Reformatos Communitatis Bituricenſis, præ Diſcalceatis eſſet affecta, manu ſua Regia, in inſtrumento originali, & contractu coram Notariis cum ipſis inito hæc verba ſubſcripſit.

Contractus Renuntiationis Auguſtinianorum Excalceatorum, quo Auguſtinianos Calceatos alta voce diuinum officium cantantes iuxta morem magni Conuentus, in meum Monaſterium introduxi.

Quin & in ipſo ſuo teſtamento primò, & præ cæteris omnibus, Regi Chriſtianiſſimo commendauit, *vt ſatisfaceret fundationi à ſe facta in fauorem Auguſtinenſium*

Digitized by Google

Reformatorum Communitatis Bituricenſis. Cui hactenus bellorum difficillimis temporibus, exhauſtum Ærarium Regium ſufficere non valuit.

BVLLA PONTIFICIA,

QVA IVXTA PETITIONEM Reginæ Margaretæ, Fratres Excalceati à Conuentu ſuburbiorum S. Germani eiiciuntur: & Fratres Auguſtiniani Calceati Reformati Communitatis Bituricenſis in eorum locum introducuntur. Cuius Originale vidi Sigillatum.

PAVLVS PAPA V.

DILECTO FILIO PRIORI Prouinciali Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Prouinciæ Franciæ.

DILECTE Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Nomine cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Margaretæ Reginæ illuſtris, nobis nuper expoſitum fuit, quod ipſa pro voti alias per eamemiſſi implemento

mento in Ciuitate Pariſienſi, vnam domum regularem ſuis propriis expenſis pro vſu, & habitatione aliquot Religioſorum Diſcalceatorum, nuncupatorum Ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, qui iuxta pium eiuſdem Reginæ Margaretæ deſiderium, Miſſam maiorem, ac horas Canonicas in Eccleſia eiuſdem domus poſtquam perfecta foret, & interim in certa dictæ domus Capella ad id deſtinata, diù noctúque decantarent, de licentia noſtra fecit conſtrui, animo & intentione, illam de conceſſis ſibi à Domino facultatibus dotandi. Cum autem ſicut eadem expoſito ſubiungebat fratres Diſcalceati prædicti, iuxta Regularia eorum inſtituta, nec Miſſam, horáſque Canonicas decantare, neque bona ſtabilia, poſſidere ſoleant, & debeant, & proptera dicta Regina Margareta, plurimum cupiat fratres Reformatos Calceatos nuncupatos eiuſdem Ordinis, in dictam domum introduci. Nos dictæ Reginæ Margaretæ piis deſideriis annuentes, ipſamque ſpecialis gratiæ fauore proſequi volentes, & à quibuſuis, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis, ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodocunque innodata exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequen-

dum

Digitized by Google

dum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutam fore cenſentes: ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, tibi per præſentes committimus, & mandamus, vt fratres Diſcalceatos prædictos, ſi qui in dictam domum ſint introducti, ad eorum Priores, vel alias domos Regulares ſui Ordinis reduci, ſeu transferri, ac in primo dictam domum, vt prædicitur conſtructam, fratres Reformatos Calceatos nuncupatos eiuſdem Ordinis, loco dictorum fratrum Diſcalceatorum introduci cures & facias, nos enim tibi ad id plenam & Apoſtolicam facultatem, & authoritatem tenore præſentium concedimus, & impartimur. Iiſdemque fratribus Calceatis, poſtquam ſic introducti fuerint, vt omnibus priuilegiis, gratiis, & indultis à nobis & Apoſtolicæ Sedis poteſtate, fratribus Diſcalceatis, in dictam domum introductis, ſeu qui introducendi erant, conceßis, dummodo eorum Regularibus inſtitutis non repugnent, vti, frui, & gaudere poßint, & valeant, indulgemus non obſtantibus præmißis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non & Ordinis prædictorum, & iuramento Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & Conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcúnque. Datum Romæ

apud

apud Sanctam, Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die decima quarta Auguſti M.D.C.XIII. Pontificatus noſtri, Anno. I.

CONO.

Signatum S.Cobellutius.Et ſuper inſcriptio ſic habet dilecto filio Priori Prouinciali Ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini Prouinciæ Franciæ & ſigillatum cera rubea.

Collationné à l'Original en parchemin, ce fait rendu, par ſes Notaires, Gardenottes du Roy noſtre Sire au Chaſtelet de Paris ſoubſignés, l'an mille ſix cens trente ſix, le 29.iour du mois de Mars.

CARON. PETRI.

CAPVT VIII.

Quo quædam notatu digna ex præſcripta Bulla colliguntur.

HIc aduerte lector, ſi verba Bullæ tantum valent quantum ſonant; quid huius bullæ autenticæ non extortæ, non ſubreptitiæ, ſed ſpontaneæ & liberæ, ſonent

nent & valeant. *Nos dictæ Reginæ Margaretæ piis deſideriis annuentes, &c.* primò quidem dicit *pia deſideria* quibus ſcilicet voti rea, officium Diuinum & Miſſas ſolemnes in perpetuam gratiarum actionem cantari optauerat, & ad dicta onera ſubeunda reditus annuos, & bona ſtabilia conſtituere propoſuerat. Quibus cum Excalceati duplici ex cauſa per ſtatuta ſua inepti eſſent, fundationis ſcilicet poſſidendæ, & cantus incapaces: fratres Reformatos Calceatos ad vtrumque iuxta Regulam & Conſtitutiones Ordinis idoneos, Excalceatis eiectis ſubrogauit.

Secundò, omnem litem & quæſtionem nominis, Pontificem hoc verbi tenore ſuppreſſiſſe, ac qui veri dicti Ordinis Reformati eſſent, apertè declaraſſe: *tibi per præſentes committimus & mandamus, vt fratres Diſcalceatos prædictos, ſi qui in dictam domum ſint introducti, ad eorum ſuperiores, vel alias domos Regulares ſui Ordinis reduci ſeu transferri, ac in prædictam domum, vt precatur conſtructam, fratres Reformatos Calceatos nuncupatos eiuſdem Ordinis, loco dictorum fratrum Diſcalceatorum introduci cures & facias.*

Tertiò: Dictos fratres Diſcalceatos no-

ua

ua in dies ſtatuta cudentes, (in melius, an in deterius proficientes, neſcio) nouis Conſtitutionibus editis, diſpenſationem, à ſummo Pontifice obtinuiſſe, qua liberè & licitè poſſint deinceps oblatos ſibi reditus & fundationes acceptare. Quin etiam ſub Reformationis ſuæ expirantis finem, cantum iam diſcere Diſcalceatos audiuimus. Breui ni Calceamenta ſumpſerint, raucum canturos. Ades huc frater mi; candidi, an canori Cygni æmulus, iam tamdem cantare diſcis, propriique præcentor funeris extremum ſpiritum efflanti Reformationi tuæ præpoſteræ geſtis & properas parentare? Sic verſipellem te, & transformantem, imò Reformantem in meliùs cuncta laudabimus: ſi Oloris inuerſo colore, intus cum veris Auguſtinianis veſtem candidam, foris nigram indueris. Sic quondam ſibi moriens Auguſtinus, vt Deo viueret, ſuper baptiſmi ſtolam niueam, pallam cucullam induit. Hinc conſepultus Chriſto, inde viuidis pœnitentiæ vndis prolutus, Cygno nitidior, & ſonantior Te Deum laudamus cum Ambroſio decantauit. Sed paucis te velim frater Excalceate vel, vt tua Bulla ſubreptitia ſupponit, ad rigidioris vitæ normam ſequendam, ſtatutis tuis nouis per

eam

eam confirmatis, reditus poſſidendi, licentiam impetraſti: vel ad laxioris paupertatis Regulam cum cæteris Auguſtinianis obeũdam. Quid horum admittis? ſi ſtrictiorem paupertatem vocas, ad reditus & fundationes diſpenſationem acceptam; ipſo communi ſenſu contradicente conuinceris. Si hoc facto, & cantum addiſcendo, & bona ſtabilia in communi poſſidendo, veræ Auguſtini Regulæ Conſtitutionibus Ordinis, primæque ac germanæ Eremitarum formæ te conformare contendis, tum demum verè Reformatus cenſeberis;ſi poſitis quod tantum ſupereſt Sandaliis, decurtato Capucio, abiecto pallio, ſtrictiſque manicis, ac toto peregrino habitu in domeſticum mutato,Calceamenta portaueris: id vnum tibi, de præteritæ Reformationis fuco, ruboris monebit impreſſum, quod te cæteri omnes Calceati, quatuor in Gallia Communitatum fratres in vera Reformatione præceſſerint. Audi quid tibi ad aurem ſuggerat Auguſtinus, *an quia præceſſerunt, pudet ſequi? Imò vero pudeat præcedentes non ſequi.* Idem, ne dubita Pontifex qui benignè tecum egit in ſtrictiori paupertate relaxanda, ſuper Sandaliorum, in Calceos, mutatione, facilè diſpenſabit.

CAPVT IX.

CAPVT IX.

In quo inſigni Auguſtini, Poſſidij, & Gregorij authoritate, ſingularitas nudipedis in Ordine Eremitarum exploditur.

ETſi Chriſtus Dominus fuerit *Pelicanus ſolitudinis*, *Paſſer ſolitarius in tecto*, Pſalm. 101.7.
Phœnix ex Tertulliano ſingularitate famo- Pſalm.
ſus, ex Auguſtino *ſingularis donec tranſiret*, 101.8.
vnigenitus in ſinu patris, vnigenitus coram De reſur. c. 13.
matre ſua, vnus denique teſtante, poſt Pſal-
tem, Auguſtino, *ad quem vſque omnes de-*
clinauerunt: ſic tamen toto vitæ ſuæ de- Aug. in pſal 140. 10.
curſu, à ſingularitate notabili fuit alienus,
ſic communis vitæ & popularis amicus, vt Pſ. 13.3.
per omnia, ſubſcribente Apoſtolo, *fratri-*
bus ſuis abſque ignorantia, *& peccato volue-* Epheſ. 2. 17.
rit ſimilari: Ita porro ſingularis iſta pro-
prietas, Pſalti Regio fuit exoſa; vt pedem Pſalm.
ſuperbiæ venire ſibi ſuper omnia formida- 35.12.
ret. *Non veniat*, inquit, *mihi pes ſuperbiæ.* Augu. in
Qui ſic exponente Auguſtino, vnicus eſt pſalm. 9.
& ſingularis, ſic etiam explicat illud pſal. 14.

79.

79. *ſingularis ferus depaſtus eſt eam*, ſingularis, *ait*, qua ſuperbus: *hoc enim dicit omnis ſuperbus: ego ſum, ego ſum, & non alius. Sed quo fructu? Deus virtutum conuertere, & reſpice de Cælo, & perfice eam quam plantauit dextera tua. Non aliam*, inquit, *inſtitue, ſed hanc perfice*: vbi videtur Auguſtinus ſpiritu prophetico afflatus, de ſingularitate nudipedum fratrum Excalceatorum conqueri, quaſi aliam à ſua Religione inſtituant, obteſtari etiam Deum, vt quam primò plantauit dextera eius, eam perficiat, & non aliam prorſus inſtitui patiatur. Quid preterea viſus eſt inſinuare nobis, hunc locum Pſaltis explanans, non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me: Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt nec potuerunt ſtare. *Vndè*, inquit, *ille humilis, qui non ſe dignum dixit ſoluere Corrigiam Calceamenti eius, non eſt expulſus, ſed ſtat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi, non propter ſuam; ne veniat ei pes ſuperbiæ, & expellatur, nec poßit ſtare.* Vos verò non timebitis expelli, *habitu*, contra Auguſtini Regulam *notabili*, pede ſingulari, alio prorſus inſtituto famoſi? quid aggredimini, quod præcurſori Domini, nec tentare licuit, ſoluere in-

Aug in pſal. 79. 16.

Augu. in pſ. 50. 9.

quam

quam Corrigiam Calceamenti Chriſti, & vniuerſorum hominum ad inſtar ſerui excalceare præſumitis, quaſi Sponſus Eccleſiæ non eſſet? quid magno patri Auguſtino inuito ac renuenti ſingularitatem nudipedis affingitis? non legiſtis opinor, quod ipſe tom. 6. contra Fauſtum Manichæum ſcribens in expoſitam ſupra Deut. 25. Ceremoniam ediſſerit; vbi cum fusè probaſſet, verbi-Diuini nuntios, prolem Chriſto fratri ſuſcitare debere, qui pro peccatis fratrum ſuorum paſſus eſt mortem; cum etiam hoc nomine Paulum Apoſtolum collaudaſſet diſcipulos increpantem, quaſi pro ipſis mortuus eſſet Paulus, aut in nomine Pauli baptiſati eſſent, ſic tandem concludit. *Qui autem aliorum curam refugit Diſcalceati illius non figuratum ſignificabit, ſed in ſe portabit opprobrium.* Ergo agite fratres cariſſimi Auſteritatem habitus, perfectam corporis mortificationem, nuditatem denique pedum quanto volueritis clangore iactate; hæc & alia id genus, vltro & laudo, & prædico, & extollo: ſed vbi veſtra in Auguſtinũ pietas? vbi in Ordinẽ Eremitarum charitas? vbi in emortuum & extinctum in aliis, vt dicitis Religionis ſpiritum, amor, dilectio, fraternitas? vbi ſemen eiuſdem

generis ſuſcitatum? vbi proles homogenea? vultis dicam liberè quod ſentio? ni me communis cum cæteris, Auguſtiniani appellatio falleret, ni velatis peplo fidei luminibus, piè, vos ſub Auguſtini nomine viuere crederem; neſcio quo pacto, non dicam Reformatos, ſed ne quidem benè formatos Auguſtinianos poſſem dicere; cum neque habitũ neq; vota, neq; Regulam, nec Conſtitutiones, nec viuendi formam à 1200 & amplius annis ab Auguſtino præſcriptam, videamus in vobis. *Qui autem curam aliorum refugit, Diſcalceati illius non figuratum ſignificabit, ſed in ſe portabit opprobrium*: quanto melius à Gregorio magno didicere Calceati, quod in verba Cantici Canticorum: *quam pulchri greſſus tui in Calceamentis filia Principis* ſcriptum reliquit. *Pedes ſpiritualiter calceamus, quando à Patribus Sanctis carne mortuis exempla ſumimus, vt ad eorum ſimilitudinem mundi huius tentationes expugnemus.*

Reuoluite quæſo priora tempora, *memores eſtote dierum antiquorum, cogitate generationes ſingulas*, & videte, ſi ex tot tantiſque virorum & fœminarum ordinibus illuſtribus, qui Regulam D. Auguſtini amplexati ſunt, vel vnicus more veſtro ſingu- *Deut. 32.7.*

lari,

lari, proindéque *habitu notabili*, Excalceatus proceſſerit. An verò ſimile putandum eſt tot doctos æquè ac ſanctos viros, qui ſub tali-duce *in Caſtrorum acie ordinata*, Cant. 6.9. Chriſti militiæ dedere nomen, vel Regulæ ſuæ terminos ignoraſſe per inſcitiam, vel obſeruare exactiſſimè, neglexiſſe per incuriam? curiosè numerum ſupputanti, diſcere licuit quadraginta quatuor diſtinctos Ordines, & viginti ſex Congregationes D. Auguſtinum parentem agnouiſſe, ſed omnes comperi, Calceamenta iuxta Regulam pedibus induiſſe. Atque vt cæteros Ordines familiaſque prætercam, quis vnquam inter Canonicos Regulares, Præmonſtratenſes, Dominicanos, per Calceamenta in Regula explicitè expreſſa, Sandalia expoſuit? doctiſſimus forſitan ac Religioſiſſimus D. Thomas, Antoninus, Raymondus, cæteríq; non intellexere Regulam, vel eius præuaricatores extitere? & in ipſo Eremitano Ordine tam numeroſa beatorum, & peritiſſimorum generalium turba, ad hæc vſque tempora, quî vixerit Auguſtinus, quî veſtitus, & calceatus fuerit, & Regula eius quomodo ſeruanda, *neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ*, vt obſole- Pſalm. 81.5.

Digitized by Google

ta, confecta carie, & putrida fratrum de ſacco ſimulachra gymnopoda, & ſaccario femorali galerata, è veteribus monumentis eruta, ſic indutum Auguſtinum, ſic veros eius Eremitas induendos, mentientur.

Quem fideliorem huius rei teſtem & aſſertorem proferam, quam Poſſidium oculatiſſimum D. Auguſtini aſſiduumque contemplatorem. Quid tandem de veſtibus eius & calceamentis, *veſtes eius & calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia his plerumque vel iactare ſe homines ſolent, vel abiicere: Ex vtroque non quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt ijdem quærentes: at iſte beatus, vt dixi, medium tenebat, neque in dexteram, neque in ſiniſtram declinans.* Quis autem adeo cæcutiat, vt media, & non extrema, & abiecta plurimum Calceamenta, Sandalia excalceatorum, cenſenda eſſe non aduertat? poſtremo, cum & Regulam ſuam Eremitis & Clericis Regularibus primitus datam, facilem & mitem adeò præſcripſerit, vt ab omnibus etiam infirmis obſeruari poſſet, eam in Epiſtola etiam Monialibus tradidit, quas nudipedes incedere, tam rationabilis exactor obſequij, noluiſſet, tam caſtus, & mode-

Poſſid. in vita Auguſt. cap. 22.

Epiſt. 109.

modeſtus, nec dum recluſus, ſed & coram hominibus palam cantantes in Eccleſia nudipedes apparere non tuliſſet.

CAPVT X.

In quo proponuntur, & ſoluuntur Obiectiones quæcunque fieri poſſunt pro Excalceatis Eremitis contra Calceatos; ac primo quidem, quod D. Alipius Auguſtino familiariſſimus fuerit nudipes.

NE quis autumet infenſum me Ordini Excalceatorum, hic etiam partes aliquas circa eos obibo charitatis, qui integram Calceatis exoluo, & ſi quidem charitas *alterius onera portando legem adimplet Chriſti*, vt onus alterius Apologetici pro diſcalceatis conſcribendi ſub leuem calamum præripio Scriptori; & quidquid pro ipſorum cauſa tuenda, contra Calceatos proferri poteſt, vltrò proponam breuiter, faciléque diſſoluam: alias iuxta Salomonem *faciendi plures libros non eſt finis.* *Galat. 6.2.*

Primò, igitur obiiciunt: D. Alipium S. Auguſtino chariſſimũ, eiuſdemque Deo in *Eccleſ. 12.12.*

Digitized by Google

Eremo famulandi, propoſiti tenaciſſimum, nudipedem extitiſſe, tantumque in eo ſtupuiſſe feruorem. *Placuit*, inquit, *& Alipio renaſci in te mecum, iam induto humilitate Sacramentis tuis congrua, & fortiſſimo domitore corporis, vſque ad Italicum ſolum glaciale, nudo pede obterendum, inſolito auſu.* Benè hercle quod Italicum ſolum non Affricum terebat adhuc, quo Monaſticum inſtitutum Auguſtinus nec dum inuexerat. Optimè, quod obſtupuit Auguſtinus quaſi inſolitum incedendi rigorem, ſeu vt ipſe loquitur, quod *ſolum glaciale nudo pede obtriuerit inſolito auſu*: Sed dic quæſo, an vir prorſus admirabilis ac ſtupendus in omnibus, aliquid ſibi cæteriſque commune cum tanta admiratione laudaſſet? an non potius ſi eiuſdem vigoris & rigoris exemplar Alipio aliiſque fratribus extitiſſet, aut compar *ſpiritu* (*vt ait ſermo imputatus Damiano, qui tamen inter eius ſcripta non reperitur, ſed fortè ex aliquo manuſcripto depromptus eſt*) *ſuperbiæ pauperrimus*, morem Alipij, tanquam ſuum, aſſueta humilitati modeſtia tacuiſſet? ſed quam præpoſterè, *nocte & ad inſipientiam tibi*, frater Excalceate, D. Alipij allegatione gloriaris, qui non nudis plantis glaciale ſolum obteris, ſed ſolum

9. Conf. cap. 6.

Damia. ſerm. de S. Aug.

Pſalm. 21. 2.

ſolum Sandaliis contra ſoli frigus armatus incedis: vel ſic prorſus excalceatum Alipium; tum verè nudipes ſequere, vel eum tuæ cauſæ vindicem tace, vel posteà cum Auguſtino factum Eremitam Calceatum imitare. Sed de his fuſius tertia parte.

Capvt XI.

In quo exemplum D. Fulgentij Ordinis Eremitarum S. Auguſtini pro Excalceatis proponitur.

At enim, *inquis*, D. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus verè Auguſtinianus fuit Eremita Excalceatus, idque ex fratrum Eremitarum ab Auguſtino fundatorum more. Ita enim his verbis ex cuiuſdam ipſius diſcipuli vitam Fulgentij deſcribentis textu hanc veritatem aſſerit, & fusè diſſerit Eminentiſſimus Cardinalis Baronius, *ſuſcepit interim beatus Fulgentius Epiſcopatum ſine aliqua ambitione, cum maxima deuotione, manente in contradictores diuina vltione. Nec ita factus eſt Epiſcopus, vt eſſe deſineret Monachus: ſed accepta Pontificis dignitate profeſſionis præteritæ ſeruauit* Baron. ad annũ Christi 504.

integritatem: ſeruata verò profeſſionis integritas plus ornauit Pontificis dignitatem. Nunquam denique pretioſa veſtimenta quæſiuit, aut quotidiana ieiunia prætermiſit, aut conditos ſuauiter cibos, vel inter hoſpites manducauit, aut diſcumbendo ſaltem requieſcere, & reſoluere rigidum propoſitum voluit; ſed vna tantum viliſſima tunica ſiue per æſtatem, ſiue per hyemem patienter indutus fuit (non ſicut diſcalceati, qui hyemale frigus duplicata tunica arcere ſolent expreſſo ſtatuto.) Orario quidem, ſicut omnes Epiſcopi nullatenus vtebatur: pelliceo cingulo tanquam Monachus vtebatur: ſic ſtudio humilitatis, ambitionem veſtiũ corporalium fugiens, vt nec vltima calceamenta ſuſcipiens clericorum, aut vltimis caligis in tempore hyemis, aut caligulis tempore æſtatis ſimpliciter vteretur. Addam ego ad abundantiam charitatis, vel ad cauſæ fiduciam, & vltro arcem aperiam vnde arma contra calceatos Excalceati depromant. Ex magna Bibliotheca patrum tom. 6. vbi diſcipulus quidam D. Fulgentij in vita eius ad Felicianum eiuſdem in Epiſcopatu Ruſpenſi ſucceſſorem, ſic ſubloquitur. *intra Monaſterium ſanè interdum ſoleas accipiebat: frequenter nudis pedibus ambulabat &c. caſulam pretioſam vel ſuper-*

bi

bi coloris nec ipſe habuit nec Monachos ſuos habere permiſit. Subtus caſulam nigello vel lactinio pallio circundatus inceſſit, &c. huic beatiſſimo Sacerdoti nullus aliquando extorſit cuiuslibet generis carnes accipere: ſed ſola ſimpliciter olera, ptiſanas, & oua quamdiù fuit iuuenis ſine oleo, poſtquam verò ſenuit ſuperfuſo oleo manducauit &c. à vino autem ſemper ſanus abſtinuit. Si quando verò compellente infirmitatis neceſſitate vino modico vti compulſus eſt, calicibus plenis aqua ſuperfundens quidpiam meri, nec ſaporis eius, nec odoris iocunditate fruebatur. *In vita ſancti Fulgentii cap. 18.*

CAPVT XII.

In quo Obiectioni diuerſimodè reſpondetur.

TErruerit planè, & de ſententia mouerit & gradu, leuis aliquem armaturæ militem, tam plana ac diſerta nudipedis Fulgentij à tantæ authoritatis viro prolata aſſertio. Sed nihilominùs inconcuſſus, firmúſque *in gradu meo ſto*, & reſponſione *Dan. 10. 11.* multiplici, velut echo multiſona, vt Pentaphona, ictu inquam quintuplici telum, impenetrabilis, in aduerſarium retorqueo.

Primò

Primò quidem dico non eſſe certa ſcientia compertum, quod D. Fulgentius fuerit Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Neque enim id ſenſit doctiſſimus Suarez, in hac materia potiùs audiendus quàm Baronius vbi ſupra dicit; *ſed vnde huiuſmodi quam refert, monaſtica inſtitutio fluxit in Affricam? ſi rectè memoria tenes, nō ab alio quam ab ipſo S. Auguſtino qui eamdem ex Romana & Mediolanenſi Eccleſia primitus mutuatus, in Africam inuexit, atque latiſſimè propagauit: vt planè intelligas, quam S. Fulgentius profeſſus eſt, Monaſticam Regulam, ab ipſo ſancto Auguſtino deriuaſſe, diuerſique Ordinis ab eo inſtitutas fuiſſe claſſes; aliorum nempè qui in ciuitatibus degentes Clerici cum eſſent vna ſimul degentes, cœnobitica Monachorum inſtituta ſeruarent, quibuſcum idem factus Epiſcopus habitauit, aliorum verò qui procul à ciuitatibus degentes, eius eſſent vitæ atque veſtitus cuius hic vides Fulgentium eſſe cultorem; nempè vnâ induti tunica eadémque pellicea Zona conſtricta, quam nec ſoluerent domituri: ſuper tunicam vero pallio, & caſula ſuperueſtiri: nam idem author hæc ſubdit: caſulam pretioſam vel ſuperbi coloris, nec ipſe habuit, nec Monachos habere permiſit: ſubtus caſulam nigello, vel lactineo pallio circumdatus*

tus

tus inceſſit. Suaris inquam magis quam Baronij ſuffragio ſubſcriberem, ſi quid periculi calceatorum cauſæ timerem; ipſe enim longè acuratiùs Baronio ex profeſſo quatuor tomis de Religione tractauit, cum ille vt hiſtoricus ſimplici vnius Authoris relatione contentus rem preſſius non excuſſerit. Sic itaque Suarez; *ſicut*, inquit, *Auguſtinus in ſua diœceſi Monaſteria condidit, vel antequam eſſet Epiſcopus approbante Valerio, vel iam Epiſcopus ſua authoritate; ita potuerunt poſteà alij Epiſcopi in Affrica condere propria Monaſteria, vel ſecundum Regulam Auguſtini, vel ſecundum aliam propriam, & ita in vita S. Fulgentij cap.* 4. *legimus Fauſtum Epiſcopum ſibi Monaſterium conſtruxiſſe, in quo Fulgentius factus eſt Monachus. Et in cap.* 8. *fit mentio alterius Monaſterij*, Felicis Abbatis, *vbi poſteà Fulgentius fuit Abbas: & cap.* 12. *fit mentio B. Eulalij Siracuſani Epiſcopi, & cap.* 14. *Commemoratur aliud Monaſterium Viuencenſe ad quod tentauit Fulgentius diuertere, quia in eo rigidi propoſiti antiqua diſciplina ſeruabatur. Et ipſemet Fulgentius iam factus Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu proprium Monaſterium ædificauit cap.* 19. *& poſteà aliud cum eſſet à tyranno relegatus. In quibus omnibus nulla fit mentio*

Tom.4. de Religion.li.2. cap.9. num.12.

mentio Regulæ S. Auguſtini, imò Abbatem nominat, quod nomen in Religione S. Auguſtini videtur inuſitatum. Item commemorat perpetuam abſtinentiam à carnibus de qua non eſt vſus inter Eremitas S. Auguſtini. Sed quoniam Calceati Fulgentium inter Ordinis ſui principes viros cenſent, ne hunc coronæ eorum carbunculum ſubtraham, cum Auguſtinianum admittam, nullo indè diſcalceatorum incremento, nullóque pariter calceatorum detrimento.

Secundò itaque Excalceatos, eorum obiectioni reſpondens, interrogo. Quid tandem cauſæ impulit vt cum Fulgentium nudipedem magis quam Auguſtinum calceatum inſequi maluerint, non potiùs Fulgentini quam Auguſtiniani nuncupari voluerint? Huc etiam facit quod Surius in eius vita 1. Ianuarij, *offertur*, inquit, *B. Fulgentio à quodam Syluestro nomine Prouinciæ Byzacenæ Primario locus aptus Monaſterio fabricando: vbi & vir Beatus ſine mora Monaſterium fundat; & magna Congregationis efficitur pater.* Sed fortè puduerat nomen vacuum ſimilis vitæ auſteritate non implere, qui enim nec communes quidem omnibus Eremitis per ſtatuta præſcriptas ieiuniorum auſteritates obſeruant, Capu-

tij

tij magis & barbæ prorogatores quam ieiunij, quod cum pallio, manicíſque decurtant, quomodo gulam integram cum Fulgentio iuxta Tertullianum immolarent iugiter Domino, à carnibus & vino cum eo penitus abſtinentes? hoc vno contenti, quod Sandalia portando, calceóſque diſſecando ſe Fulgentij pœnitentiæ Sectatores venditent, cuius, vt nec Auguſtini, vel leui veſtigio inſiſtere reuincuntur. De victus Auſteritate, iam dictum eſt: de barba ratum eſt, raſum ſupponit obedientia in viro Religioſiſſimo, ſubſcribentique Concilio Affricano. De veſte quid loquar? cum Excalceatorum veſtes, cum Fulgentij habitu componenti pateat, eos pallium nunquam lactinei coloris ſub caſula vt ferebat Fulgentius; ſed nigri ſemper coloris ſuper caſulam circunferre. Et de Sandaliis quid gloriantur in calcibus, vt & in capite diſſimiles?

Tertiò, ſi D. Fulgentium verum in omnibus Auguſtini diſcipulum, tuique prorſus Ordinis & inſtituti ſectatorem iactitas; vel, vt Chriſtus legiſperito tentanti ſe, dixit *fac & tu ſimiliter*: vel ſi vitæ eius auſteritatem refugis imitari; te verum Auguſtinianum, aut Fulgentinum Reformatum, *Luc* 1. 0. 37.
tam

tam diſſimilis formæ, deſine gloriari.

Quartò: præ cæteris, in verbis Baronij diligenter aduerte, nuſquam voluiſſe peritiſſimum Cardinalem D. Fulgentium, S. Auguſtini inſtitutum Monaſticum ſic in ſuo victu & veſtitu exactè retuliſſe, vt eiuſdem omninò cum Fulgentio rigoris, ipſe fundator Ordinis cum primis fatribus fuerit obſeruator. Id enim & Poſſidio vitam Auguſtini deſcribenti, & Eremitici Ordinis Inſtitutori mitiſſimo, & viam vitámque communem & facilem etiam Monialium delicatiſſimarum corpuſculo intendenti, & ipſi denique Regulæ formaliter contradicit. Cum vtrobique vita communis & ſuauis, & calceamentorum carniumque ac vini vſus (quibus boni fratres Excalceati renuntiare cum B. Fulgentio noluerunt) & veſtimentorum ablutio, & pro temporum congruentia mutatio, concedatur. Quibus ſi rigidiora ſibi ſuiſque præfixit B. Fulgentius, carne vinóque penitus abſtemius, eadem veſte pauperrima hyeme æſtatéque contentus, ſeuerus adeò, vt nec cibum ſumens tantillum quieſcere & accumbere vellet; id non quaſi reformator Ordinis vel primæ formæ (quæ talis nunquam apparuit) cultor exactior: ſed tanquam homo priuatus,

priuatus, pœnitentiæ rigidioris amantior ſponte ſua ſibi impoſuit: vti etiam vixit ſtrictiſſimæ obſeruantiæ vir B. Nicolaus Tolentinas; qui tamen nec Reformator Ordinis, nec in hac vita priuata D. Auguſtini longè mitioris diſciplinæ, imitator extitit. Neque aliud voluit Eminentiſſimus Cardinalis, quam eum vitam Monaſticam in genere ab hac, vel illa ſtrictiori, vel laxiori diſciplina præſcindendo, primò inuectam in Affricam ab Auguſtino, coluiſſe: præterita ſi quidem in concluſione, rigidiſſimi ieiunij & nudipedis obſeruantia, ſic habet: *vt planè intelligas quam S. Fulgentius profeſſus eſt Monaſticam Regulam ab ipſo S. Auguſtino deriuaſſe, &c.* & rurſum vbi de Eremitis ab eodem inſtitutis loquitur: *eius eſſent vitæ atque veſtitus, cuius hic vides Fulgentium eſſe cultorem, nempè vna induti tunica, eadémque pellicea Zona conſtricta, quam nec ſoluerent dormituri, ſuper tunicam verò pallio & caſula ſuperueſtiri.* Nec tacebo, quæ hîc applicat Baronius de veſte, non ex diſcipulo D. Fulgentij vitam eius conſcribente, ſed proprio ſuo marte & ſenſu Eremitico veſtimento Auguſtinianorum adaptaſſe. Et quod notatu digniſſimum, idem ipſe Baronius vbi anno Chriſti 504. agit

agit de Monaſtica Regula ab Auguſtino in Fulgentium deriuata, remittens lectorem ad ea quæ alibi dixerat, in margine poſuit *ſuprà anno Domini* 391. At ibidem ſequentia legi: *factus Presbyter Monaſterium intra* Tom.4. pag.640. *Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum, & Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: maximè vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed illis erant omnia communia.* Sed longè verius & D. Antonino ſuprà citato conformius, vera habitus D. Auguſtini primorúmque Eremitarum eius forma in hodiernis calceatis elucet, vt in Alexandri 4. præcitata bulla deſcribitur. Nec pigebit ad componendum huius obiectionis diſſidium cum Suare ſuprà concludere. Cum enim de Abbatis nomine, perpetua abſtinentia à vino, & carnibus inuſitata in dicto Ordine, aliiſque præmiſſis egiſſet; ſic claudit controuerſiam: *quæ coniecturæ non conuincunt illos Monachos non fuiſſe Eremitas S. Auguſtini: potuerunt enim in his accidentalibus eſſe varÿ mores, licet Religio eſſet eadem, & eamdem haberet originem; faciunt tamen rem dubiam: vnde etiam incertum eſt, an omnes Monachi, qui ex Affrica prodierunt fugientes, aut vuandalorum perſecutionem, aut poſteà*

ſteà Maurorum, Auguſtiniani fuerint; *quia ſi in Affrica diſcurſu temporis multiplicata fuerunt inſtituta, ex omnibus illis exire potuerunt*; de Excalceatis autem quid dicam? in quibus nec ſubſtantiam, nec accidentia Ordinis, ſed omnia mutata & transformata video.

Capvt XIII.

In quo proponitur, & retunditur Obiectio Diſcalceatorum Auguſtinenſium petita ex Bullis Summorum Pontificum.

SCio quidem Marcellino Romano Pontifici à Patribus Concilij Sinneſſæ collecti dictum, quod, *prima ſedes à nemine iudicatur*: nec tantæ ſum vir audaciæ, vt Cenſor ac Iudex, ſummi pro Chriſto Iudicis, ad cenſuram Pontificis examinandam accedam. Quod enim in epiſtola ad eum directa concluſi, hic repeto, denuóque proteſtor; me ſanctæ matris Romanæ Eccleſiæ, ſanctiſſimique Domini noſtri Papæ obſequentiſſimum filium, & ſingulis eius ſtatutis, ordinationibus, ac decretis obedien-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Tertiò:

Tertiò : quia magna Reuerendiſſimi pa-Patris Generalis , totiuſque Ordinis iniuria , non citatis auditiſque partibus læſis, quarum maximè intererat, Bulla hæc ſubreptitiè obtenta eſt, qua grauiſſimum concordatum *poſt longam, & maturam negotij huiuſmodi diſcuſſionem,* vt Bullæ primæ Vrbani 8. datæ die. 21. Iulij anno 1628. verba expreſsè ſonant ; ſolutum legimus. Quo quidem concordato vtrinque conſentiebatur, Bulla hæc verba ſubtexente ; *Quod Vicarius Generalis Diſcalceatorum cum diffinitoribus , Monaſteria & Eccleſias oblatas acceptare , & nouas fundare poſſint ; Monaſteria autem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quæ non actu à Religione poſſidentur , & quæ actu poſſidentur, non poterant niſi de conſenſu Reuerendiſſimi Prioris Generalis* : & tamen poſtrema Bulla data decima nona Auguſti anno 1641. inauditis , vt ſupra, partibus læſis, dictæ priori Bullæ, & concordato derogat his verbis : *nonobſtantibus literis noſtris quæ incipiunt : Ex iniuncti nobis Apoſtolici muneris debito , &c. ſub datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Iulij 1628. illis etiam iteratis vicibus innouatis, approbatis & confirmatis, aliiſque præmiſſis, &c. Statutis, Conſuetudi-*

tiſſum. Sed cum ſententiâ Excōmunicationis in Bullis Diſcalceatorum contenta non ſit latæ ſententiæ; ſed tantum cōminatoria ferendæ; & in cauſis etiam grauioribus ſe quotidiè plenius non modo patiatur, ſed & velit informari; multiſque tandem rationibus ſubnixa, mihi cunctiſque ſenſatis Bullarum huiuſmodi de ſubreptione, ne dicam ſuppoſitione oriatur ſuſpicio; præter allatas in epiſtolis rationes, quas exactè cupio librare lectorem; veritatem nominis Auguſtiniani, ſub pœna Anathematis dictis Excalceatis, eorumque Congregationi attribuendi, nunc accuratius, multis capitibus expendo.

Ac primò quidem dico non eſſe veroſimile pro re tam parui momenti, & tenuiſſima, ſeu numero, ſeu doctrina, & meritis, ſeu antiquitate Congregationi Bullam tam amplam, quaſi de tota Eccleſiæ ſalute ageretur, expeditam.

Secundò videri prorſus de ſuppoſitione ſuſpectam, quæ præcipuos Eccleſiæ maximóſque poſt Pontificem authoritatis viros, Epiſcopos, Cardinales, etiam legatos à latere, non aliter quam Bullæ defectuoſiſſimæ termini ſonant, iubeat iudicare, & definire.

Tertiò: quia magna Reuerendiſſimi pa- Patris Generalis, totiúſque Ordinis iniuria, non citatis auditiſque partibus læſis, quarum maximè intererat, Bulla hæc ſubreptitiè obtenta eſt, qua grauiſſimum concordatum *poſt longam, & maturam negotij huiuſmodi diſcuſſionem,* vt Bullæ primæ Vrbani 8. datæ die. 21. Iulij anno 1628. verba expreſsè ſonant; ſolutum legimus. Quo quidem concordato vtrinque conſentiebatur, Bulla hæc verba ſubtexente; *Quod Vicarius Generalis Diſcalceatorum cum diffinitoribus, Monaſteria & Eccleſias oblatas acceptare, & nouas fundare poſſint; Monaſteria autem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quæ non actu à Religione poſſidentur, & quæ actu poſſidentur, non poterant niſi de conſenſu Reuerendiſſimi Prioris Generalis*: & tamen poſtrema Bulla data decima nona Auguſti anno 1641. inauditis, vt ſuprà, partibus læſis, dictæ priori Bullæ, & concordato derogat his verbis: *nonobſtantibus literis noſtris quæ incipiunt: Ex iniuncti nobis Apoſtolici muneris debito, &c. ſub datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Iulij 1628. illis etiam iteratis vicibus innouatis, approbatis & confirmatis, aliiſque præmiſſis, &c. Statutis, Conſuetudi-*

Digitized by Google

tiſſum. Sed cum ſententiá Excõmunicationis in Bullis Diſcalceatorum contenta non ſit latæ ſententiæ; ſed tantum cõminatoria ferendæ; & in cauſis etiam grauioribus ſe quotidiè plenius non modo patiatur, ſed & velit informari; multiſquè tandem rationibus ſubnixa, mihi cunctiſque ſenſatis Bullarum huiuſmodi de ſubreptione, ne dicam ſuppoſitione oriatur ſuſpicio; præter allatas in epiſtolis rationes, quas exactè cupio librare lectorem; veritatem nominis Auguſtiniani, ſub pœna Anathematis dictis Excalceatis, eorumque Congregationi attribuendi, nunc accuratius, multis capitibus expendo.

Ac primò quidem dico non eſſe veroſimile pro re tam parui momenti, & tenuiſſima, ſeu numero, ſeu doctrina, & meritis, ſeu antiquitate Congregationi Bullam tam amplam, quaſi de tota Eccleſiæ ſalute ageretur, expeditam.

Secundò videri prorſus de ſuppoſitione ſuſpectam, quæ præcipuos Eccleſiæ maximóſque poſt Pontificem authoritatis viros, Epiſcopos, Cardinales, etiam legatos à latere, non aliter quam Bullæ defectuoſiſſimæ termini ſonant, iubeat iudicare, & definire.

Tertiò:

Tertiò : quia magna Reuerendiſſimi pa-Patris Generalis, totiuſque Ordinis iniuria, non citatis auditiſque partibus læſis, quarum maximè intererat, Bulla hæc ſubreptitiè obtenta eſt, qua grauiſſimum concordatum *poſt longam, & maturam negotij huiuſmodi diſcuſſionem,* vt Bullæ primæ Vrbani 8. datæ die. 21. Iulij anno 1628. verba expreſsè ſonant; ſolutum legimus. Quo quidem concordato vtrinque conſentiebatur, Bulla hæc verba ſubtexente; *Quod Vicarius Generalis Diſcalceatorum cum diffinitoribus, Monaſteria & Eccleſias oblatas acceptare, & nouas fundare poſſint; Monaſteria autem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quæ non actu à Religione poſſidentur, & quæ actu poſſidentur, non poterant niſi de conſenſu Reuerendiſſimi Prioris Generalis*: & tamen poſtrema Bulla data decima nona Auguſti anno 1641. inauditis, vt ſuprà, partibus læſis, dictæ priori Bullæ, & concordato derogat his verbis : *nonobſtantibus literis noſtris quæ incipiunt: Ex iniuncti nobis Apoſtolici muneris debito, &c. ſub datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Iulij 1628. illis etiam iteratis vicibus innouatis, approbatis & confirmatis, aliiſque præmiſſis, &c. Statutis, Conſuetudi-*

tiſſum. Sed cum ſententiá Excõmunicationis in Bullis Diſcalceatorum contenta non ſit latæ ſententiæ; ſed tantum cõminatoria ferendæ; & in cauſis etiam grauioribus ſe quotidiè plenius non modo patiatur, ſed & velit informari; multiſque tandem rationibus ſubnixa, mihi cunctiſque ſenſatis Bullarum huiuſmodi de ſubreptione, ne dicam ſuppoſitione oriatur ſuſpicio; præter allatas in epiſtolis rationes, quas exactè cupio librare lectorem; veritatem nominis Auguſtiniani, ſub pœna Anathematis dictis Excalceatis, eorumque Congregationi attribuendi, nunc accuratius, multis capitibus expendo.

Ac primò quidem dico non eſſe veroſimile pro re tam parui momenti, & tenuiſſima, ſeu numero, ſeu doctrina, & meritis, ſeu antiquitate Congregationi Bullam tam amplam, quaſi de tota Eccleſiæ ſalute ageretur, expeditam.

Secundò videri prorſus de ſuppoſitione ſuſpectam, quæ præcipuos Eccleſiæ maximóſque poſt Pontificem authoritatis viros, Epiſcopos, Cardinales, etiam legatos à latere, non aliter quam Bullæ defectuoſiſſimæ termini ſonant, iubeat iudicare, & definire.

Tertiò:

Tertiò : quia magna Reuerendiſſimi pa-Patris Generalis, totiúſque Ordinis iniuria, non citatis auditiſque partibus læſis, quarum maximè intererat, Bulla hæc ſubreptitiè obtenta eſt, qua grauiſſimum concordatum *poſt longam, & maturam negotij huiuſmodi diſcuſſionem,* vt Bullæ primæ Vrbani 8. datæ die. 21. Iulij anno 1628. verba expreſsè ſonant ; ſolutum legimus. Quo quidem concordato vtrinque conſentiebatur, Bulla hæc verba ſubtexente ; *Quod Vicarius Generalis Diſcalceatorum cum diffinitoribus, Monaſteria & Eccleſias oblatas acceptare, & nouas fundare poſſint ; Monaſteria autem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quæ non actu à Religione poſſidentur, & quæ actu poſſidentur, non poterant niſi de conſenſu Reuerendiſſimi Prioris Generalis* : & tamen poſtrema Bulla data decima nona Auguſti anno 1641. inauditis, vt ſuprà, partibus læſis, dictæ priori Bullæ, & concordato derogat his verbis : *nonobſtantibus literis noſtris quæ incipiunt : Ex iniuncti nobis Apoſtolici muneris debito, &c. ſub datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Iulij 1628. illis etiam iteratis vicibus innouatis, approbatis & confirmatis, aliiſque præmiſſis, &c. Statutis, Conſuetudi-*

tiſſum. Sed cum ſententiá Excõmunicationis in Bullis Diſcalceatorum contenta non ſit latæ ſententiæ; ſed tantum cõminatoria ferendæ; & in cauſis etiam grauioribus ſe quotidiè plenius non modo patiatur, ſed & velit informari; multiſque tandem rationibus ſubnixa, mihi cunctiſque ſenſatis Bullarum huiuſmodi de ſubreptione, ne dicam ſuppoſitione oriatur ſuſpicio; præter allatas in epiſtolis rationes, quas exactè cupio librare lectorem; veritatem nominis Auguſtiniani, ſub pœna Anathematis dictis Excalceatis, eorumque Congregationi attribuendi, nunc accuratius, multis capitibus expendo.

Ac primò quidem dico non eſſe veroſimile pro re tam parui momenti, & tenuiſſima, ſeu numero, ſeu doctrina, & meritis, ſeu antiquitate Congregationi Bullam tam amplam, quaſi de tota Eccleſiæ ſalute ageretur, expeditam.

Secundò videri prorſus de ſuppoſitione ſuſpectam, quæ præcipuos Eccleſiæ maximóſque poſt Pontificem authoritatis viros, Epiſcopos, Cardinales, etiam legatos à latere, non aliter quam Bullæ defectuoſiſſimæ termini ſonant, iubeat iudicare, & definire.

Tertiò:

Tertiò : quia magna Reuerendiſſimi pa-Patris Generalis, totiúſque Ordinis iniuria, non citatis auditiſque partibus læſis, quarum maximè intererat, Bulla hæc ſubreptitiè obtenta eſt, qua grauiſſimum concordatum *poſt longam, & maturam negotij huiuſmodi diſcuſſionem*, vt Bullæ primæ Vrbani 8. datæ die. 21. Iulij anno 1628. verba expreſsè ſonant; ſolutum legimus. Quo quidem concordato vtrinque conſentiebatur, Bulla hæc verba ſubtexente; *Quod Vicarius Generalis Diſcalceatorum cum diffinitoribus, Monaſteria & Eccleſias oblatas acceptare, & nouas fundare poſſint; Monaſteria autem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quæ non actu à Religione poſſidentur, & quæ actu poſſidentur, non poterant niſi de conſenſu Reuerendiſſimi Prioris Generalis*: & tamen poſtrema Bulla data decima nona Auguſti anno 1641. inauditis, vt ſuprà, partibus læſis, dictæ priori Bullæ, & concordato derogat his verbis : *nonobſtantibus literis noſtris quæ incipiunt: Ex iniuncti nobis Apoſtolici muneris debito, &c. ſub datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Iulij 1628. illis etiam iteratis vicibus innouatis, approbatis & confirmatis, aliiſque præmiſſis, &c. Statutis, Conſuetudi-*

Digitized by Google

nibus, priuilegiis quoque & indultis, & literis Apoſtolicis, illis & Ordinis eiuſmodi Priori Generali, dictæque Congregationis Regularis Vicario Generali aliiſque illius Superioribus, & perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis in genere, vel ſpecie, aut alias quomodolibet etiam per viam concordiæ inter prædictum Generalem ac Congregationem huiuſmodi conceſſis, approbatis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialiter, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, & non per clauſulas Generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda; aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret; tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro planè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè plenitudinis poteſtate derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Sed hîc arbiter æquus aduertat, hanc Bullam derogatoriam pro fine & intentione præcipua, vt patet ex eius exordio (quod ſemper in Bullis iuxta peritos præſertim penſandum eſt) obtenta fuit ad ſtrictiorem Congre

Congregationis Diſcalceatorum obſeruantiam, iam à tam recenti principio, nempè anno Domini 1599. in Hiſpania relaxatam: deinde ad ſtatuta noua primis Conſtitutionibus ſuis meliora, in omnibus & ſingulis articulis confirmanda. Quod omninò videtur incredibile à S. R. E. Cardinalibus negotiis Regularium præpoſitis, vt ſupponit Bulla, fuiſſe examinatum. Cum manifeſta ſit contradictio, vt Bulla & ſimul ad ſtrictiorem obſeruantiam iam remiſſam, Reformandam data ſit, & ſimul noua dicta ſtatuta in ſingulis capitulis, & paragraphis confirmet; cum à tanti momenti, tamque rigidæ paupertatis obſeruantia, ab initio inter eos cum Capucinis æquali, (pro qua etiam vt voto Reginæ Margaretæ contraria de conuentu Suburbiorum. S. Germani Pariſiorum fuerunt eiecti) ad laxiorem aliorum mendicantium paupertatem, vi ſtatuti ſui noui, & Confirmationis Pontificiæ, tranſierint. Sed eſto relaxent ſe, auſteritatéſque ſuas quantum voluerint, contradictoria Bullis ſuis & ſtatutis inſerant: lædant ſe ipſos, vt nemo ex Chryſoſtomo læditur, niſi à ſeipſo: Sed quis credat Summum Pontificem, vel Eminentiſſimos Cardinales Regularium Congregationi præpoſitos, vel

ſingula prædictorum ſtatutorum capita, & paragraphos attentè legiſſe, vel dictum concordatum, altera tantum parte conſentiente, grauiſſimè offenſa altera, & quod grauius eſt inaudita, ſoluere voluiſſe? Quis credat vllum vnquam iudicem, aut curiam, in fauorem raptoris alieni boni, confictis proprio iudicio & manu, cuiuſuis poſſeſſionis alieni fundi adeundæ cauſa, titulis & inſtrumentis, ſubſcripſiſſe, aut pronunciaſſe ſententiam? boni fratres nouo ſuo ſtatuto decreuerunt ſe renuntiare dicto concordato, & deinceps inconſulto, & inuito Generali Ordinis, & non habito in poſterum concordati reſpectu, ſe Monaſteria Ordinis deſerta, oblatave accepturos. Statutum huiuſmodi libro Conſtitutionum inſertum, cum cæteris approbandum ad præclaram ſuæ Reformationis obſeruantiã ſtrictiorem, Summo Pontifici præſentarunt, Bullà confirmatum in Galliam afferunt, vi eius Conuentum Maſſilienſem decreto Conſilij extorto inuadunt, conſtituta penſione à fratribus eiuſdem Monaſterij peſſimis & proprietariis, nullumque ius habentibus, inuito Priore, inconſultóque Generali, maiore vocalium abſente numero occupant, & ſic Reformaturos ſe iactant in

Digitized by Google

in breui cæteros Prouinciæ Conuentus; alterum omnino Ordinem inſtituturi, & non reſtauraturi veterem, ſolum hoc præſtituri, quod antiquis fundationibus, officioque Diuino cantando iuxta Regulam, prorſus inepti, reditus & bona immobilia à defunctis relicta, ſuis piis vſibus applicabunt. Attende lector, quid ſtatuta noua Diſcalceatorum, ſuper veterum Ordinis Conuentuum Reformatione decernant. *Conuentus S. Patris Auguſtini licebit acceptare, & reformare, & in eis, vices & miniſteria aliorum Religioſorum ſupplere*: optimè certè; *licebit acceptare*: ſed cum clauſulis, per Pontificias Bullas toties expreſſis: de conſenſu videlicet Generalis, Prouincialis, & legitimorum Superiorum Ordinis: licebit acceptare, ſed à quibus licebit offerri, non à quibus nefas eſt vendi. Licebit ſponte oblatos acceptare, non vi extortos rapere. Licebit & Reformare, ſed non in nouum inſtitutum transformare: *& in eis vices & miniſteria aliorum Religioſorum ſupplere*: Quid ais? ergo & Miſſas, & officium ſolemniter, & cum nota iuxta Regulam decantare? hæc enim ſunt verorum Eremitarum S. Auguſtini miniſteria. Sed hæc diſcalceatis ſpeciali Statuto ſunt interdicta &

pag. 1. ſtatut. diſcal. cap. 5. §. 2.

Digitized by Google

illicita Licebit ergo ſimul,& non licebit : licebit ex hoc paragrapho miniſteria aliorum Religioſorum ſupplere , hoc eſt officia diuina cum nota cantare, pſalmis, & hymnis ex Regula vacare : & non licebit ex altero capite , & paragrapho ſtatuti diſcalceatorum contradictorij : *totum officium tam nocturnũ,quam diurnum in omnibus conuentibus intra chorum cantetur , ſine nota :* & quod notatu dignum , cum ſine nota cantare decernant ; triplicem tamen tonum,nulla nota diſcretum , eadem bellula ſtatuta adnotant : *quotidiè Vicarius Generalis Miſſam Conuentualem , & officium recitare faciet diuinum , vel in tono conſueto , vel in tono officij B. Virginis , vel ſi nec hoc poſſibile ſit, Summiſſa voce in communi :* dum hæc legegerem die S. Leoni Papæ , cantus Eccleſiæ Reformatori, ſacro ; venit in votis, vt Sanctiſſimus Dominus noſter Papa Vrbanus octauus (quem diſcalceati Bullæ ſuæ authorem mentiuntur, & ſtatutorum ſuorum in ſingulis etiam paragraphis approbatorem) aliquam in hoc triplici tono Reformationem , & in tanta contradictione concordiam inueniet ; & alios idoneos miniſtros ad miniſteria aliorum Religioſorum ſupplenda , acceptandáque , & reformanda

3.p.c.8. §.5.

3.p.c.17. §.2.

Digitized by Google

da Monaſteria, non per vim, ſed de Generalis conſenſu in ſcriptis habito introducat. Quod quidē longè faciliori negotio pręſtabit veros Eremitas in exacta rerum omniū communione, & Regulæ, voti, habitus Auguſtiniani Pura Obſeruantia viuentes, ad dictam Reformationem aſſumendo; quam per extraneos vt patet in omnibus, vniuerſum Ordinem transformando. Nam quod ſpectat ad tres tonos Diſcalceatorum ſine nota conciliandos, nec Oceani Tritones cornu ſuo trifori raucum ſonantes, nec D. Auguſtinus muſicæ peritiſſimus, ſex libris, hac de arte, editis, nec *Iubal Pater canentium Cythara & Organo*, nec Pytagoras ad mallei ferientis incudem, nunc remiſſis, nunc ſtrictis, nunc moderatis ictibus, acuti, grauis, temperati toni eruditus inuentor, etſi Thubalcaim Malleatoris officinæ cultor coæuus extitiſſet, trium ſine nota tonorum artificium mirabile excogitare potuiſſet.

Gen. 4. 21. Toſt. in Gen. 4. inuentorem muſica, Pytag. Boetius, ad Mallei & incudis ictus. Gen. 4. 22.

Quod ſi Prælatis Eccleſiæ, vt nouimus, ad incantanda iuſta de fruſtrandis, ſuppreſſo cantu fundationum officiis, murmura. Et facilius inuadenda Monaſteria Ordinis ſe deinceps veterum Eremitarum modulo cum notâ cantaturos, ſpondeant: aduer-

tant

tant primò ſe, ipſo facto ſtatuta ſua tam recenter edita, tam maturè correcta, tam ſolemniter in ſingulis paragraphis approbata transgreſſuros, aut nouam à Pontifice ſuper hoc paragrapho Bullam & diſpenſationem obtinendam, contra aureæ ſuæ Bullæ, *qui legit intelligat*, verba ſolemnia: *quæ pro illorum fœlici ſtatu, & directione facta fuiſſe, ſolerti indagine comperimus, vt firma & illibata perdurent, Apoſtolico præſidio fauorabiliter communimus*: & rurſum, *Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, & illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, &c.*

Bulla Diſcalc. vltima 19 Aug. 1641.

Secundò meminerint Pſaltis Regij, ſi quando eos in alieno fundo per vim aut fraudem occupato verſiculum hunc cantare cum nota contigerit, non ſine pudoris nota pariter concinant: *quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena?* Tertiò ſi ſapiunt cum Dauide paruulo & humili, funda ſua, & baculo, ſorte inquam prima contenti, ad aliorum Religioſorũ miniſteria ſupplenda, prorſus inepti, *arma Saulis aurea quidem, ſed grauantia magis, quam iuuantia*, & ſuis viribus imparia deponant, & ingenuè dicant: *non poſſum ſic incedere, quia non vſum habeo.*

Pſalm. 136. 4.

1. Reg. 17. 39.

CAPVT XIV.

CAPVT XIV.

In quo Bullæ ſubreptitiæ Diſcalceatorum per Bullas autenticas, & veras reſpondetur.

HIc ſcutum inexpugnabile ad ictum fulminis picti elidendum, eludendumque pro calceatis opponam, ex antiquiſſima, & autenticâ felicis recordationis Iulij 2. Bulla depromptum, die trigeſima Iunij 1508. ex breui originali aſſeruato Romæ in Archiuio Ordinis numero quinto, *inſuper ſtatuimus, quaſcunqne de domibus veſtris ac rebus aliis hactenus factas impetrationes, ac quas in poſterum ſub quibuſcúnque verborum formis & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis fortioribus, efficacioribus & inſolitis fieri contigerit, niſi in huiuſmodi faciendis impetrationibus, Generalis, & Prouincialis, & Priorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentium ex præmiſſis, acceſſerit aſſenſus, nullum robur omninò obtinere debere, imò præfatis derogamus, & proprio motu, & poteſtate extinguimus, caſſamus & annullamus, ac pro nullis ac infectis haberi volumus, decernimus,*

cernimus, & declaramus, quotieſcunque contigerit huiuſmodi fieri impetrationes, toties de nouo inanes, & irritas illas eſſe volumus. Idem Pontifex Iulius ſecundus in breui ſimiliter Originali ibidem ſeruato: *quoniam inquit omnes tui Ordinis tam res quàm perſonas immediatè ſub Apoſtolica Sede volumus; idcirco mandamus omnibus Chriſti fidelibus, vt nemo bona Ordinis veſtri occupare vel vexare audeat, quod tam de perſonis prædictis, quam de locis, conuentibus, poſſeſſionibus, aliiſque quibuſcunque rebus, ad loca, perſonáſve pertinentibus, intelligi volumus, ſiue pecunia, ſiue mobilia, ſiue immobilia ea ſint. Et ſi vel occupantes, vel vexantes, à fratribus tuis moniti, non integrè per tridui ſpatium omnia reſtituerint, aut vexare omnino deſtiterint Excommunicationis nodos incurrere à qua abſolui, niſi à Sede Apoſtolica, & in mortis articulo non poſſint, &c. Quod ſi quis huic noſtro decreto, aut conceſſioni, aut cuiquam aliarum, quæ tuo Ordini vtcunque factæ ſunt, contraire, aut minùs integrè cedere & parere auſus ſit; volumus vt eamdem pœnam incurrat: irritum, caſſum, atque inane facientes quidquid contra hanc conceſſionem, aut contra quamcunque aliam, vtcunque tuo Ordini factam, etiam quidquid aduerſus leges, aut*

Digitized by Google

Regulam, aut conſtitutiones, aut diffinitiones, aut mores Ordinis tui, ſiue à fratribus, ſiue à Congregationibus, ſiue à ſæcularibus, ſiue ab Eccleſiaſticis perſonis, vel in hunc vſque diem, vel in poſterum impetratum fuerit, etiam ſi quid ab Apoſtolica Sede expreſſè contra hoc quidquam conceſſum fuerit. Quod omne nullius momenti, & pro infecto haberi volumus, niſi his noſtris literis, non per generales clauſulas, ſed de verbo ad verbum, Ordine conſentiente derogatum fuerit, &c. quod ſi quis his fidem non adhibuerit, aut non pleniſſimè acquieuerit, pœnam ſubeat quam ſupra conſtituimus.

His poſitis cum Bulla poſtrema Diſcalceatorum ab Apoſtolica Sede expreſsè contra hoc breue Iulij. I I. ſit conceſſa, & per generales tantum clauſulas, & non de verbo ad verbum, nec conſentiente Ordine, imò tot vocibus reclamante, ſole clarius liquet caſſam atque irritam eſſe, fratreſque Excalceatos poſtpoſito omni & conculcato diuino, humano, Pontificio iure Conuentum Maſſilienſem inuaſiſſe, & Bulla ſubreptitia ad ſurripiendum Ordini hoc Monaſterium abuſos pœnam excommunicationis incurriſſe.

Quid quod, & ſignificata Breuia Apo-

Digitized by Google

ſtolica quàm plurima ſub datum Romæ anno Domini 1643. die prima Aprilis, per Marium Theodolum Prothonotarium Apoſtolicum, vtriuſque ſignaturæ Domini noſtri Papæ Referendarium, nec non Curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ Generalem Auditorem, Romanæque Curiæ Iudicem Ordinarium, ſententiarumque & cenſurarum, tam in eadem Curiâ Romana, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque vniuerſalem,& merum executorem, ab eodem ſanctiſſimo Domino noſtro Papa Vrbano VIII. ſpecialiter electum, & deputatum contempſerunt. Qui his verbis, & tenore ſcribebat. *Noueritis coram nobis pro parte, & ad inſtantiam admodum R. P. M. F. Ægidij Conſonij totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Procuratoris Generalis, Principalis inſtantiæ comparitum, expoſitúmque fuiſſe, quod licet à pluribus Pontificibus, & præſertim à fœlicis recordationis Paulo II. Sixto IV. Iulio II. Leone X. Sanctiſſimo D. noſtro Vrbano Papa VIII. per plures literas in forma Breuis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſum, mãdatum, ſtatutũ & ordinatum fuerit, ne fratres de Obſeruantia ſeu Reformati eiuſdem vel alterius Ordinis, quocunque nomine cenſeantur,*

ſub

ſub quouis titulo vel prætextu etiam Reformationis, Curæ vel Cuſtodiæ poſſint impetrare, occupare, vexare, tentare, aut etiam ſponte oblata, & conceſſa recipere vel acceptare Monaſteria, conuentus, domos, & loca quæ à fratribus conuentualibus dicti Ordinis poſſidentur & inhabitantur, vel poſſeſſiones, & alias quaſcunque res ad illa pertinentes ſub pœna excõmunicationis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ reſeruatæ, niſi id ſiat cum expreſſo conſenſu in ſcriptis, Patris Reuerendiſſimi Generalis eiuſdem Ordinis pro tempore exiſtentis: & inſuper declaratum, & ſtatutum fuerit quod quidquid in contrarium præmiſſorum, aut in præteritum, aut in futurum, tentatum, impetratum, vel conceſſum fuerit, etiam à Sede Apoſtolica, niſi eiuſdem Prioris Generalis expreſſè & canonicè ſcriptus appareat conſenſus, totum illud ſit caſſum, irritum, & inane, &c. Niſi prædictis literis eorumdem Summorum Pontificum, non per generales clauſulas, ſed de verbo ad verbum, Ordine conſentiente derogatum fuerit, prout conſtare dixit ex præfatis literis in forma Breuis, quas produxit. Nihilominùs nouiſſimè inſurgere Venerabiles fratres Diſcalceatos Congregationis Galliæ qui ſuffulti, vt aiunt, quibuſdam aſſertis literis Apoſtolicis contra formam, tenorem, & diſpo-

ſitionem

ſitionem præinſertorum Breuium, nimirum, abſque conſenſu in ſcriptis Reuerend. P. Generalis, atque adeò ſubreptitiè & obreptitiè, impetratis, nulliuſque roboris, nec non ſub prætextu quod vocati, inuitati, aut miſsi fuerint ad reformandum, vel cum aliquibus fratribus conuentualibus Priori Generali inferioribus, concordias, transſactiones, aut alios quoſcunque contractus inierint; iactauerunt, & iactãt ſe velle, abſque præfato cõſenſu Prioris Generalis, imò ipſo inuito occupare, recipere, acceptare nõnulla Monaſteria, Conuentus, modos & loca quæ à Fratribus cõuentualibus poſſideri, & inhabitari ſolent, & ſemper poſſeſſa & habitata fuerũt, fortaſsiſque de facto occupauerũt, &c. in ſpretũ, & contemptũ præinſertorum Breuium Apoſtolicorum, &c. proinde ad nos recursũ habitum poſtulatumq; fuiſſe quatenus in præmiſsis de opportuno iuris remedio prouidere dignaremur. Nos itaq; Marius Theodolus Auditor, Iudexque præfatus attendentes petitionem huiuſmodi fore iuſtam, &c. mandamus, & committimus in virtute ſanctæ Obedientiæ vniuerſis, & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Curatis, &c. Theſaurariis, & tabellionibus publicis noſtris huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis; quatenus ſtatim viſis, ſeu

receptis

receptis præſentibus,& poſtquam vigore præſentium fueritis requiſiti, moneatis & requiratis, primò, & ſecundò, & tertiò, peremptoriè prout nos monemus, & requirimus per præſentes omnes & ſingulos in executione præſentium nominandos & cognominandos, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio vltimo, & peremptorio termino, & canonica monitione adſignetis, prout nos adſignamus, eiſdem per præſentes ſub mille ducatorum auri de camera, locis piis arbitrio noſtro applicandis, & pro illis mitti, exui, & in iuris ſubſidium, excommunicationis, ſiue interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis, Sententiis, Cenſuris & pœnis debeāt, & ipſorum quilibet debeat realiter, & cum effectu ſupradictas præinſertas Apoſtolicas literas, & contenta in eis quæcunque attendiſſe, obſeruaſſe, debitæque executioni & effectui demandaſſe in omnibus & per omnia, prout in eis habetur & continetur, &c. imo verò Monaſteria, domos & loca ſi quæ occupauerint, receperint & acceptauerint dimiſiſſe, relaxaſſe, & reſtituiſſe.

Sed tanta eos Conuentuum vſurpandorum prurigo tenet, vt licèt nuper Breui Apoſtolico ab alio conuentu Pedemontano dolo ſubrepto, eiecti fuerint, & placito Cō-

ſilij dato 17. Iulij 1640. ab iniuſta Conuentus Draguinenſis, Arelatenſis Prouinciæ prætentione repulſi, Maſſilienſem tamen contra ius omne occupauerint.

Capvt XV.

In quo reſpondetur aliter obiectioni factæ de concordato per Bullam Excalceatorum ſoluto.

ACrius vrgeo, & reſpondens obiectioni factæ ex concordato ſoluto, rurſum interrogo, an his terminis Bullæ, *etiam per viam concordiæ inter prædictum Generalem & Congregationem, &c.* Intelligatur reſolutum penitus vt verba ſonant, an tantum ex parte, concordatum? & ſi aliqua ex parte, quanam tandem ex illis debeat intelligi fuiſſe caſſatum. Neque enim in re tanti momenti, ex qua pax totius Ordinis pendet, clauſulis generalibus, ſed ſpecificis, imo & indiuiduis, debuit derogari, id præſertim tam expreſsè exigente Iulio II. Pontifice. Quod & accuratè adeo frater Excalceatus in ſua Bulla, ſubreptitiâ iudicatâ per illuſtriſſimum Dominũ Marium Theodolum,

lum, legitimum, ſi quis eſt, Pontificij iuris, & Bullarum interpretem ac iudicem, ſtuduit inſinuare. Sic enim perpetuum robur ſtatutis nouis addidit his verbis. *Inconſultæ Sede Apoſtolica nunquam abrogari, vel reſcindi, minúſque illis per quoſcunque Romanos Pontifices, aut eiuſdem Sedis etiam de latere Legatos & Nuntios, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, déque Apoſtolicæ Sedis plenitudine ſeu cuiuſuis intuitu & contemplatione derogari, nec derogatum cenſeri poſſe nec debere, niſi in literis deſuper conficiendis, de capitulo & paragrapho cui derogabitur, ac datæ eorumdem præſentium ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio facta ſit.* Bone frater, *ſi vtique iuſtitiam loqueris, recta iudica fili hominis.* Et æqua lance vtramque cauſam trutinari permitte: aliàs æqualitate reiecta, ſtare non poteſt iuſtitia. De verbo ergo ad verbum, & non per clauſulas generales vt factum eſt, dicto Concordato ſub pœna nullitatis derogari debebat. Pſal. 57. 1.

Sed hîc iterum tuam conſcientiam obteſtor? toti renuntiaſti, an parti, & cui? tuiſne Prouincialibus Comitijs præſidens à Reuerendiſſimo Patre deputatus abigetur? Viſitator ab eodem miſſus reſpuetur? Vicarius tuus Generalis ab eo deinceps non

Confirmabitur, ſed Generalis independentis appellationem ſortietur ? aut tandem abſque veri Generalis Ordinis conſenſu (vt concordatum exigebat) ad ſingulas Ordinis domos & Conuentus dolo, vi, rapina, tollendos, tibi per Bullam poteſtas dabitur?
Iſa.66.8. *Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic ſimile?* quis tam malè de æquiſſimo & communi fidelium Parente ſuſpicetur, vt contra ius omne, apertâ ſcandalorum viâ ad æquãdum ſolo, ſuſdéque euertendum Ordinem Eremitarum, Iurgiorum Seminariũ, hâc Bullâ, exaraſſe crediderit ? obmuteſce frater, nil habens quod rectè reſpondeas: pro te loquar, tuæ mentis interpres accedo, notæ tantùm ne repugna veritati. Iugum omne Ordinis hoc Concordato ſoluto, excutere præſumpſiſti. Capiti tuo, Generali, dico, collum amplius non ſubdere, ſed prorſus ſubducere voluiſti: & ſic, quod cæci videant, quod inſipientes ſapiant, quod ſtulti intelligant, diuiſus à Capite, recedis à corporis vnitate, dignus qui cum tua Congregatione ingrata te iuſtiſſimè abdicante & exhæredante, coram Summo Pontifice, Reuerendiſſimo Generali, ſpoliatus glorioſo Auguſtiniani nomine, ſingulíſque priuilegijs Ordinis, ſpecialem, & diſtinctum gra-
dum

Digitized by Google

dum & Ordinem, quem iuſſerit Pontifex, in poſterum teneas.

Et quâ fronte audes his poſitis, tam primæ quàm poſtremæ Bullæ terminis gloriari & Anathemati feriendum tradere, eum, qui tuam Congregationem eſſe Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, temerè verbo, vel ſcripto negare audeat, & quomodo Congregatio membrum vnius eiuſdémque Ordinis cenſebitur capiti eius non ſubdita? Si à Generale Ordinis non pendetis, quomodo Congregationem veſtram dicti Ordinis appellatis? an Capucini Cordigerorum, Fuldenſes Ciſtercenſium, aliíque quos breuitatis cauſa prætereo, ſpecialibus. Generalibus præfectis ſibi gaudentes, eiuſdẽ Ordinis & nominis eſſe dicuntur? & tamen habent aliquid Communis Regulæ. Sed quia toti habitu, Conſtitutione, & capite, ita nomine & Ordine diuiduntur. Quid ergo vos ſoli inter tot Eccleſiæ Regulares, omnium nouiſſimi, quid tam arduum pro Eccleſiæ ſalute aggreſſi eſtis? quid ſic meriti, vt nil habentes, pene Regulæ, nil prorſus habitus, Conſtitutionis Eremitanæ nil, repudiato etiam, quod vnicum vobis ſupererat, cum Generali, Concordato, auſu temerario & ſtulto nomen Auguſtinianum ſub tanta

Digitized by Google

tura & veritate non profluere, ſed violentia expreſſum quàm maxima, omnibus vel tenuiſſimi ſenſus exoſum.

Secundò huiuſmodi cenſuram quæ timorem pueris aliqualem poſſit incutere, teſtem ſtare, certiſſimumque iudicem timidæ Excalceatorum cauſæ & conſcientiæ. Neminem enim literatum, vel leuiter in hiſtoria verſatum fore proſpexere, qui tam diuerſos, & alios ab Auguſtino, veriſque ab eo formatis Eremitis Excalceatos aſpiciens, poſſet eos veros Auguſtinianos vel prima mentis apprehenſione ſuſpicari, multò minus appellatione dignari, niſi talis tonitrui comminatorio terriculo, ſe ad hoc coactum nomen ipſis attribuendum compelli videret. Sic domui licet nouæ, ſed in arena fundatæ, iamque rimas ab initio pandenti vndique, & labanti, fulcra circumquáque adſtruuntur.

Tertiò cui vnquam verorum & legitimorum Auguſtini pignorum, cui inquam primæuæ fratrum Inſtitutioni reſpondentium venit in mentem, *Ex quo eſſe cœperunt, & multiplicari ſuper terram.* Hoc eſt à duodecim ſaltem ſæculis, Bullas à Pontificibus Romanis extorquere, quibus fideles cogerentur, nomen ipſis imponere, quod natiua Gen. 6. 1.

Patris

Cypr. de natiuit. Chriſti circa mediũ. Patris imitatio dat filijs? *vellicari nempè non oportuit, quod ſpontè prodibat:* fulciri tanto circuniecto molimine non decuit, quod firmis, tanta annorum ſerie, tota hæreſeon & perſecutionum debacchante tempeſtate, radicibus hærebat immotum. Sed nouellas, ſylueſtres, aſcititias, & non ex naturali magna *Oliua fructifera plantata in domo Domini,* *Pſal. 51. 10.* Auguſtino dico, inſititiones exciſas, & plantulas ad omnem ventum mobiles, his cenſurarum ſpinis, & vepribus circumpoſitis oportuit conſepiri; ne quis ad eas ſummo digito vel labello delibandas, ad primum contactum fragiles, auderet accedere. Satis ſibi fauſtè ominantur, vt credo, vt etiam ſe in rubo igneo inauguratos effingant, ſeque inter, Nazaræos, fratres iactitent, toto ſupra ſtantes ſi non vertice, ſaltem Caputio, quibus nemo niſi cum Moyſe ſolutis *Exod. 3. 3.* calceis tanquam ad *videndam viſionem magnam* debeat propiare. Sed *nolite extollere* *Pſal. 74.* *in altum cornu veſtrum.* Non inſulsè hic corruptæ ſi fortè cicatrici Diſcalceati ſanandæ, ſalax epigramma martialis aſpergo, quo olim nuptiales Quinti condiuit epulas.

Quæ legis cauſa nupſit tibi Lælia, Quinte;
Vxorem potes hanc dicere legitimam.

Huius ego faceti viri non inſicetus imitator,

mum Pontificem ludibrio expoſitum, faciunt participem. In quo Eremitana familia pro gẽte ſua, ſicut Eſther altera ſollicita, videns obtento per fraudes edicto Regis Aſſueri, Aman peſſimum omnem Iudæorum nationem perdere meditantem, exclamat Summi pedibus adgeniculata Pontificis, iuſtè de Bulla prædicta conquerens, qua ſubnixa Congregatio diſcalceatorum hinc inde bona Ordinis rapit & extincto vero Eremitarum & primigenio ſpiritu, alienum in Conuentus introducit. *Si inueni gratiam in oculis tuis ô Rex, ô Pontifex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obſecro: traditi enim ſumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in ſeruos & famulas venderemur: eſſet tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hoſtis noſter eſt cuius crudelitas redundat in Regem.*

Digitized by Google

Capvt XVI.

In quo reſpondetur aliter obiectioni factæ ex eadem Bulla, qua Soluto etiam Concordato, Congregationē Diſcalceatorum eſſe Ordinis S. Auguſtini, ſub Anathemate dicere, & Scribere iubemur.

PErge frater, & totam ſummi Pontificis frontem rubore perfunde; dum non tantum, vt vidimus ſupra, eum tot prædeceſſoribus ſuis, & innocentiſſimo ordini Eremitano facis iniurium, ſed & ſibi ipſi contradictorium, impunè mentiris. Si enim hac Bulla peremptoriè irritat Concordatum tuæ Congregationis, cum Reuerendiſſimo Generali, qua ex parte, quo capite, quo nomine, quo iure de Ordine cenſeatur ignoro, ſoluta prorſus ab omni Ordinis Iuriſdictione: *omnibus, ait, & ſingulis, etiamſi de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo, ad verbum, &c. ſpecialiter & expreſſè plenitudinis poteſtate derogamus.* Ergo vi Bullæ, non eſſe Ordinis comprobatur; rurſum eſſe Ordinis ſub anathemate dici iubetur, eſt & non

non eſt, eodem Pontifice edicente, eadem Bulla pronuntiante. Sed hoc eſt manifeſtè ſibi contradicere; eſt ergo, & turpiſſimam infamiæ notam fronti Pontificis imprimere, hanc Bullam veram, & non ſubreptitiam, ne dicam ſuppoſitam, credere. *Sic reſpondes Pontifici.* Ait miles Sacrilegus impingens colaphum Chriſto: & tu ſic imponis Chriſti vicario? Ex Apoſtolo certè diſcere debuiſti D.N. Papam Chriſti vicarium, eiuſque in Petri conſtantia hæredem in ſolidum, cum Paulo ſic loqui & ſic facere. *Nunquid leuitate vſus ſum? aut quæ cogito ſecundum carnẽ cogito, vt ſit apud me, Eſt & Non? fidelis autem Deus quia ſermo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo, Eſt & Non. Dei enim filius Ieſus Chriſtus qui in vobis prædicatus eſt per me, & Siluanum & Timotheum, non fuit, Eſt & Non, ſed eſt in illo fuit. Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt in illo eſt. Ideo per ipſum Amen Deo in gloriam noſtram.*

Ioa. 18. 22.

2. *Cor.* 1. 17.

CAP.

CAPVT XVII.

In quo Obiectioni eidem de nomine Auguſtiniano gratis & ſine vllo Fundamento Diſcalceatorum Congregationi dato, fusè & directè reſpondetur.

CVm nomen proprium referente D. Thoma, ex vltimo rei complemento imponatur, deerat hoc tibi ad vacui planè tui nominis, ac mendacis appellationis complementum, vt cum per nudam & ſolam eamque tenuiſſimam, Capiti & Generali Ordinis Eremitani ſubiectionem, inter Congregationes eidem aggregatas Ordini; ab eoque pendentes adſcripta cenſereris, iam ſoluto de verbo ad verbum concordato, ſoluta proinde & libera, cui volueris Religioni nomen des transfuga, vel proprium ſortiaris, exors vt dudum conſtitutionis & habitus, ſic iam & nominis. Sed quoniam me Anathemate terres: *vſque ad fundamentum, vanum hunc terrorem, excutio, & exinanio.* Pſalm. 136.7.

Ac primo quidem dico, vi tanti fulminis extortum nomen, non exortum, ex rei natura

tor, Nudipedem, me ad vocandum ſe verum Auguſtinenſem, vi Anathematis adigentem, ſtrictim iam, vt pridem ſolutum vrgeo, & fatidicus accino Martiali, non minus forſitan bellicosè aduerſarium adorſus, nec à dorſo & poſteriori, ſed à priori lancinans.

Quos Papæ cenſura creans, vult lege vocari
Auguſtinenſes; hos voco legitimos.
Papalem, ſed naturæ lex, vincit honore;
Hæc generans rem dat; nomen at illa creat.
Hæc ſimilare Patri prolem de ſemine gaudet:
Diſsimilem illa creans, euocat ex nihilo.
Ex nihilo meriti, ſubiecti, denique formæ,
Quem mera lex creat, hũc cenſeo legitimũ.
Legitimum tu nudipedem, vi legis habeto:
Hic tibi voce Nothus: re mihi natus erit.

Quarto ex omnium Summiſtarum, Caſuiſtarum, Theologorum Communi Doctrina conſtat; Sententiam Excommunicationis abſque fundamento peccati Mortalis latam, ipſo iure caſſam & irritam eſſe, & quis inſanus credat, communione fidelium, participatione Sacramentorum, Eccleſiaſtica Sepultura, æterna denique gloria priuandum, qui Excalceatos, veros Auguſtinianos eſſe, verbo, ſcriptione negauerit? Quis ſalutem hominum, ex propoſitione falſiſſima,

Capvt XVII.

In quo Obiectioni eidem de nomine Auguſtiniano gratis & ſine vllo Fundamento Diſcalceatorum Congregationi dato, fusè & directè reſpondetur.

CVm nomen proprium referente D. Thoma, ex vltimo rei complemento imponatur, deerat hoc tibi ad vacui planè tui nominis, ac mendacis appellationis complementum, vt cum per nudam & ſolam eamque tenuiſſimam, Capiti & Generali Ordinis Eremitani ſubiectionem, inter Congregationes eidem aggregatas Ordinis ab eoque pendentes adſcripta cenſereris, iam ſoluto de verbo ad verbum concordato, ſoluta proinde & libera, cui volueris Religioni nomen des transfuga, vel proprium ſortiaris, exors vt dudum conſtitutionis & habitus, ſic iam & nominis. Sed quoniam me Anathemate terres: *vſque ad fundamentum, vanum hunc terrorem, excutio, & exinanio.*

Pſalm. 136.7.

Ac primo quidem dico, vi tanti fulminis extortum nomen, non exortum, ex rei natura

tor, Nudipedem, me ad vocandum ſe verum Auguſtinenſem, vi Anathematis adigentem, ſtrictim iam, vt pridem ſolutum vrgeo, & fatidicus accino Martiali, non minus forſitan bellicosè aduerſarium adorſus, nec à dorſo & poſteriori, ſed à priori lancinans.

Quos Papæ cenſuræ creans, vult lege vocari
Auguſtinenſes; hos voco legitimos.
Papalem, ſed naturæ lex, vincit honore;
Hæc generans rem dat; nomen at illa creat.
Hæc ſimilare Patri prolem de ſemine gaudet:
Diſsimilem illa creans, euocat ex nihilo.
Ex nihilo meriti, ſubiecti, denique formæ,
Quem mera lex creat, hũc cenſeo legitimũ.
Legitimum tu nudipedem, vi legis habeto:
Hic tibi voce Nothus: re mihi natus erit.

Quarto ex omnium Summiſtarum, Caſuitarum, Theologorum Communi Doctrina conſtat; Sententiam Excommunicationis abſque fundamento peccati Mortalis latam, ipſo iure caſſam & irritam eſſe, & quis inſanus credat, communione fidelium, participatione Sacramentorum, Eccleſiaſtica Sepultura, æterna denique gloria priuandum, qui Excalceatos, veros Auguſtinianos eſſe, verbo, ſcriptione negauerit? Quis ſalutem hominum, ex propoſitione falſiſſima,

CAPVT XVII.

In quo Obiectioni eidem de nomine Auguſtiniano gratis & ſine vllo Fundamento Diſcalceatorum Congregationi dato, fusè & directè reſpondetur.

CVm nomen proprium referente D. Thoma, ex vltimo rei complemento imponatur, deerat hoc tibi ad vacui planè tui nominis, ac mendacis appellationis complementum, vt cum per nudam & ſolam eamque tenuiſſimam, Capiti & Generali Ordinis Eremitani ſubiectionem, inter Congregationes eidem aggregatas Ordini; ab eoque pendentes adſcripta cenſereris, iam ſoluto de verbo ad verbum concordato, ſoluta proinde & libera, cui volueris Religioni nomen des transfuga, vel proprium ſortiaris, exors vt dudum conſtitutionis & habitus, ſic iam & nominis. Sed quoniam me Anathemate terres: *vſque ad fundamentum, vanum hunc terrorem, excutio, & exinanio.*

Pſalm. 136.7.

Ac primo quidem dico, vi tanti fulminis extortum nomen, non exortum, ex rei natura

tor, Nudipedem, me ad vocandum ſe verum Auguſtinenſem, vi Anathematis adigentem, ſtrictim iam, vt pridem ſolutum vrgeo, & fatidicus accino Martiali, non minus forſitan bellicosè aduerſarium adorſus, nec à dorſo & poſteriori, ſed à priori lancinans.

Quos Papæ cenſura creans, vult lege vocari
Auguſtinenſes; hos voco legitimos.
Papalem, ſed naturæ lex, vincit honore;
Hæc generans rem dat; nomen at illa creat.
Hæc ſimilare Patri prolem de ſemine gaudet:
Diſsimilem illa creans, euocat ex nihilo.
Ex nihilo meriti, ſubiecti, denique formæ,
Quem mera lex creat, hũc cenſeo legitimũ.
Legitimum tu nudipedem, vi legis habeto:
Hic tibi voce Nothus: re mihi natus erit.

Quarto ex omnium Summiſtarum, Caſuitarum, Theologorum Communi Doctrina conſtat; Sententiam Excommunicationis abſque fundamento peccati Mortalis latam, ipſo iure caſſam & irritam eſſe, & quis inſanus credat, communione fidelium, participatione Sacramentorum, Eccleſiaſtica Sepultura, æterna denique gloria priuandum, qui Excalceatos, veros Auguſtinianos eſſe, verbo, ſcriptione negauerit? Quis ſalutem hominum, ex propoſitione

falſiſſima,

CAPVT XVII.

In quo Obiectioni eidem de nomine Augu-ſtiniano gratis & ſine vllo Fundamento Diſcalceatorum Congregationi dato, fusè & directè reſpondetur.

CVm nomen proprium referente D. Thoma, ex vltimo rei complemento imponatur, deerat hoc tibi ad vacui planè tui nominis, ac mendacis appellationis complementum, vt cum per nudam & ſolam eamque tenuiſſimam, Capiti & Generali Ordinis Eremitani ſubiectionem, inter Congregationes eidem aggregatas Ordini; ab eoque pendentes adſcripta cenſereris, iam ſoluto de verbo ad verbum concordato, ſoluta proinde & libera, cui volueris Religioni nomen des transfuga, vel proprium ſortiaris, exors vt dudum conſtitutionis & habitus, ſic iam & nominis. Sed quoniam me Anathemate terres: *vſque ad fundamentum, vanum hunc terrorem, excutio, & exinanio.*

Pſalm. 136.7.

Ac primo quidem dico, vi tanti fulminis extortum nomen, non exortum, ex rei natura

tor, Nudipedem, me ad vocandum ſe verum Auguſtinenſem, vi Anathematis adigentem, ſtrictim iam, vt pridem ſolutum vrgeo, & fatidicus accino Martiali, non minus forſitan bellicoſè aduerſarium adorſus, nec à dorſo & poſteriori, ſed à priori lancinans.

Quos Papæ cenſura creans, vult lege vocari
Auguſtinenſes; hos voco legitimos.
Papalem, ſed naturæ lex, vincit honore;
Hæc generans rem dat; nomen at illa creat.
Hæc ſimilare Patri prolem de ſemine gaudet:
Diſsimilem illa creans, euocat ex nihilo.
Ex nihilo meriti, ſubiecti, denique formæ,
Quem mera lex creat, hũc cenſeo legitimũ.
Legitimum tu nudipedem, vi legis habeto:
Hic tibi voce Nothus: re mihi natus erit.

Quarto ex omnium Summiſtarum, Caſuitarum, Theologorum Communi Doctrina conſtat; Sententiam Excommunicationis abſque fundamento peccati Mortalis latam, ipſo iure caſſam & irritam eſſe, & quis inſanus credat, communione fidelium, participatione Sacramentorum, Eccleſiaſtica Sepultura, æterna denique gloria priuandum, qui Excalceatos, veros Auguſtinianos eſſe, verbo, ſcriptione negauerit? Quis ſalutem hominum, ex propoſitione falſiſſima,

tor, Nudipedem, me ad vocandum ſe verum Auguſtinenſem, vi Anathematis adigentem, ſtrictim iam, vt pridem ſolutum vrgeo, & fatidicus accino Martiali, non minus forſitan bellicosè aduerſarium adorſus, nec à dorſo & poſteriori, ſed à priori lancinans.

Quos Papæ cenſura creans, vult lege vocari
Auguſtinenſes; hos voco legitimos.
Papalem, ſed naturæ lex, vincit honore;
Hæc generans rem dat; nomen at illa creat.
Hæc ſimilare Patri prolem de ſemine gaudet:
Diſſimilem illa creans, euocat ex nihilo.
Ex nihilo meriti, ſubiecti, denique formæ,
Quem mera lex creat, hũc cenſeo legitimũ.
Legitimum tu nudipedem, vi legis habeto:
Hic tibi voce Nothus: re mihi natus erit.

Quarto ex omnium Summiſtarum, Caſuitarum, Theologorum Communi Doctrina conſtat; Sententiam Excommunicationis abſque fundamento peccati Mortalis latam, ipſo iure caſſam & irritam eſſe, & quis inſanus credat, communione fidelium, participatione Sacramentorum, Eccleſiaſtica Sepultura, æterna denique gloria priuandum, qui Excalceatos, veros Auguſtinianos eſſe, verbo, ſcriptione negauerit? Quis ſalutem hominum, ex propoſitione

falſiſſima,

Digitized by Google

falſiſſima , niſi inſipientiſſimus cenſuerit? Dic quæſo, cum hæc Cenſura peccatum mortale neceſſario ſupponat contra quam perſonam Trinitatis tanto dignum Anathemate committatur. Contra Patrem,
Math. 12.32. *an Filium, vel Spiritum Sanctum hoc verbum, dictum*, ſcriptumue probatur? fragilitati, an ignorantiæ, vel malitiæ deputatur, dicenti fratres Excalceatos non eſſe verè Auguſtinianos? Si quod peccatum eſt, contra virtutem eſt, ſed quæro contra quam?

Thologicam, an Cardinalem? Cuius tamdem præcepti decalogi præuaricator exiſtam, qui tantæ pœnæ reus vt noxæ, ad Summi Tribunal Pontificis tremebundus
Epheſ. 3. 15. aſſiſtam? Certè ſi patris Cœleſtis, *ex quo omnis paternitas in Cœlis & terra nominatur.* Vicariam poteſtatem non honorem: ſi
Math. 18. 17. *Eccleſiam matrem non audiam, ſim vobis ſicut*
Rom. 12. 1. *Ethnicus & publicanus:* Sed *hoſtiam viuentem, & rationabile obſequium, non animal cæ-*
Deut 15. 21. *cum*, ſuis me deuouit altaribus Nec: *iugum*
Iſa. 10. 27. *horridum ſed ſuaue & à facie olei computreſcens, nec onus importabile, ſed leue* meis Chriſtus impoſuit humeris. Nec ipſi Pontifici
Math. 11.30. *dedit poteſtatem in deſtructionem, ſed in ædi-*
2 Cor. 10.8. *ficationem*, nec in ruinam Eremitani Ordinis, quem ab initio materno ſinu & ſemper

vſque

Digitized by Google

vſque nunc Sancta fouit Eccleſia, ſed in eius veram, & non extraneam Reformationem.

Quintò agedum frater *inſta opportunè, importunè*, perge Summo id edicente, volente Pontifice, & ſub pœna Anathematis præcipiente, te ſcribi, te dici, te verum Auguſtinianum appellari. Sed oro te, conſule rei veritatem, & quam turpiter calumniam venerando Capiti inuras, attende. *Verum, Entis eſt paſſio* ſi quid Metaphyſicæ memini. Non Entis ergo, veritas non eſt, ac per hoc nec definitio, nec nomen, quod definiente Auguſtino, *rei notamen eſt.* Si tuam ergo Congregationem vero nomine appellare voluero, chymæram multiformem, aut ægræ mentis ſomnium rectè dixero.

Cui nec pes nec caput vni
Reddatur formæ. *Horat. de arte poët.*

Porrò quid veritas? Conformitas Intellectus cum obiecto & quomodo me vis intellectu concipere de te formam & ideam, D. Auguſtino, eiúſque veris Eremitis, omni ex parte conformem, in quo nullum video tanti obiecti lineamentum expreſſum? vbi vera regula, quam truncas in multis? vbi Conſtitutio Ordinis, quam in cunctis abiicis?

cis? vbi verus habitus quem à Capite ad calces turpiter in ſingulis transfiguras.

Sextò. Externa ſunt hæc ęxterioris hominis, & Craſſiora proinde lineamenta. Si interna Conſidero, nulla omnino in te veri Auguſtiniani reperio, amantiſſimum enim veritatis Auguſtinum, & mendacij omnis & detractionis infenſiſſimum ſequereris filius, & non mendacijs & Calumnijs eius filios perſequereris aduerſarius? & quod lugendum in ſimplicibus Chriſtianis Apoſtolo, hoc deteſtandum in Religioſis, ſe Reformatos Ordinis iactantibus, Auguſtino, in vicis, in triuijs, in foris, ſcripto, voce, libellis diffamatorijs. *Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poßit iudicare inter fratrem ſuum? Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud Seculares, &c. Quare non magis iniuriam accipitis; quare non magis fraudem patimini? ſed vos iniuriam facitis & fraudatis; & hoc fratribus. An neſcitis quia Iniqui Regnum Dei non poßidebunt.* Iterum *neque rapaces Regnum Dei poßidebunt*. quantò minus qui Authoritate Apoſtolica abutentes, bullis ſubreptitijs, & mentito nomine Reformati, Conuentus integros & fundatos, qui prius nulla bona immobilia ex voto poſſidebant,

1. *Cor*. 6. 5.

1. *Cor*. 6. 10.

poſſidebãt, iam vndequaque ſubripere contendunt? Fratreſne vt veros & filios exciperet, an velut canes menſa ſua abigeret, ſi viueret Pater Auguſtinus? qui nec eam vel leui detractione ab Epiſcopis pollui, potuit ſuſtinere? planè diceret, *non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Nec ſui veri Ordinis domos ſub Reformationis colore mẽdaciſſimo, vendi ſineret extraneis. *Poſſid. in vita Aug.* *Math. 15.26.*

Vide quæſo quanta argutia, quantoque ſimul animi dolore peroret, aduerſus eos qui lapſum è familia ſua Regulari quempiam detractione carpebant. *Nolite,* inquit, *augere cruciatus meos deficiendo, vel in ſuſpicionibus falſis, vel in peccatis alienis. Nolite obſecro vos, ne dicam de vobis: & ſuper dolores vulnerum meorum addiderunt, &c. Cùm de aliquibus qui ſanctum nomen profitentur aliquid criminis, vel falſi ſonuerit, vel veri apparuerit, inſtant, ſatagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur.* Quàm graphicè quorumdam Excalceatorum genius, non in priuatorum domibus tantùm, ſed ad ſæcularia tribunalia, quorumdam Eremitarum vitia publicantium, ad bona D. Auguſtini corradenda, depictus, ſed perge, lege quod ſequitur. *Hos ergo de noſtris doloribus ſuauitatem ſuæ malæ linguæ captantes, facile* *Tom. 2. Ep. 137.*

Digitized by Google

eſt vt illis canibus comparemus, ſi forte in malo intelligendi ſunt, qui lingebant vulnera pauperis illius, qui ante ianuam diuitis iacebat, & quouſque veniret ad requiem Sinus Abrahæ, laborioſa & indigna omnia tolerabat. Vos me nolite amplius cruciare, qui aliquam ſpem habetis ad Deum; vos nolite illa vulnera, quæ illi lingebant multiplicare. Hinc quo oculo, tuas in fratres calumnias & detractiones è cœlo videat, & audiat intellige, & te verumne filium, aut canem oblatrantem, hoc charactere diſcernat, attende. Luciferum, *mendacem patremque mendacis, fratrum accuſatorem peſſimum*. De Ordine cœleſtis gratiæ proiectum in Tartara, ideò Tertullianus Reſignaculum ſimilitudinis proprio nomine & Elogio cenſuit, iuxta Ezechielem 28. *Tu*, inquit, *es Reſignaculum ſimilitudinis, qui ſcilicet integritatem imaginis, & ſimilitudinis reſignaueris.* Tam deteſtando parco nomini. Sed ſapienti docenti ſubſcribo: *Imitantur eum, qui ſunt ex parte eius.* In quo vero Auguſtinum imitentur Excalceati, & in quo ei ſimiles dici poſſint, ſi imitatio naturæ, ſi ſimilitudo deputatur gratiæ, nil foris, nil intus aſpicio.

2. cont. Marc. c. 10.

Sap. 2. 25.

Septimò. Si veri poſt hæc Auguſtiniani nominandi eſtis; cum vna ſit & indiuiſa veritas,

ritas, & impartibilis eius ſubſtantia, alij omnes à duodecim ſæculis Eremitæ, omneſque Congregationes dicti Ordinis, falſo titulo Auguſtiniano nomine abutuntur, ac per conſequens omnes Summi Pontifices, qui eos veros Auguſtini filios cenſuerunt hallucinati ſunt, inter eoſque Martinus V. qui eis *quaſi legitimis matris hæredibus corpus B. Monicæ ab Oſtio Tyberino in Conuentum Generalem Romam transferendum tradidit.* Ioannes XXII. Conſtitutione ſecunda ſic inſcripta: *Dilectis filiis Priori Generali & Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.* Vbi vult Fratres Eremitas quaſi legitimos filios corpus B. Auguſtini Papiam tranſlatum cuſtodire: *Dignum*, inquit, *arbitramur & congruum vt tanti Doctoris, corpus, & Præſulis, tumulatum quieſcere dicitur, ibi vltra id quod ſibi honoris & laudis ab vniuerſali exhibetur Eccleſia, ſingulari quadam Reuerentia à vobis, & Fratribus Ordinis veſtri, qui ſub eiuſdem Patris Regula degitis, & ſancta obſeruatione militatis, quique diuinis inſiſtitis laudibus, vacatis orationi, intenditis exhortationi, inſudatis ſtudio, & animarum ſaluti propenſius inuigilatis, ſpecialiter honoretur: quatenus inibi tanquam membra ſuo ca-*

Bulla Martin. anno 13. Pontif. anno Domini 1430.

Ex Bulla orig. plumbea aſſeruata Romæ in archiuio Ordinis, num. 2.

Digitized by Google

piti, filÿ patri, magiſtro diſcipuli, duci milites cohærentes Deo, & ipſi Sancto, authoritate fulti Apoſtolica præcordialius iubiletis.
3.p.c.14. §.4. Quam in rem pulchrè Diuus Antoninus agens de tranſlatione corporis Diui Auguſtini de Sardinia Papiam: *Ibi*, inquit, *habitabant, & officiabant Canonici Regulares, ſed Ioannes Papa XXII. deuotione affectus ad Ordinem Eremitarum eos illuc miſit, & conceſsit eis iuxta Dictam Eccleſiam D. Petri ſub cælo aureo Monaſterium ædificare, & habitare cum dictis Canonicis Regularibus, & officiare ſimul, (Papa quam conſonè Papiæ tres toni ſine nota Fratrum Excalceatorum, Canonicis Regularibus in Hymnis, & Canticis ſolemniter decantandis concinerent?) dicens decens fuiſſe, & rationi conſonum, vt tanquam membra capiti, diſcipuli magiſtro, filÿ patri ſuo vniri deberent; lamentabile enim videbatur proprios filios ſepulchro paterno priuari: ſed ibi congruebat ipſos fratres Eremitanos habitare, vbi oſſa patris Auguſtini requieſcunt,*
Act.2. *ſcilicet Papiæ, vt dicere poſsint & ſepulchrum eius apud nos eſt.* Cæteri quoque Pontifices qui eos mille priuilegiis ſub hoc nomine ditauerunt errore decepti mentiti ſunt: Quid cogitatis Fratres? quid molimini? vbi mens? vbi ratio? vbi tot Pontificibus, eo-

rum

rumque Bullis debitus honor? an veſtra impietas percalcata Fratrum membra, in tot etiam veneranda Eccleſiæ capita crudelis inſurget?

Capvt XVIII.

In quo agitatur quàm Cynica audacia ſe Fratres Excalceati Reformatos, & puritatis Regulæ, iuxta verba Bullæ obſeruatores clamitent, cæteros verò calceatos mitigatos vocitent.

NE quæſo mitigatos fera voce nuncupes, cenſendus ipſe inter eos quos Paulus *parentibus non obedientes*, *ingratos*, *ſine affectione*, *ſine pace*, *criminatores*, *immites*, *ſine benignitate* vocitat. Mites certè & proindè beatos appello, qui calumniis & fraudibus, ſuis per vos poſſeſſionibus abacti, patienter ferentes Regnum Dei promiſſum expectant. Vos verò verbum quod in officina ignorantiæ cuditis, inauditum priùs in Ordine, quid ſonet, non capitis. Sed nil mirum cum nunquam *ſuperbus & arrogans non ſit vocandus indoctus.* Quis veſtrum tandem mitigatus habendus eſt, an calceatus

2. Tim. 3. 3.

Prou. 21. 24.

Digitized by Google

qui relaxatum Regularis diſciplinæ rigorem, quoad poteſt, eodem ſeruato primi inſtitutoris habitu, & forma viuendi, reſtituit, & reformat, an excalceatus qui ſola pedum nuditate, non à ſuo ſed ab alio adſcita Ordine, Reformationem mentiens, auram popularem toto pulmone attrahit, & *tanquam Onager in deſerto, in deſiderio animæ ſuæ ventum bibit, dum clamorem exactoris, non exaudit*, veram inquam puræ Regulæ Auguſtini Obſeruantiam exigentis? mitigatus planè vocandus es frater, qui tam citò Franciſcanam paupertatem aliquo feruore amplexatus, in poſſidendos reditus, Conuentuſque fundatos, mitiori paupertate commutaſti.

Ierem. 2. 24.

Sed verba primæ tuæ Bullæ ſcrupuloſius penſitare delectat, & vel inde confictã augurari licebit, quod contra omnem rei veritatem his verbis concepta ſit. *Ne quis prædictam Congregationem eſſe Ordinis Eremitarum S. Auguſtini verbo vel ſcripto temerè negare audeat, ſeu præſumat, ſub Excommunicationis pœna interdicimus & prohibemus: & vitæ aſperitas & obſeruantia puritatis Regulæ S. Auguſtini, & peculiarium Cõgregationis prædictæ Conſtitutionum abſque vllo impedimento ſeruetur, volumus.* Quam

Bulla hæc affingitur Vrbano VIII. data Romæ die 21. Iulij 1628.

ſubrepti

Digitized by Google

ſubreptitiè ſerpſit in Bullam hîc terminus, *vitæ aſperitas, obſeruantia puritatis Regulæ ſancti Auguſtini.* Quid abſurdius dici, aut excogitari poſſit de Regula ſancti Auguſtini, eiuſque vita; neſcio; quid indignius de Summo Pontifice ſentiri quam vt hoc cenſuerit, ignoro: cum communi omnium ſenſu palam ſubſcribente, & vita Diui Auguſtini moderatiſſimè temperata, & eius Regula ipſo ſpiritu lenitatis dictata videatur. Vnus pro omnibus id loci ſufficiat Antoninus; Qui & quibus eam ſcripſerit, & qualem præſcripſerit, iudiciosè diſcreuit. *3.p.c.12. §.2.* *Presbyter*, inquit, *factus à beato Valerio Epiſcopo cùm doceret populum, & curam haberet; in horto quem ſibi contulit beatus Valerius, aliud Monaſterium in Ciuitate conſtruxit; in quo cum Religioſis viuebat, & Regulam eis ſcripſit; & in ſacra Pagina eruditos ab eo ad prædicandum populis eos ordinauit. Epiſcopus autem factus conſtruxit tertium Monaſterium in Epiſcopio, ſcilicet Canonicorum Regularium, & Regulam iam inſtitutam per eum, eis ſeruandam dedit, communem Clericis, & Fratribus, de qua dicitur* 12. *quæſt. non dicatis. Et cap. Nolo, & cap. cætera.* Ecce quibus data eſt Regula: Eremitis 1. 2. Canonicis, *Tom. 2. ep. 109.* quam tertio tandem, quantum fieri potuit

Monialibus adaptauit; non vt quidam inſulsè, eam primo volunt inſcriptam fuiſſe Monialibus; quod doctiſſimus Suarez egregiè refellit, & primo datam Eremitis probat.

Tom. 4. de Relig. lib. 2. tract. 9. cap. 8. n. 19.

Richard. Cænom. in antidotocont. cenſ. Eraſmi.

D. Ant. 2. p. c. 24. §. 7.

Illeſcas lib. 5. hiſtor. Pontific. c. 3. &c. & multi alij.

Iam qualis fuerit hæc Regula, & an vitam aſperam, vel mitem & facilem, nec tamen minus perfectam inde iniungat, docet idem præcitatus diuus Antoninus. *Eſt autem*, inquit, *ipſa Regula planior, & clarior aliquibus aliis in limpitudine contentorum in ea; quod patet, quia de nonnullis aliis, quantum ad contenta in eis, ante Apoſtolicam Sedem varia dubia exorta fuerunt, & diuerſa declarationes poſtulata, vt patet de ſtatu Monach. in nonnullis, & de verborum ſignificatione. Exiit libro 6. & in Clement. Exiui de Paradiſo. Sed contenta in iſta Regula, tanta ſunt conſideratione digeſta, quod nullo tempore apud Apoſtolicam Sedem fuit dubitatum de contentis in ea.* Et tamen Bulla hæc ſuppoſita, & commenta Diſcalceatorum, nouas & inauditas hactenus ſuper hac Regula dubietates ingerunt, & de habitu, calceamentis, & cæteris limpidiſſimè ſcriptis, gloſſas violentas exprimunt. Proſequitur Antoninus, & Regulam æquè ſuauem & claram inſinuat: *Eſt etiam*, inquit,

ſua

ſuauior, & lenior in moderamine: nunquam enim fuit dubium apud quemquam, quod in Regula Auguſtini, ſit aliquod præceptum, nedum impoßibile ad ſeruandum, ſed nec ſupra modum humanæ fragilitatis difficile, ſicut de quibuſdam aliis Regulis. Nec opus fuit per aliquam moderationem rigorem ipſius Regulæ temperare. Vbi ergo aſperitas? vt quid ergo lenem, & ſuauem Regulæ ſpiritum exaſperant? vel vt verius dicam, quid tantam auſteritatem in Neoterica ſua Obſeruantia præ ſe ferunt, & Pontifici imponunt, dum contra veritatem, ſic ſantem inducunt? *Vt vitæ aſperitas, &c.* Neſcio, quo abierit, iam in omnibus pœnæ quantulacunque fuerit, relaxata, adeò vt nec ſtatuta noua per Bullam confirmata, primis in rigore non reſpondeant. Rogo enim, quid rigidi in ſequentibus ſtatutis. *1. p. c. 9. § 1.*

Fratres noſtri teneantur ieiunare omnibus ſextis feriis totius anni, niſi in illis inciderit aliquod feſtum, in cuius vigilia ieiunauerint. Aliquantulo certè delicatuli plus aliis quos ipſi dictitant mitigatos, quibus congeminati ieiunio dies, nil ſuper ſextam feriam remittere licet. *Ibid. § 2.*

Vtemur in diebus Ieiuniorum Religionis his cibis, quibus in illa regione cæteris Chriſti fideli

fidelibus licitum eſt veſtri dum ieiunant. Inde & veſcuntur ouis, à feſto omnium Sanctorum vſque ad Domini natalem, quin etiam itinerando prædicto tempore etiam carnibus: cum vtriſque mitigati Religioſius abſtineant.

§. 4. *In Collatione fruſtum panis circiter trium vnciarum & parum fructus, vel aliquid ſimile pani ſuperadditum.* Auſteriores cæteri,

§. 5. ſolo panis fruſtulo contenti. *Feriis quartis à carnibus abſtineant intra & extra Conuentum niſi in caſu itineris, aut infirmitatis.* Rigidiores in hac abſtinentia colenda Diſcalceatis, plerique ſæculares deuoti Scapularis Beatiſſimæ Virginis.

2. p. c. 3. §. 5. Et cum ante noua hæc ſtatuta camiſiis laneis abſtinerent ſolo habitu ad carnem inducto, ſic hunc rigorem temperatum, mitigatis conformati: *Tunicella quæ fertur iuxta carnem conſtabit ex ſargia alba.*

§. 9. *Matelatium concedatur ſenibus circiter ſexagenariis, & debilibus.* Hoc eſt non tantùm ſenibus, aut infirmis, ſed etiã delicatis. O explodendam, & ridiculam auſteritatem!

Purum porro, ni fallor id vnum eſt cui nihil miſcetur extraneum. Actus puriſſimus vnus Deus, cui nil potentiæ paſſiuæ; materia pura potentia, cui nullus actus, nulla forma

forma propria; vinum purum & balſamum, cui nil alieni liquoris fuerit admixtum; meridies, merus dies, non habens aliquam partem tenebrarum: ſic puritas Regulæ ſancti Auguſtini ab eo verè tenebitur, ſi vt beato Franciſco de cœlo reſponſum eſt, contra quoſdam vix latam eius Regulam mitigare, & miſcere volentes, *ad literam*, nullo iota detracto, vel adiecto ſeruetur, ſed neſcio ſi legiſti, vel legens intellexiſti, quod Auguſtinus in hæc pſaltis verba, ſcitè in rem noſtram commentatus eſt. *Hunc humiliat, & hunc exaltat quem humiliat, quem exaltat Iudex ille? Attendite duos illos in templo, & videtis quem humiliat, & quem exaltat. Aſcenderunt in templum orare, ait, vnus Phariſæus, & alter Publicanus. Phariſæus dicebat: Gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines, &c. Ad Medicum aſcenderat, & membra ſua ſana oſtendebat, vulnera tegebat.* An non ſimiles Phariſæo qui nil vbique frequentius in ore verſant & publicant, quam ſuam Auſteritatem & Reformationem? & grauiora forte, quia ſecreta vulnera ſua tegunt, ſed Dei aperta ſunt oculis. Cæteros omnes quaſi Publicanos faſtu nõ ferendo contemnunt. Sed quid ſubiicit Auguſtinus? *Deus Iudex quid facit?*

In Pſal. 74.

hunc

hunc humiliat, & hunc exaltat: humiliat ſuperbum, & exaltat humilem. Pſaltis mecum in rem noſtram mirare contextum. *Calix,* inquit, *in manu Domini vini meri, plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc.* Obſcuriſſimus locus, ſed à Doctorum Sole, lucem accipit. *Quomodo,* inquit Auguſtinus, *meri ſi mixto? non vos terreat, quia & merum & mixtum: merum propter ſinceritatem, mixtum propter facem, &c. Calix vini meri, plenus mixto, videtur mihi eſſe lex quæ data eſt Iudæis, &c.* Inclinauit ex hoc in hoc, id eſt, à Iudaïco populo, in Gentilem populum. Quid inclinauit? Legem. Eliquatus eſt inde ſpiritalis intellectus. Verumtamen fæx eius non eſt exinanita, quia omnia Sacramenta carnalia apud Iudæos remanſerunt; circuncíſio, ſacrificia, ceremoniæ legales, quæ omnia, *Iuſtitias carnis*, dixit, Apoſtolus. Fæcis bibaces, Auguſtini mente, ſentio, externæ magis ad faſtum, quam internæ mortificationis ad virtutem ſolidam auidos? maximè dum id nec à Patris & Fundatoris exemplo, aut primorum Eremitarum Ordinis praxi, ſed ſuo aliundè arbitrio depromptum, pedis excalceati rigorem adſciſcunt. vini meri amantes intelligo, qui de *cella* Auguſtini *vinaria*, id eſt Regula in ſua

Hebr. 9. 10.

pu

puritate ſeruata, *ordinata charitate*, Dei primum ſuper omnia, inde proximi dilectione flagrant, vita communi in Regula præſcripta contenti. Vide ergo ne in te tuoſque torqueat hoc verbum vt telum miſſile de veteris legis arcu magnus iaculator Iſaïas: *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam; vinum* *Iſa.1.23.* *tuum mixtum eſt aqua.* Calix tibi non vini meri, ſed mixto plenus; inclinas enim de hoc in illud. Matthæus enim vt ſupra dictũ eſt, tuus Inſtitutor in Gallia, de Auguſtino in Capucinum, de Capucino rurſum in Auguſtinum, vt ea de ſtatuto, in ſtatutum, calicem tot fundens & refundens, inclinanſque & declinans vicibus, quot lunis, defeciſti magis, quàm profeciſti. Suffecit *Gen. 44.* vnus in ſacco Beniamin calix incluſus; ſed 2. fortè non ſufficit ad potandum, petendum dicere volui, oſtiatim mendiciſſimo ſemperque famelico tuæ Congregationis corpori, cui non modo Apoſtolicè viuenti, calceamenta ponere, ſed & peram & ſacculum excutere congruebat.

Digitized by Google

Capvt XIX.

In quo commentitia Diſcalceatorum Bulla conuincitur, Obſeruantiam Puritatis Regulæ ipſis tribuens, qui nihil penè eius habent.

Eccl. 50. 10. CEſſent ludicra, ſeria pertractemus. *Vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo, calicem auri meri Candelabrum aureum totum*, puram dico Regulam, æqua trutina, Dan. 5. 27. iam libremus: & ſi Frater Excalceatus *inuentus fuerit minus habens* ſententiam eius ſcriptam in pariete, cœleſti ipſius Regulæ Authoris Auguſtini digito, perlegamus. Primo Regulæ capite ſic habetur, *qui aliquid habebant in ſæculo, quando ingreſſi ſunt Monaſterium, libenter velint illud eſſe commune*, quod & interpretes, & vſus omnium ſub dicta Regula militantium, docent; de bonis immobilibus & fundis in commune poſſidendis, intelligendum. Sciendum porro quod fratres Excalceati dum hanc Bullam priorem obtinuerunt à Summo Pontifice, qua puritatis Regulæ obſeruantiſſimi finguntur, ſimul contradictoriè abſque diſpen

penſatione peculiaria ſtatuta tenere iubentur: quorum vnum præcipuum erat, quod eamdem cum Capucinis ſtrictam & rigidam colerent paupertatem. Cum qua ſtare non poteſt puritas Regulæ. Iam cùm per poſteriorem Bullam, & praxim huius ſtatuti rigorem mitigauerint, quæro vtrum Reformati in melius dicendi ſint. Sed benè, quod iam in hoc vno ad Regulæ puritatem cum Dominicanis, Præmonſtratenſibus, Cæteriſque accedant, à prima ſua auſteritate recedentes, modo ſeruata iuſtitia, per vim & fraudem non inuadat aliena: cùm dixerit Auguſtinus etiam de his, *qui aliquid habebant in ſæculo libenter velint illud eſſe commune.* In quem locum Hugo Victorinus, *Hoc*, inquit, *fecerunt primitiuæ Eccleſiæ fratres. Dignum enim eis videbatur, vt qui communem habebant gratiam, communem haberent & ſubſtantiam: & quibus vnus erat ſpiritus, vnus eſſet & ſumptus.* Sed quam à Regulæ puritate diſſiti, qui non iam libenter volentium, ſed repugnantium domos ſurripiunt, crudeliter mitigati, *Laxatis retibus paupertatis in capturam*, bonorum immobilium, non animarum Fratrum, quas ſtatutis penſionibus inferiori mergunt proprietatis gurgite, Expiſcatores,

Inſtit. Monaſt. c.1.

Luc. 5.4.

Digitized by Google

res, ſcilicet Conuentuum Fundatorum.

Secundo, Puritas Regulæ charitatem ante omnia Fratribus cariſſimis commendat.
1. Cor. 13.4. Sed *Charitas non æmulatur, non cogitat malum, non quærit, quæ ſua ſunt, non detrahit, &c.*

Tertio, Puritas Regulæ, *Lites*, ait, *aut nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis.* Erraui, dum te ſuperius mitigatum retorto iaculo nominaui. Quæ enim affinitas, ſi qua nominis, eſt proprietatis, litis, & mitis? Qui amorem inordinatum rerum temporalium vera charitate mitigat, pro Conuentibus vi, dolove rapiendis, cum fratre non litigat. Hæccine puritas eſt Regulæ? *Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis.* Et quis iam litium modus & finis? quibus, ſoluto per Bullam expreſſam, Concordato, non audita parte læſa quam grauiſſimè, rupto veræ pacis vinculo, ianua patens adaperta eſt.

Quarto, Puritas Regulæ, indicit Ieiunia *quantum valetudo permittit.* Hic rogo an Diſcalceati debilioris ſint corporis, infirmioriſque valetudinis, vt ſaltem aſſueta mitigatis ieiunia, & abſtinentias ferre non valeant?

Quinto, Puritas Regulæ circa Officium Diuinum

Diuinum ſic præcipit; *Pſalmis & Hymnis cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in voce: & nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum.* Quem in locum Hugo Victorinus; *Non decet*, inquit, *vt cantus Eccleſiaſticus fieri debeat ſecundùm arbitrium diuerſorum; ſed firmiter, ſeruandum eſt ſecundùm ſcripta, & inſtituta maiorum.* Sed ſecundùm Patris Auguſtini ſcripta: *Hymnus eſt Canticum laudis.* Et rurſum: *Hymni ſunt laudes Dei cum Cantico. Hymni cantus ſunt continentes laudes Dei. Si ſit laus, & non ſit Dei, non eſt Hymnus; ſi ſit laus, & Dei laus, & non cantatur, non eſt Hymnus. Oportet ergo vt ſi ſit Hymnus habeat hæc tria, & laudem, & Dei, & Canticum; Quid eſt ergo defecerunt Hymni? defecerunt laudes, quæ cantantur in Deum. Moleſtam rem, & quaſi luctuoſam videtur nuntiare. Qui enim cantat laudem, non ſolùm laudat, ſed etiam hilariter laudat. Qui cantat laudem, non ſolùm cantat, ſed & amat eum quem cantat. In laude confitentis eſt prædicatio, in Cantico, amantis affectio.* Defecerunt Hymni in congregatione Diſcalceatorum, *totum Officium tam nocturnum, quàm diurnum; in omnibus Conuentibus intra chorum cantetur ſine nota. Rem moleſtam & luctuoſam nuntiauit.* Eccle-

Inſtitut. Monaſt. c.5.

In Pſal. 39. & in Pſal. 72.

1. part. conſtit. Diſcalc. c.8.§.5.

ſiaſticus cantus per Regulæ puritatem Ordini Eremitano præſcriptus, & per Statuta Diſcalceatorum abrogatus; dum ſubmiſſa voce vt Patres Capucini pſallentes, & tunc reditus & bona immobilia poſſidere non valentes à Regina Margareta Conuentu ſuburbiorum ſancti Germani ſunt eiecti. Reſpicere certè debuerant non ſcripta ſolùm diui Auguſtini, puritatémque Regulæ, ſed ipſiuſmet confitentis exemplum: *Quantum fleui in Hymnis & Canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter? voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & benè mihi erat cum eis.* Pſalmorum itaque & Hymnorum cantum non debuit in Regula ſua ex Ordine Eremitano ſupprimere, quem propria experientia didicit animum ad Deum vehementer afficere. Sed boni Fratres Excalceati in hoc patrem ſuæ Reformationis ſtatuunt, vt contra, *ſcripta inſtituta, exempla Maiorum*, &. formam, vel ſola antiquitate venerandam, Capucino more, vt & in cæteris multis externis ceremoniis, ſubmiſſa voce Diuinum Officium, Miſſaſque non cantent, ſed legant, meminiſſe debuerant, quod iuxta Augu-

ſtinum

1 p.c. 5. §2.

9. confeſ. 6.

Digitized by Google

ſtinum, *magni viri ſancti quotidiè in Hymnis, & orationibus in laudibus Dei, inde viuunt, &c.* *Auguſt. ſerm.49. de diuerſis.*

Sexto, Puritas Regulæ paterna cura prouidens Fratribus, exigit vt ſicut de communi cellario victus, ſic de communi veſtiario veſtitus neceſſarius depromatur *Indumenta vero & calceamenta, quando indigentibus fuerint neceſſaria, dare non differant, ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur.* Vbi per calceamenta, vt ſupra vidimus, infraque videbimus, non Sandalia, ſed pedum tegmina, Calceoſque propriè dictos, pedes cõtra diuerſas temporis iniurias protegentes intelligit. Sic enim Auguſtinus in ſermone quodam ad Fratres quem beatus Iordanus de Saxonia, ſincerus Ordinis, & puritatis Regulæ amator; vir doctrina & pietate clariſſimus, ideóque in Beatorum cenſum à Summo Pontifice adſcriptus, calceatus tamen & ipſe, in huius veritatis confirmationem adducit. *Vt bene pſallere, & orare poßitis, abſque magno corporis impedimento, de bonis Epiſcopatus Eccleſiæ Hypponenſis, centum & quinquaginta veſtimenta, cum calceamentis vobis dilectis Fratribus deportari præcepi, vt tempore frigoris quantum neceſſe fuerit vnuſquiſque recipiat, remanen-* *22. Ad Fratres.* *In vita Frat. lib. 2. c. 15. & lib. 3. c. 6. & lib. 4. c. 13.*

tes, vt & cuſtodientes in communi veſtiario, cum omni diligentia & charitate. Sed quoniam vt deſertores Regulæ, totiuſque habitus, ac formæ: ita fortè cum nouis recentibuſque cenſoribus, ſermones ad Fratres in Eremo reſpuitis, vt ſpurios. Videte ne ipſi ſpurij, iuxta Paulum enim *extra diſciplinam eſtis.* Hos ego ſermones Apologetico ſpeciali, breui ſi Deus annuerit, legitimos Auguſtini fœtus ſolidiſſimis rationibus conteſtabor. Interim accipite Auguſtinum ſic calceamenta definientem: *Calceamenta quid ſunt? nobis tegmina pedum ſunt.* Nobis, ait, id eſt, tam mihi, quàm Fratribus meis. Porrò ſi tegmina pedum ſunt, Sandalia non ſunt, qualibùs vtuntur Fratres, Excalceati, qualeſque deſcribit idem alibi Auguſtinus; *Proinde Marcus dicendo calciari eos Sandaliis, &c. Vt pes neque tectus ſit, nec nudus ad terram.* Vnde ſequitur in Regula, ſibi per omnia conſtantem Auguſtinum, vt & in ſermonibus, & vſu proprio calceamenta propriè dicta voluiſſe dari Fratribus ſuis; nec dari modo, ſed & in depoſito haberi; vt veteribus detritis, abſque dilatione, noua indigentibus proferantur. Huc etiam facit quod in eadem Regula velit *Indumenta pro temporum*

Ser. 42. de Sanctis.

In Marc. 6.

con

Digitized by Google

congruitate proferri. Quod ad Fratres Excalceatos nullo modo pertinet, qui vna eademque veſte ſemper omni tempore vtuntur, nec æſtiuam hyberna, nec albam alternant nigra. Vt ridiculum ſit puritatem Regulæ obſeruare, qui ſic induti & Excalceati procedunt contra doctrinam, exemplum, & vſum Auguſtini, primorumque Eremitarum eius, & expreſſam, puramque literam Regulæ, eiuſdem Auguſtini terminis vbique tam clarè explicatam, nulluſque omninò ſit inter ſexaginta, & ampliùs tam Ordines quàm Congregationes, tam hominum quàm Monialium, qui eandem Regulam amplexati ſunt, qui incedant calceati Sandaliis, ſi ſolos Fratres Auguſtinianos Diſcalceatos excipias, aliquaſque Moniales, quas ipſi zelo indiſcreto, *& non ſecundùm ſcientiam.* Et mera nouellum ſuum inſtutum etiam in hoc ſexu propagandi libidine de nouo produxerunt.

Septimò, Regulæ Puritas, veſtes ſordidas vult lauari: *Indumenta veſtra lauentur ſiue à vobis, ſiue à fullonibus, ne interiores animæ ſordes contrahat mundæ veſtis nimius appetitus*, quæ verba omninò ſupponunt, vel album tunichinum, vt conſtitutio verorum Eremitarum ſancti Auguſtini præ-

Digitized by Google

ſcribit, ſub cappa nigra deferri: vel melius domeſticum, & clauſtralem habitum candidum, quo non ſolùm ex Regula, ſed ex ſpeciali erga Beatiſſimæ Virginis Mariæ puritatem, pietate, quaſi eius domeſtici, & famuli, ſyntheſi, veſtiuntur. Quis autem, niſi dealbare velit Æthiopem, operam & tempus ludens, veſtem nigram lauandam his verbis intelligat? atqui Fratres Excalceati nulla alia veſte, quàm nigra induuntur, nec interdum ſaltem cum Fulgentio interius ſub caſula pallio lactineo; ergo nihil ad eos hæc Regulæ puritas attinet. Quid de vtroque habitu, & nigro tantum Diſcalceatorum, & albo ſimul verorum Eremitarum iuxta Regulæ puritatem, & Decreta Pontificum ſentiendum ſit, breuiter attexo. Sic enim ſe alienos Diſcalceati à Regulæ puritate, & vero Ordinis habitu, eleganti deſcriptione profitentur. *Quoad formam habitus, erit ſine collari & plicaturis, longitudine ad terram ferè pertingens, manicarum longitudo manuum digitos attingat, latitudo vero oris earumdem, erit circiter vnius palmi; pallium ad genua circiter vſque protendet* (*latinitas iſta corrupta, & inter errata incorrecta, totam habitus formam corruptam decebat*) *Caputium latitudine ſcapulas non excedet*

2. part. conſtit. Diſcalc. c. 3. §. 5.

excedet; eritque rotundum in anteriori parte, cum cuſpide in poſteriori; ad corrigiam vſque pertingens, in ſummitate vero parumper acutum, (vt quid ergo tam acutum texitur, & conſuitur, *vt Capucinos acuminata cuſpide æmuletur? tunica quæ defertur ſubtus habitus tempore hyemis, poterit quidem conſtare ex materia delicatiori quam habitus, ad medias tibias circiter vſque pertingens, & erit nigri coloris.* Nihil albi paret, nihil candidi; toti atrati ſunt: & tantum verborum penuria laborant vt in deſcribendo habitu quatuor circiter lineis, *circiter*, ter iterauerint; nec hic eſt habitus Ordinis, nec ſcribendi modus, aliter diuus Antoninus præcitatus; aliter expreſſæ Bullæ Gregorij IX. & Alexandri IV. habitum exteriorem nigrum, cum longis, & protenſis manicis, nulla pallij facta mentione, habitu ſubteriore & domeſtico eis remanente authoritate Apoſtolica. Legite quid Gonzalez de Critana Eremita Auguſtinienſis latinitate donatus ex Hiſpanico idiomate, de veſte candida referat: *Vſum*, inquit, *veſtis albæ inde habemus; quod in Reuerentiam puritatis Beatiſſimæ Matris Dei, procurante Congregatione B. Virginis de Secena, Alexander IV. in eundem finem à Clemente VIII. citatus, per* *Epitome hiſt. vitæ Monaſt. §. 1. c. 12.*

breue Apoſtolicum habitu albo domi vtendi nobis poteſtatem fecerit, quam Benedictus II. tollere voluit, vnde vniuerſus Ordo ſe B. Virgini Gratiarum in ſancti Auguſtini Cœnobio Peruſino voto adſtrinxit; & ea nocte priuſquàm ſententiam daret, Pontifex mortuus eſt. Clemens autem VIII. in alia cum Dominicanis controuerſia definitiuam ſententiam dedit, qua liberè domi veſte alba vtamur, noſque Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini interpellat. Sententia data Tuſculi, die 2. Octobris 1603. Sed longè antiquiorem vſum albæ veſtis probat Tambellanus, & Bullæ Gregorij IX & Alexandri IV. ſæpius in hoc Apologetico citatæ. Quin & ipſi Regulæ termini puriſſimi, *mundæ veſtis nimium appetitum* coërcentes. Ex quibus etiam, & Diui Antonini verbis apparet, quàm nugaciter, & mendaciter Athanaſius in ſuo Candelabro, cilicium pro veſte imponat Auguſtino, primiſque Fratribus eius. *Quali,* inquit, *habitu Beatus Auguſtinus cum ſuis Fratribus vſus fuerit conſequenter perſcrutandum eſt, &c.* Deinde cum varium Pauli, Antonij, Hilarionis, Paphnutij, habitum deſcripſiſſet ex melotis & pellibus caprinis; *Melotæ*, inquit, *fiebant de pellibus caprinis, vel camelorum, vel taurorum: talia veſtimenta*

In ſpec. albi, & nigri habitus.

3 p. c. 14 §. 5.

menta habere vſus non ſuſtinet in Italia, nec in Africa, vbi illa animalia rara ſunt, &c. Veriſimile eſt beatum Auguſtinum, & ſuos fratres tunc temporis pelliceorum ex ouina pelle vſum habuiſſe, &c. Tandem ex eminentiſſimi Cardinalis Baronij relatione liquet, ex Inſtitutione Cœnobitica Monachorum Affricæ, diuum Auguſtinum, primoſque Fratres eius indiſcriminatim albis nigriſque veſtitos. *Vides*, inquit, *nullam apud eos diſcriminationem fuiſſe colorum, dummodo quem exhiberet in velleribus natura colorem, abſque delectu eum in veſtibus vſu retinerent:* Vt vel hinc pateat Summos Pontifices Eremitis Auguſtinianis, vtrumque hunc colorem indixiſſe, quod primæuæ eorum formæ reſponderet, qui albis, vel nigris veſtibus vti conſueuerant, provt natiua velleris qualitas inculta, intinctaque ferebat. Et quamuis aliquo modo nigræ etiam veſtes lauari poſſint; nulli dubium eſt, diuum Auguſtinum in Regula rationabilius & conuenientius ad albas reſpexiſſe, quas penitus Diſcalceati abiecerunt, dum ait: *Indumenta lauentur, &c. ne interiores animæ ſordes contrahat mundæ veſtis nimius appetitus.*

Tom. 6. Annal. anno Christi 504.

Octauo, Puritas Regulæ de omnimoda

ſub

ſubiectione, & obedientia Prælatis debita, ſic præcipit; *Præpoſito tanquam Patri obediatur, multò magis Presbytero qui omnium veſtrũ curam gerit. Vt ergo omnia iſta ſeruentur* (notate verba; & quid exigat, vt quis veræ putetur obſeruator puritatis Regulæ,) *vt ergo omnia iſta ſeruentur, & ne quid negligenter prætereatur, &c. ad Præpoſitum præcipuè pertinebit, vt ad Presbyterum, cuius eſt apud vos maior authoritas referat, quod modum & vires eius excedit.* Hic duo, vel tria notanda veniunt: primo Presbyterum in ſcriptura, & peritis authoribus, virum ætate, & probitate ſenem maturumque ſonare, Vnde & Conſtitutiones verorum Eremitarum exigunt, vt Prouincialis ſaltem quindecim annos in ordine cum ædificatione tranſegerit, & quadraginta vt minimum ætatis impleuerit: Diſcalceatorum verò ſtatuto de-
3.p. c. 2. §. 9. finitur: *Nullus ad officium Vicarÿ Generalis, vel Prouincialis poterit eligi minor triginta annorum:* quis, qualis, cuius ſcientiæ, quot in Religione luſtra peregerit, non præſcribitur, vnum videndum eſt, quod minor triginta annorum non eligatur. De facto quibus inſtructum literis Prouincialem hodiernum elegerint nouimus. Et in hoc tolerabilis eſſet error, ſi obedientia cæca illi-
terato

terato Presbytero parerent. Sed ſtupendum dictu, nec propalandum, niſi ipſi iudicum ſæcularium fores & Tribunalia obſidentes Decreta ſupremi Senatus, & Conſilij ad ſubducenda colla obedientiæ iugo obtinuiſſent, quale fuit, quod frater Seuerinus à S. Gertrude aſſiſtens Generalis Congregationis Diſcalceatorum Galliæ, & frater Paulus à S. Magdalena Secretarius impetrarunt 22. Martij 1644. quo cautum legimus ne frater Hieronymus à S. Paula Lotharingus, electus Vicarius Generalis in Capitulo Generali Diſcalceatorum Gratianopoli celebrato anno 1642. frater Mauritius à Matre Dei Allobrox, Procurator Generalis in Curia Romana, frater Petrus à S. Helena Burgundus aſſiſtens Generalis, vllo modo ſua in Gallos Diſcalceatos munera, & iuriſdictionem exerceant: quin etiam menſe Iunio anni currentis 1644. dicti, Seuerinus, & Paulus libellum ſupplicem Curiæ præſentarunt, quo dictum Decretum Curiæ latum 22. Martij ſignificatum aſſerunt dicto fratri Hieronymo Vicario Generali 13. Aprilis in cuius contemptum dictus frater à ſancta Paula cum fratre à ſancta Helena Hiſpano ſtricto amicitiæ vinculo connexus, exulcerato animo vindictam intendit

de

Digitized by Google

de Diſcalceatis Fratribus ſumere, qui huiuſmodi poſtulatum Curiæ præſentarunt:& vbique dictos ſupplicantes excommunicatos declarauerunt, quod contra ſtatuta propria ad Iudices ſæculares recurriſſent.

2.p.c.7. §.1. Secundò cum eadem ſtatuta Diſcalceatorum Vicario Generali, nempè presbytero ſummam Obedientiam exhiberi decernãt, neſcio quid toto hoc Schiſmatis tempore validi poſſint in tota ſua congregatione decernere, cum omnes ſint voce priuati: *Qui enim mandatis Vicarij Generalis obedire recuſauerit, & in ipſa inobedientia obſtinatus per diem & noctẽ permanſerit, omni officio, &* 4. *part. Conſtit. Diſcalc. c.8.* *voce vtrâque per triennium careat*; & rurſum *culpa grauiſſima eſt, ſi quis in Congregatione noſtra Schiſma aliquod molitus fuerit*. Atqui moliti ſunt: ergo grauiſſimæ culpæ rei ſunt, 4.p.c.13. §.3. qua pœna digni? Inter alias ibidem, eloquutione Diſcalceatis propria, non errore typographi, ſed aſſueto tenore, ſcribendi, æquè Latinæ linguæ, ac Gallicæ imperiti. *Vapuletur à Priore*. Et quid mirùm ſi Vicario Generali ſunt Rebelles, qui Præuaricatores puritatis Regulæ, Generali, & *Presbytero, qui omnium curam gerit*, ſunt crudeles. Hic obteſtor qua conſcientia potuerint hæc verba inſinuare Bullæ ſuæ, quibus ſe

pu

Digitized by Google

puritatis Regulæ obſeruantiſſimos haberi velint. Si quid eſſentiale eſt Ordini,ſi quid viſcerale, intimum, medullatum Regulæ, Obedientia vtique omnium iudicio reputetur. Videtis quid à ſubditis erga Generalem (quem tum presbyterum vocabat Auguſtinus) Obedientiæ, Reuerentiæ, Obſeruantiæ exigat? Sed boni Fratres puritatis videlicet ſuæ Regulæ amatores, diſpenſationes omnimodas ab ipſo etiam exordio, per Bullas extortas obtinuerunt,quibus vix tenui filo à Reuerendiſſimo Patre Generali penderent. Donec tandem monſtruoſo ſchiſmate, ab eo penitus, rupto concordato, ipſo inſcio,& non vocato deficerent,vt domos eius & Conuentus eo inuito & per expreſſos procuratores repugnante, vi, & dolo,ſubreptitiis Bullis obtentis,diriperent, & primogenitos Fratres, per calumnias, libellóſque famoſos, plebi odioſos, & Regi; ſuis ſedibus ignominioſè propellerent. Quæ muſca niſi canina vos pupugit? *Quid tam caninum & cæcum quam parentes non agnoſcere? Ideò catuli canum cæci naſcuntur.* Hæc Ægypti plaga, hæc cæcitas eorum, qui vix nati in Ordine,mera pariente,patiente,ſeu potiùs adoptante, licèt tam numeroſa ſuſcepta iam prole, Ordinis Eremitani miſericordia;

Aug. de tempo ſerm 95

ricordia; Patrem Generalem non agnoſcũt. Et hæc erit vobis puritas Regulæ, hæc Reformata Excalceatorum Congregatio. *Et poſtea in ore ſuo complacebunt.* *Pſal. 48. 14.*

Capvt XX.

In quo concluditur Excalceatorum Bullas ſubreptitias & nullas eſſe, vtpote quæ intolerabiles errores contineant; quos nefas eſt Sedi Apoſtolicæ imputare.

HIs poſitis directè concludo nullas eſſe Bullas, quæ nos ſub pœna Excommunicationis, iubeant dicere, vos veros Fratres Eremitas Ordinis S. Auguſtini, vel enim verè tales eſtis, vel non eſtis, non eſſe vos puritas Regulæ, veritas habitus, tota diſciplina, duodecim ſæcula, Scriptores omnes, antiquæ imagines, ſchiſma, & defectio, à vero Ordinis Generali, conteſtantur. Si nõ eſtis, cur Bullis ſubreptitiis Sanctæ Sedi iniurioſis, cum maximo Pontificij honoris diſpendio abutimini? Si non eſtis, & Bullæ tamen veſtræ veræ, & validæ cẽſendæ ſunt, verè & validè ſingulos obligant, ad dicendum, & ſcribendum vos veros Auguſtinianos;

nos; & per conſequens, ſub Anathematis pœna tenentur veritati Sole meridiano clariori, veritati, ſoli & ſummo intellectus bono renuntiare obligantur ſub Excommunicatione acquieſcere, credere, cõſentire mẽdacio. Quis hoc de vero Chriſti, primæ veritatis, Vicario ſentiat? quis mendacio, picto deterritus fulmine, conſentiat? & non potius cum Auguſtino veritatis amantiſſimo tutore, & duobus libris ad Conſentium contra mendacium, & de Mendatio ſcribente, dicat; *Moriendum potius conſtantiſſimè pro veritate, quàm minimum, & officioſiſſimum pro totius mundi ſalute proferendum mendacium.* Et volunt tamen boni Fratres, nos apertiſſimum, inutiliſſimum, inofficioſiſſimum vero Eremitarum Ordini, eiuſdem Generali, & quod præ cæteris execrandum eſt, Summo iniurioſum Pontifici, credere, dicere, ſcribere mendacium.

Auguſt. contra Mendacium.

Dicam quod ſentio, hoc ſenſu tantùm, & non alio, (ſi verè tamen hæc Bulla Domino noſtro Papæ tribuenda eſt,) Pontifex dicere vos potuit, veſtramque Congregationem eſſe verè Ordinis ſancti Auguſtini; quia ipſe vos, ſub hoc nomine, pro ſuo beneplacito, ex mera liberalitate, abſque vllo habitus, Regulæ, diſciplinæ Charactere,

omni

omnibus & ſingulis Eremitani Ordinis priuilegiis gaudere conceſſit. Sed ſi ſolus priuilegiorum vſus & communicatio, veros facit Eremitas, quid erit inter mendicantes diſcriminis, cùm omnes iiſdem fruantur indultis & beneficiis? Verum non dubito quin plenius, de veſtra in Ordinem ingratitudine, de ſubdola Conuentuum prædatione, de Fratrum multiplici detractione informatus, & nomen, & priuilegia, & Bullas quibus in dies abutimini, ſupprimat, & Regnum tandem quo vos indignos exhibuiſtis, *tollat à vobis*, vt ſartum, & integrum maneat genti facienti fructus eius.

Matth. 21.43.

CAPVT XXI.

In quo per Bullam citatis, & auditis Partibus datam, deſtruitur obiectio facta ex clauſula inſerta Bullæ ſubreptitiæ Diſcalceatorum, qua ſibi licere fingunt authoritate Pontificis Imagines D. Auguſtini, & Sanctorum Ordinis eiuſdem, in ſuo habitu & forma repræſentare.

Cont. Valent. c. 3. & 4.

MEmini peracuti verbi quo velut iaculo hæreticos, ſubtilis & grauis

Ter

Digitized by Google

Tertullianus lancinauit, dum his verbis contra Valentinianos ageret: *Hunc primum cuneum Congreſſionis armauimus, detectorem, & deſignatorem totius conſcientiæ illorum, primamque hanc victoriam auſpicamur: quia quod tanto impendio abſconditur, etiam ſolummodo demonſtrare, deſtruere eſt Nouimus inquam optimè originem quoque ipſorum, & ſcimus cur Valentinianos appellemus*, (Auguſtinianos ſuppone ſcripſiſſe; mutato enim nomine res tota Diſcalceatorum eſt,) *licet non eſſe videantur. Abſceſſerunt enim à conditore*, (quo? niſi eo de quo Hieronymus ſcribens, ait, te omnes antiquæ rurſum Fidei, Conditorem admirantur, addam & primi ſpiritus Apoſtolici, in Ordinis ſui fundatione, Inſtauratorem) *Sed minimè origo deletur: & ſi fortè mutatur, teſtatio eſt ipſa mutatio.* & paucis interiectis, *multum circa Imagines legis Theotimus operatus eſt* multa planè & Theotimus alter Bullæ ſuæ importunus exactor ſub ſpecie pietatis irrepens, circa Imagines Legiſlatoris Auguſtini Sanctorúmque cultorum legis per eam latæ, operatus eſt pro Fratribus ſuis à Conditore abſcedentibus, vt tales ſe eſſe, qualis fuit cum ſuis primogeniis filiis plebi ſimplici ſuaderet. *Sed minimè origo deletur, &*

tom 2. operum Aug. ep. 25. Iero. ad Aug.

Digitized by Google

ſi fortè mutatur, teſtatio eſt ipſa mutatio. Et quod idem de fuco, alibi, & colorum vultus, aut capilli mutatione argutè dixit, id in transfigurantes Sanctorum Imagines acutè cadit: *Scientes, quod Dei eſt quodcumque naſcitur, Diaboli quodcunque mutatur.*

Sic ergo boni Fratres magnis, vt ipſi fatentur, impendiis obtenta Bulla ſuam conantur abſcondere nouellam originem, antiquum dierum Auguſtinum, Patrem multarum Gentium, ſecum repueraſcere malentes, & ex ſenſu Nicodemi, longéque abſurdiori, Patrem velut filium, de adulterinæ ſobolis ventre renaſci, portentoſa metempſicoſi, & *reuolubili recidiuatu animarum*; quam ſe velut veros filios ad tanti parentis imaginem conformare. Sic igitur ampliſſimæ Bullæ conceſſio permittit *denique quod ipſi Fratres imagines Sāctorum Auguſtini, Nicolaï de Tolentino, & aliorum eius Ordinis, in habitu Reformationis Diſcalceatorum, ad decorem, & vſum in Eccleſiis, Clauſtris, aut alibi decenter, honeſtè, ac piè depictas, aut impreſſas conſeruare, & in poſterum imprimere, & depingere religiosè ſecundùm Eccleſiæ, & aliorum Ordinum Reformatorum laudabilem conſuetudinem, liberè & licitè valeant, licentiam, & facultatem dicta*

Io.3.4.

Tertull. de anima, cap. 28.

Digitized by Google

dicta authoritate impartimur.

Nihil aptius ad Bullam de ſubreptionis vitio conuincendam, vt vel ſola inſpectione patebit textum legenti, & ea quæ toto hoc Apologetico diligenter excuſſimus, maximè in Epiſtolis, recolenti; nec enim credibile eſt Summum Pontificem, & eundem, qui citatis partibus, de conſilio Congregationis Cardinalium, id expreſsè prohibuerat, idem poſteà iiſdem cauſis manentibus, niſi ſubreptitiè obtenta Bulla permittere potuiſſe. Hic Bullam integram autenticam & ſigillatam Typographo datam ſubtexo.

URBANUS PAPA.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini, quod cum ipſe Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Sacris ritibus expoſuiſſet præpoſitis, qualiter Dilecti filij Patres Diſcalceati eiuſdem Ordinis tùm Romæ, tùm multis alijs in locis imprimebant & depingebant imagi-

nes Sanctorum Auguſtini, Nicolai Tolentinatis, & aliorum eiuſdem Ordinis Sanctorum cum habitu, quo ipſi Diſcalceati vtuntur, quódq; id vergebat in maximum præiudicium eiuſdem Ordinis, & in dies dare poterat occaſionem plurium Controuerſiarum, & Scandalorum, dicti Cardinales hac ſuper re ediderunt decretum tenoris ſubſequentis, videlicet; Referente Eminentiſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinali Veroſpio petitionem ſupradictam, ad inſtantiam Procuratoris Generalis Ordinis S. Auguſtini, Sacra Rituum Congregatio citatis, & auditis partibus, cenſuit, imagines S. Auguſtini, S. Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum eiuſdem Ordinis S. Auguſtini impreſſas, aut depictas à Fratribus Diſcalceatis eiuſdem Ordinis cum habitu, quo ipſi Diſcalceati vtuntur, ſuſpendendas, & abolendas eſſe, iniungendúmque dictis Fratribus Diſcalceatis, ne ſub pœnis arbitrio huius Sacræ Congregationis talia amplius audeant peragere. Et ita omninò ſeruari mandauit Die XIX. Decembris 1637. Vt autem Decetum huiuſmodi firmius ſubſiſtat, exactiúſq; ab omnibus, ad quos ſpectat, obſeruetur, Nobis idem Procurator humiliter ſupplicari fecit, quatenus illud Apoſtolicæ Confirmationis robore communire de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos

Nos igitur dictum Procuratorem ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, decretum huiuſmodi Apoſtolica auctoritate tenore præſentium Confirmamus, & approbamus, illique inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus ac omnes, ac ſingulos tam iuris, quam facti, & ſolẽnitatum quantumuis ſubſtantialium & quoſuis alios defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, aut interueniſſe dici, vel cenſeri poßint in eodẽ ſupplemus. Decernentes preſentes literas validas, firmas & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authorita-

Digitized by Google

nes Sanctorum Auguſtini, Nicolai Tolentinatis, & aliorum eiuſdem Ordinis Sanctorum cum habitu, quo ipſi Diſcalceati vtuntur, quódq; id vergebat in maximum præiudicium eiuſdem Ordinis, & in dies dare poterat occaſionem plurium Controuerſiarum, & Scandalorum, dicti Cardinales hac ſuper re ediderunt decretum tenoris ſubſequentis, videlicet; Referente Eminentiſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinali Veroſpio petitionem ſupradictam, ad inſtantiam Procuratoris Generalis Ordinis S. Auguſtini, Sacra Rituum Congregatio citatis, & auditis partibus, cenſuit, imagines S. Auguſtini, S. Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum eiuſdem Ordinis S. Auguſtini impreſſas, aut depictas à Fratribus Diſcalceatis eiuſdem Ordinis cum habitu, quo ipſi Diſcalceati vtuntur, ſuſpendendas, & abolendas eſſe, iniungendúmque dictis Fratribus Diſcalceatis, ne ſub pœnis arbitrio huius Sacræ Congregationis talia amplius audeant peragere. Et ita omninò ſeruari mandauit Die XIX. Decembris 1637. Vt autem Decetum huiuſmodi firmius ſubſiſtat, exactiúſq; ab omnibus, ad quos ſpectat, obſeruetur, Nobis idem Procurator humiliter ſupplicari fecit, quatenus illud Apoſtolicæ Confirmationis robore communire de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos.

Digitized by Google

Nos igitur dictum Procuratorem ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, decretum huiuſmodi Apoſtolica auctoritate tenore præſentium Confirmamus, & approbamus, illique inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus ac omnes, ac ſingulos tam iuris, quam facti, & ſolẽnitatum quantumuis ſubſtantialium & quoſuis alios defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, aut interueniſſe dici, vel cenſeri poſſint in eodẽ ſupplemus. Decernentes preſentes literas validas, firmas & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authorita-

Digitized by Google

te,ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Cõſtitutionibus,& Ordinationibus Apoſtolicis,ac dicti Ordinis,illiuſq; Domorũ etiã iuramento, Cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis,ſtatutis & cõſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis,& literis Apoſtolicis illis eorumque ſuperioribus, ac perſonis, ac quibuſuis aliis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarũ derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, & aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenoribus præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Generalis dicti Ordinis munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ præſentibus ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, Dat. Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſimo tertio Ianuarij. Milleſimo

ſexcen

Digitized by Google

ſexcenteſimo trigeſimo octauo, Pontificatus noſtri anno decimo quinto.

M. A. MARALDVS.

Loco ✝ annuli Piſcatoris.

Auenione ex Typographia Iacobi Bramereau, Sanctiſſimi Domini noſtri, vrbis, & vniuerſitatis Typographi. 1643.

locus ſigilli.

Ex Superiorum permiſſu.

Adrianus Gallus Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notar.

Extractum à ſuo proprio Originali mihi Notario Apoſtolico Regio exhibito, per R. P. Priorem maioris Conuentus Eremitarum Ordinis S. Auguſtini Auenion. & poſteà per eum retracto. In quorum fidem facta debita collatione Requiſitus me ſubſignaui.

P. AVBERT.

Bullæ Diſcalceatorum veritatem excuſſiſſe eſt eius euertiſſe mendacium; vt de Valentinianis hæreſibus facetè dixit Tertullianus: *quia quod tanto impendio abſconditur, etiam ſolummodò demonſtrare deſtruere eſt.* *Tertul. cont. Valent. c. 3.*

Digitized by Google

CAPVT XXII.

Quo Fratres Excalceati obijciunt D. Auguſtinum debuiſſe nudipedem incedere, ſeu Sandalijs calceatum; cum iuxta Poſsidium cœperit viuere ſecundum Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam.

Poſſid. in vita Aug.

INſtat Excalceatus, importunè ſatis, & pergit obiicere pro Sandaliorum cauſa D. Auguſtinum conuerſum à ſæculo ad vitæ Regularis inſtitutum, *cæpiſſe viuere ſecundum Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam:* ſed ſancti Apoſtoli acceperunt à Chriſto mandatum, vt irent *calceati Sandaliis.* Ergo D. Auguſtinus, iuxta normam Apoſtolicam, & ipſe proceſſit calceatus Sandaliis. Egregium verò argumentum: relicto capite, & principali Apoſtolorum viuendi genere, ſolam pedum nuditatem attendere. Suſpende, lector, tantiſper arbitrium tuum: ampliſſimè huic, tota ſecunda parte, obiectioni ſatisfaciam, dum quatenus, & quandiu Sandaliis vſi fuerint Apoſtoli declarabo. Interim quid Poſſidius, poſt eumque Baronius, quin & ipſemet

Marc. 6. 9.

Auguſt.

Digitized by Google

Auguſtinus de vitæ Apoſtolicæ tenore ſeruauerit, accipe. Sic ergo Baronius ex Poſſidio anno Chriſti 391. *factus ergo Presbyter Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum, & Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: maximè vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique, ſicut opus erat: quod iam ipſe prior fecerat; dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet.* Auguſtinus autem ſtatim in limine ſuæ Regulæ: *ante omnia fratres chariſſimi, diligatur Deus, deinde proximus, &c. primum propter quod in vnum eſtis congregati vt vnanimes habitetis in domo, & ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo. Nec dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia, & diſtribuatur vnicuique veſtrum à Præpoſito veſtro, &c. ſic enim legitis in actibus Apoſtolorum*, hæc eſt vita & Regula Apoſtolica ſecundum quam cœpit viuere Auguſtins, *quia illis erant omnia cōmunia, & diſtribuebatur vnicuique ſicut cuique opus erat.*

Baron. anno 391. to. 4

Reg. c. 1.

Tandem ſi cæci ſemper media vultis palpare die, vel quod infœlicius eſt clariſſimæ reluctari veritati; videte ne ineluctabili telo transfixi, propria Auguſtini, vel Tertulianis

tulliani potentiſſimi iaculatoris dextera tranſuerberati corruatis: *eſt*, inquit, *Augu-*
to. 6. lib. de hæreſ. hæreſ. 68. *ſtinus, alia hæreſis nudis pedibus ambulantium,&c.quia,non propter corporis caſtigationem, & afflictionem ſic ambulant, ſed quia teſtimonia taliter intelligunt*: quid qui contra Regulæ; & ſermonum Auguſtini, manifeſta teſtimonia, pedum nuditatem in Eremitano Ordine, ad veram eius Reformationem neceſſariam eſſe contendunt, & fortè non tam ad caſtigationem corporis,
Pſ.90. 6. quam ad tumorem animi, & oſtentationem ſcripturis abutuntur, & pompam. Nec ictu iactuve caſſo aërē verberat,negotiumque facit, ſenſui ſuo nimium hærentibus,in tenebris ambulant Tertullianus: ſed ſagitta volans in die ſcopum attingit. *Quis*, in-
2. Cont. Marc. cap.2. quit, *dubitabit ipſum illud Adæ delictum hæreſim pronunciare, quod per electionem ſuæ potius quàm diuinæ ſententiæ admiſit? niſi quod Adam nunquam figulo ſuo dixit, non prudenter definxiſti me. Confeſſus eſt ſeductionem, non occultauit ſeductricem, rudis admodum hæreticus fuit: non obaudiit: non tamen blaſphemauit creatorem, nec reprehendit authorem*: quo quæſo nomine baptiſaret Excalceatum; per electionem ſuæ ſententiæ, contra Inſtitutum, exemplum, & apertam declara


declarationem Authoris, vanitatis ſeductione occultata, ipſum blaſphemantem Auguſtinum, & figulo ſuo dicentem, non prudenter definxiſti me; Ordinem debueras ab exordio Sandaligerum erigere, qui ſecundum Regulam Apoſtolicam decreueras viuere: *hæreſes*, inquit idem, *dictæ græca voce ex interpretatione Electionis, qua quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur, &c. nobis verò nihil ex arbitrio noſtro inducere licet, ſed nec eligere quod aliquis de arbitrio ſuo induxerit*: & iterum *ſolemus hæreticis compendij gratia de poſteritate præſcribere. In quantum enim veritatis Regula prior quæ etiam futuras hæreſes prænuntiauit, &c. Hermogenis autem,*(dicamus & nos de noua Excalceatorũ doctrina quæ Auguſtinũ ſuo nouello modo Excalceatum expingit, & per turbulentum Procreatorẽ falſa vndique ſeminat) *doctrina tam nouella eſt, denique ad hodiernum homo in ſæculo, & natura quoque hæreticus etiam turbulentus, qui loquacitatem, facundiam exiſtimet, & impudentiam, conſtantiam deputet; & maledicere ſingulis, officiũ bonæ cõſcientiæ iudicet. Præterea pingit illicitè, nubit aßiduè, &c nec ipſe Apoſtolicus Hermogenes in Regula perſeuerauit. Sed viderit perſonæ, cum doctrina mihi quæſtio eſt.*

Tertul. de præſcrip. c. 6.

Contra Hermog. cap. 1.

CAPVT

S P AVRELIJ AVG.^{ni} VERA EFFIGIES ET HABITVS
Extracta Fideliter ab Antiquo Originali exiſtenti
in Sacrario S.^{mæ} Ecclæ Lateranenſis.



Digitized by Google

CAPVT XXIII.

In quo examinatur veritas Imaginis, quam Fratres Excalceati pro vera D. Auguſtini effigie publicant.

STupenda dicam, an ſtupida audacia, ſtolidoque, & ſeipſo in auras abeunte mendacio, iconem Diui Auguſtini peregrino prorſus, tam à Canonicorum, quàm Eremitarum habitu publicant, quam ex antiquo originali ſacrarij Eccleſiæ Lateranenſis fideliter expreſſam, & veram ſanctiſſimi Doctoris effigiem referentem, falſiſſimè mentiuntur. Quomodo enim in priuato ſacrario hanc imaginem ſic indutam tamdiu Canônici ferre potuiſſent, qui in vero Eremitano habitu, vix eam Pontificio iubente diplomate vetuſtiſſimam in maiori Templo Mediolanenſi tolerare potuerunt. Expunxiſſent ſaltem ex aperto, quem præ manibus habet, libro Regulæ, quod maiuſculis literis exaratum legitur: *Regula Eremitarum Sancti Auguſtini. Ante omnia Fratres chariſſimi, &c.* Ne in diutina lite cum Eremitis, Canonici Iuri ſuo cedere,

dere, & tam claris verbis ſententiæ contra ſe latæ ſubſcribere dicerentur. Et quomodo vera effigies eius, cui naſum, barbamque exporrigit, cui Donatiſtæ tanquam ſimo, & obtuſiori naſo, ceu caluo, pueri, Eliſæo inſultabant; & quem raſum vt coma, ſic barba tertia Synodus Carthaginenſis ab ipſo ſubſcripta, certiſſimè perſuadet? Sed quid inde Fratribus Excalceatis accedat, quid decedat Calceatis non video. Cum cuculla duplici, Superiori quidem Byrrhum Clericale referente, interiori vero Recollecti habitum materia & forma rudiore exprimente, cernatur operta; & nil ſimile Diſcalceatis Galliæ, ſalua barba & cingulo habeat. Præterea Nudipes an Calceatus fuerit, latet; ad Zonam Coriaceã hærente Sculptoris ſtylo, cæteraque corporis membra, pedeſque ſupprimente. Piguerat fortè Aquilam in terra cum Myſticis animalibus, planta pedis vituli, ingenito cornu calceati, ambulare. Vnde neſcio cuius Hyacinthi Cynthiæ vt puta lunatis Sandaliis inhiantis, poſitoque ſub pedibus Sole veritatis, vanitatis Luna impoſita capiti; elogio, Nudipedem Auguſtinum, virum ſcilicet Apoſtolicum, ſuffinxerunt his verbis: *Factus Eremita Sanctus Auguſtinus*

Apo

Apoſtolorum nudipedum pius Æmulator? planipedia, id eſt, Sandalia pedibus aptauit, iure certè: nam Apoſtolorum geſta imitaturus, vnde illorum veſtigia niſi à pedibus didiciſſet.

Pater Hyacinthus in Elogiis S. Auguſtini.

Bellè ſatis, ſi calcandæ vindemiæ res geratur, quæ pedibus nudis magis agitur, quàm manibus: & geſta Apoſtolorum, Actorum nomine à Luca conſcripta, vel vnicam Sandaliorum mentionem, & non expreſſam Caligarum in Apoſtolorum Principe Diuo Petro feciſſent; imitaturi certè Apoſtolorum geſta Doctoris *Sapientis, oculi in capite* fuere, non pedibus; vt cum imaginis ratio potius delineetur *ex occurſu faciei, quæ de homine enuntiat*, vel ex geſtu manus; vultum Apoſtolorum Euangelicum, inſpiciens Auguſtinus, in *Aquilam, leonem, bouem, hominem, quatuor animalia myſtica impetum ſpiritus, totum orbem implentis, ſequentia*, imitatione tranſiret. Quis enim Apoſtolico plenior ſpiritu, perſpicacior oculo, rugitu contra hoſtes Eccleſiæ terribilior, firmior capite, & ſubiugali ceruice humilior, conuerſatione morali humanior, extitit Auguſtino? Quid *manus dicam ſub pennis eius.* Nonnè, *& Scriba Doctus in Regno Cælorum.* Sic fecit, vt ſcripſit manu

Eccl. 2. 14.

Eccl. 19. 26.

Ezech. 1. 12.

Ezech. 1. 8.

Math. 13. 52.

Digitized by Google

Pſ. 44. 2. manu operis non ſegniter inſecuta *calamum Scribæ velociter ſcribentis* : & contemplationis volatu, & boni operis geſtu præcellens. Et ne quid deſit veritatis impletæ *Ezech. 1. 7.* figuræ *planta pedis eius quaſi planta pedis vituli* : vt ſiſſa diſcretionis vngula, eò firmius pedem in lubrico figeret, quo planta pedis vituli innato calceo munita procede- *Eph. 6. 15.* ret, *Calceatus pedes in præparationem Euangelij pacis.* Quid ergo mihi Frater Hyacinthus *Planipediam* Apoſtolorum geſta imitaturo aptat ineptè. Malim ego manus Apoſtolicas lucernis ornatas inſpexiſſe, quam pedes nudos, imò cum Tertulliano totum de Apoſtolo armari vſque ad Calceos, quam fabularum nebulis ſinceriſſimam oppugnari veritatem; Diuumque Auguſtinum grauiſſimum Doctorem, Sanctoſque Apoſtolos, poſtremi Comici *Planipedia* diffamaſſe. Sed Excalceatus vir eruditus, ſi prima verborum, & nominum rudimenta, in cæteris callidior fortè, calleret, quàm male ſonet planipedia tanto à viro *Gell lib. 16. c. 7.* diſſona, non ignoraret. Πλάνος, Græcis, Latiniſque Syrophantam, Budæo impoſtorem inſigni verſutia præditum, Eloquen- *Cicer. pro Cluent.* tiæ Principi, *improbiſſimum quæſtu iudiciario paſtum*, *lib. 1. ep.* Horatio notiſſimum ſui temporis

ris fraudum artificem ſapit; qui vt Rheda tolleretur quaſi fracto ſibi crure, vix claudus reptare ſe poſſe fingebat:ſed cum poſtea verè diſſoluta tibiæ compage, vehiculum quæreret, quo reduceretur in vrbem, fallaci prius non eſt creditum, licet poſtea veraci. Euſtatio autem Homeri interpreti Planus eſt, qui profitetur artem circulatoris etiam ſpectantium oculos faſcinantis, illudentiſque præſentibus: quales fuere Cephiſodorus, & Panthaleon, & Matreas apud Alexandrinos. Egregiam verò artem, Frater Hyacinthe, à Magiſtris, Apoſtolis doctum inducis Auguſtinum. Tu planè cum tuis Planis Excalceatis, non vni Alexandriæ, ſed toti Galliæ, & orbi impoſturas ingeris Planus. *In Odyſſ. Hom.*

Hinc Planipes, & Planipedia tua deriuata; Quid ſignificet, vel ſciſti, vel ignoraſti: ſi ſciens quid valeat Auguſtino, Apoſtoliſque blaſphemus; ſi neſciſti, & ſcripſiſti tamen, ignorantiæ craſſæ elogio, in tuomet, Iure notandus. Diomedes enim ſcribit, Planipedem μίμον Græcis eſſe. Vnde Comediæ, ſiue fabulæ ſpecies quædam Planipedia dicebatur, in qua nullo cultu actores ornati, pedibus planis, id eſt, nudis plantis, Proſcenia introirent, in hoc Tra-

Digitized by Google

gicis Cothurnatis diſſimiles, vt & Comicis, ſoccis ſaltem, ſeu Sandaliis Calceatis. Vnde ob vilitatem Actorum qui plano pede prodibant in ſcenam, & humilitatem argumenti, teſte Donato, Planipedia nomen accepit: vel denique quod non in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano Orcheſtræ, poſitis inſtrumentis mimicis actitarent. En quò tua te, vel præcipitauit ignorantia, vel mentis alienatio dementauit; vt inuitus, aut volens, te Planipedem & fabellarum ſcriptitatorem & mimum, vt minimum fateare: & quidquid tuis, vel in elogiis, vel in ſuo frater Athanaſius Candelabro, vel alius Excalceatus, in Sancto ſuo Sandalio, de Auguſtini habitu, & Planipedia actitatis id totum vel blaſphemum, vel fabuloſum, & ridiculum à Planis, & impoſtoribus impoſitum ἀπλάνῳ, ſi quis vnquam fuit, & verò poſt Nathanaelem Iſraëlitæ Auguſtino.

Porrò dum hîc video Diuum Auguſtinum in vera, quam vos effingitis, effigie, ſic delaruatum, vt cucullo adunco, & prominenti, vno contextu, ad longum & talare, ſi quid ſuſpicor, pallium defluente, veſtitum, ceu nautica Remigum veſte, peritiſſimum Eccleſiæ Gubernatorem, ad triremes

remes damnatum credidiſſem à vobis ; ſi non calamo , ſed remo manum eius ſculptor veſter armaſſet , cui tum gratius hoc de ſcriptis eius elogium affixiſſem. *Eo tempore quo diſcere cœperam vis mihi facta eſt merito peccatorum meorum* , (nam quid aliud exiſtimem neſcio,) *vt ſecundus locus gubernaculorum mihi traderetur* , *qui remum tenere non noueram. Sed arbitror Dominum meum propterea me ſic emendare voluiſſe* , *quod multorum peccata Nautarum antequam expertus eſſem,quid illic agatur quaſi doctior* , *& melior reprehendere audebam.* *Tom. 2. ep. 148. in princ.* Vtinam hoc rectore , altum meritorum eius , ſcriptorum, Regulæ, formæ , humilitatis profundiſſimæ pelagus ingreſſi ; errorum ſcopulos , frequentes vobis , præteruecti , portum veritatis felicius aliàs aſſequamini , faxit Deus , vt acus veſtra Nautica , (ſtyli acumen intelligo) meliori magnete perfricata, polo certiùs, poſt tot vertigines,hæreat ; ſic fluctuantem mentis veſtræ nauiculam ventorum regat pater , ſic claram Licaonis Arcton oculo perſpicaciori diſcernatis , vt toto cœlo non erretis. Sic denique nouos, recentes, informes catulos , maſſamque craſſam adhuc veſtræ Congregationis Excalceatæ lingua ſua eru-

Digitized by Google

ditam formet Auguſtinus, & reformet in melius: ne deterioris fortunæ pueris, vt grauioris in parentem, quàm in Prophetam iniuriæ, vrſis præda facti, Deo vindice conciſi pereatis.

Capvt XXIV.

De vero habitu fratrum Eremitarum in quo S. Auguſtinus apparuit, quem Eccleſia ipſis determinauit.

QVod præ cæteris velim exactè iudicioſum & indifferentem ponderare lectorem; cum prædeceſſor Alexandri IV. Gregorius IX. habitus Eremitani formam determinaſſet, ipſe Alexander apparitione D. Auguſtini præmonitus, vnionem generalem Eremitarum ſub vno capite & ordine Eremitano S. Auguſtini, iam inchoatam ab Innocentio IV. anno 1252. ipſe perfecit anno 1256. vbi inter cætera: *non ſit*, inquit, *Confuſio indiſcreta, nec alterius forma, importuna conſimilitudine ſpeciem prætendat alterius &c.* Et rurſum *vt de pluribus cuneis acierum, vna conſurgeret fortior ad hoſtiles ſpiritualis nequitiæ impetus conterendos.* Et

in Bullario Ord. Erem. pag. 176. Conſtit. 14. Innoc. IV.

In Bullario eodem pag. 18. Conſt 18. Alexandri IV.

Digitized by Google

Et iterum *& de communi eiuſdem capituli aſſenſu vos & domos veſtras, in vnam Ordinis obſeruantiam, & viuendi formulam vniformem redigi &c.*

Quod autem Gregorius IX. anno 1236. iam ſtatuerat de eodem habitu cum longis & protenſis manicis, deque corrigia non operta pallio, ſed omnibus apparente & veſte ſimiliter temperata, vt Calceamenta omnibus apparerent: Idem Alexander IV. poſt apparitionem Sancti Auguſtini, iiſdem omnino verbis confirmauit. *Cum ad Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri audientiam perueniſſet &c. prouidit vt priores & vniuerſi ac ſinguli fratres prædicti Ordinis Sancti Auguſtini in exterioribus veſtimentis quæ nigri vel albi debeãt eſſe coloris, &c. largas & protenſas manicas, quas ad inſtar cucullarum, & deſuper ipſa deferrent peramplas corrigias, & patenter, omnibus apparentes, quod omnes cincti deforis eas veſtibus nequaquam contegerent &c. ac expreſſè in elemoſinarum petitione cuius ſint Ordinis declarantes, adeo ſuarum veſtium longitudinem temperarẽt quod à quibuſcunque ipſorum Calceamenta liberè viderentur, &c.*

In eod. Bullario pag. 126. in Conſt. 5. Greg. IX.

In eodem Bullario pag. 21. anno 1256.

Huius porro apparitionis Sancti Auguſtini factæ Alexandro IV. plurimi authores

Digitized by Google

meminere, inter eóſque B. Iordanus de Saxonia. *B.* inquit, *Auguſtinus volens diſperſionis ſuæ Religionis Congregari, ſuccedenti ei* (prius agebat de Innocentio IV. morte præuento ante dictam vnionem completam) *in ſede Apoſtolica, ſcilicet D. Alexandro Papæ IV. in viſione apparuit, grandis quidem capite, ſed membris exilis. Ex qua viſione velut diuino Oraculo Papa commotus, vnionem per prædeceſſorem ſuum. D. Innocentium inchoatam, conſummauit. Ipſe namque fratres omnes Eremitas diuerſorum ordinum: quorum quidam Sancti Guillelmi, alij fratris Ioannis Boni, alij de Fabali, alij de Bretinis cēſebātur; alij quoque apud homines ambiguis nuncupationibus vacillabant, nec non & fratres de Pœnitentia Ieſu Chriſti, qui Saxitæ vocabantur; hos inquam omnes in vnum redegit, & Ordini Eremitarum Sancti Auguſtini,* (qui per membra illa exilia ſub magno capite exprimebatur, augendus tot diuerſorum Ordinum aggregatione) *cum perſonis & locis effectualiter concorporauit & vniuit; diſpenſans cum eis ſuper diuerſarum profeſſionum & obſeruantiarum ligamina, quibus antea in prædictis vel alijs Ordinibus obſtricti quomodolibet fuiſſent. Mandans quoque ac per Cenſuram Eccleſiaſticam eos compellendos decernēs, quatenus*

lib 1. de Cōmun. Locali Cap. 14.

Digitized by Google

tenus ſub vna Regula, vna forma, & vnius Prioris Generalis obedientia, ſecundum Regulam Sancti Auguſtini, omnes vnanimiter debeant militare. Et vt in hac Sancta Communione nulla deformitas appareret, idem Romanus Pontifex determinauit eis habitum, officium, & titulum. Quæ omnia ex antiquis priuilegiis Ordinis apparent luculenter. Hactenus B. Iordanus, vnde certiſſimè colligo D. Auguſtinum tunc apparuiſſe Pontifici in eadem veſte monachali, quam deinceps abſque diuerſitate formæ, omnes ſui Ordinis Eremitas induere præcepit, & legitimos filios tantique Patris hæredes ſtatuit in omnibus eſſe conformes.

Quod tantò ſolidius mihi, perſuadeo, quo & D. Antoninum & B. Iordanum de Saxonia, eodem ſenſu, ore, calamo, eadem mecum præſenſiſſe comperi. Sic enim in hac cauſa loquitur: *quia poſt tranſitum B. Auguſtini, fratres hinc indè fuerunt diſperſi; & tunc ſuccreuit deformitas tam in habitu quā in officio diuino, & cæteris obſeruantiis vſque ad tempus recollectionis ſeu vnionis Ordinis memorati. Et quoniam tunc inter illos fratres ſimplices dubitabatur quis eſſet verus habitus eorum; hinc eſt quod ſedes Apoſtolica aſpiciens. Ad primariam Originem Ordinis habitum*

3. parte tit. 24. Cap. 4. §. 5.

lib. 1. de Cōmun. Locali Cap. 15.

Digitized by Google

ſuperiorem eis determinauit , imo verius dudum per Sanctum Auguſtinum determinatum declarauit, ſtatuendo videlicet , quod eorumdem fratrum, Ordinis ſcilicet Eremitarum Sancti Auguſtini habitus exterior, eſſet Cuculia nigra, & nullius alterius coloris cum longis & protenſis manicis, deſuper Corrigia ampla cincta.

Et vbi in vera effigie præmiſſa longæ & protenſæ manicæ ? Vbi Corrigia patenter apparens , quæ vix ad pectus in fibula cernitur?

De habitu porro exteriori & ſuperiori nigro locuti Sancti Patres quem Eremitæ foras prodeuntes , & domi in dominicis, & feſtis ſolemnioribus, actibuſque publicis induunt, præſupponunt, interiorem tunicam, vel domeſticam & quotidianam veſtem candidam, quam inſinuant Bullæ præcitatæ Gregorij IX. & Alexandri IV.

In ſpeculo nigri & albi habitus Erem. Auguſt. cap. 15.

Nec prætereibo quod à doctiſſimo Patre magiſtro Thoma Talambellenſi didici, D. Ambroſium, *alios baptiſatos, ſolitum induere tunica alba : Auguſtinum verò ſuper illam veſtem albam indutum fuiſſe etiam veſte nigra, &c.* Vbi dictus author ſubiicit: *Eſt tamen maximè aduertendum, ſiue notandum, quod non ſine cauſa, & maxima ratione habi-*

ta,

ta, Religio noſtra Eremitana, vtroque colore ſcilicet albo, & nigro, vtitur, habens originem ab eodem D. Patre Auguſtino, qui in exordio ſalutis vtrumque ſumpſit habitum, & colorem, vt dictum eſt parum ſupra.

Quid igitur iſti peregrini alterum ab Ordine habitum introducunt, & deformitatẽ à tot ſæculis expunctam reſcribunt, & condemnatam ſchematum diuerſitatem à tot Pontificibus, poſt tam maturam deliberationem, reparant? quid cum veris habitus, & Regulæ poſſeſſoribus, ſine iure litigant? Certè quod olim contentio ſit exorta inter Canonicos Regulares & Eremitas, ſuper imaginibus Auguſtini, horum, illorumve habitu veſtitis, nihil mirum. Vterini fratres erant, eadem Regula matre, eodemque patre geniti, licet iuxta Baronij, Poſſidij ipſiuſque Auguſtini expreſſa teſtimonia, primogenitura indubiè competat Eremitis. Neutri poſthumi, neutri abortiui, neutri ſpurij; omnes legitimi, parenti piiſſimo pacificè conuixere. Et quam litem etiam ſub anathemate ſuſpenderat Sixtus IV. anno 1484. ſtrictè prohibens altercationes de habitu, & pictura inter dictos fratres, ſuper D. Auguſtino fieri: Iam fratres diſcalceati omninò extranei ſuſcitant. Sciant tamen

In Bul. Erem. p.321 Conſt. 2. Sixt. IV.

Raphao

Raphaelem. S. Georgij ad Velum aureum S. R. E. Diaconum Cardinalem declaraſſe oraculum viuæ vocis ab eodem Sixto IV. emanatum, quo *declarauit prohibitionem præfatam non extendi ad affirmantes de Inſtitutione habitus prædictorum fratrum Eremitarum; nec de eiuſdem habitus eiſdem, & ordini prædicto per eumdem B. Auguſtinum conceſſione; ac quod eodem habitu Eremitarum prædictorum ipſe B. Auguſtinus indutus, & vſus fuerit, & quod cum ipſo eodem habitu per eoſdem fratres Ordinis Eremitarum depingi, fiat, aut depingatur: & quod poſſint publicè, & priuatè reſpondere, & ſe deffendere in iudicio & extra iudicium, & quod libri ac tractatus per eoſdem fratres Ordinis Eremitarum, & pro eorum parte, & defenſione contra eoſdem Canonicos Regulares, & eorum libros, & tractatus, & quorumcunque aliorum pro his hactenus ſuper hac materia confecti & publicati, in ſuo etiam robore permaneant, ac liberè ſcribi, vendi, retineri, & vti, ac largiri per eoſdem fratres Ordinis Eremitarum poſſint.* Ita fideliter de verbo ad verbum ex literis originalibus Raphaelis Cardinalis, quæ aſſeruantur Romæ in Archiuio Ordinis numero tertio.

In Bullario Erem p. 324. cõſt. viua vocis oraculo.

Ac ne quis in poſterum de habitus Auguſtini

guſtini, & Eremitarum eius veritate dubitet, quam ipſe D. Auguſtinus litem compoſuit autentica apparitione paucis attingam. Cum quidam Canonici Regulares apud D. Bartholomæum Mantuæ, ægrè ferrent quod D. Franciſcus Marchio Mantuanus Ligurienſibus bello ſubactis ope diui Auguſtini eumdem Auguſtinum in Eremitano habitu depingi curaſſet, inſtituiſſetque quotannis feſtum eius ſolemniter celebrari, & proceſſionem fieri, & pallium 25. Ducatorum maiori Miſſæ offerri; ſculpto etiam ad rei memoriam in Conuentu Mantuano Eremitarum Epigrammate; humaniſſimus atque Religioſiſſimus Marchio Canonicis zelo commotis, quod ad Eremitas potius quàm ad ſuos diuertiſſet; his, *inquit*, Patribus Eremitis hęc potius quàm vobis largior munera, quia ipſi D. Auguſtini filij: ſuo enim habitu, non veſtro, bis mihi Auguſtinus dum victoriam tribuit die feſtiuitatis ſuæ, apparuit. *Ioſeph. Pamph. in chron. pag. 69. Aſtenſis Longob. Paulus Bergom. in Apol*

Tu verò frater Excalceate ex mera Principis, Pontificis dico voluntate adoptatus, non ante Clementem exortus, *quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti:* *Ioan 8. 57.* & Auguſtino primiſque ac veris eius filiis coæuus extitiſti? veritas certè vna & ſim-

plex,

plex, pictis, ſcriptiſque mendaciis tuis fortior perſeuerat, quidquid in contrarium, & bullæ tuæ ſubreptitiæ, & imagines fictitiæ obloquantur. Ades dum paucis, huc mentis reflecte aciem; ſi tamen, ad tantæ Calceatorum gloriæ fulgur non hebeſcit: nec enim benè annuentem conniuere te ſuſpicor. Dic, rogo, ſi tua excalceata Congregatio vix hodiè plenè quinquagenaria, tam claræ bellicoſiſſimi & gratiſſimi Mantuæ Marchionis victoriæ contemporanea coëxtitiſſet; quo zelo, qua æmulatione ne dicam inuidia in calceatos Eremitas exar-
Cãt.8.6. ſiſſet? An non *dura ſicut infernus æmulatio, & lampades eius lampades ignis atque flammarum*? Aurum ſanè omne Candelabri fratris Athanaſij ſolutum in liquidum, *ſicut fluit cera à facie ignis*, ſic defluxiſſet in ſolidum. Quæ tum illi confuſio de pallio gloriæ, tot ducatorum, quotannis Auguſtino Patri apud fratres Calceatos oblato, quæ de palliolo ſordido, puluere multo vanitatis quem colligit, magis, quàm luto ciuitatis, quod inconcinnè præciſum non excipit? quid illi tum conſilij, cum anniuerſaria feſtiuitatis & victoriæ die, vidiſſet vna cum clero & populo, cum optimatibus Mantuanis, nobiliſſimum virum Auguſtino gratulantem

lantem, in calceatorum Eccleſia, ad imaginem Auguſtini calceatam, & cæteris Eremiticæ veſtis inſignibus indutam, erectam in perpetuum partæ victoriæ monimentum, aduolui? nunquid longè grauiori queſtu, quàm Canonici Lateranenſes, cum Michæa, frater Athanaſius cum ſuis exclamaſſet, *ſuper hoc plangam & vlulabo: vadam ſpoliatus & nudus, faciam planctum velut draconum, & luctũ quaſi Struthionũ. Quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſq; ad, &c.* Id eſt inuita confitetur ſe hic eſſe confuſam. *Tigris periit eo quod non haberet prædam.* dixiſſet fortè in ipſum Marchionem inſurgens querulus; *occurram eis quaſi vrſa raptis catulis:* ſuis precibus, & meritis obtentam præſumens de Liguríenſibus victoriam, ſicut Regis Chriſtianiſſimi, iiſdem ſolis, conceptum imputauit, toto foro conclamans, toto triuio. Sed qui gemina apparitione confirmatus, formam habitus ſancti Auguſtini, veris Eremitis calceatis ſimiliimam oculo perſpicaci, curioſus & deuotus inſpector vigilanter aduerterat, non ſtrictas manicas, ſed largas & protenſas, non decurtatum pallium, non bipedale capucium, non Sandalia veſtra, nil inquam penitus in Auguſtini viſionę vobis ſimile diiudi

Mich. c 1.8.

Iob. 4. 11.

Oſea. 13. 8.

diiudicans, non aliter quam Canonicis Lateranenſibus reſpondiſſet. *His Patribus Eremitis calceatis, hæc potius quàm vobis largior munera; quia ipſi Diui Auguſtini ſunt filij. ſuo enim habitu, non veſtro, bis mihi Auguſtinus, dum victoriam tribuit, die feſtiuitatis ſuæ apparuit.*

Capvt XXV.

In quo concluditur Fratres Excalceatos cauſa cadere, potiuſque Capucinos, quàm Ordinis Auguſtiniani Eremitas Reformatos dici debere.

HVc oculos Lector, huc mentem aduoca, & quam è tribus litteris, in vrnam miſeris, Iudex attende. Romanis, ac Græcis in more poſitum, ex Pierio legimus, vt quoties de abſolutione, condemnatione rei, aut negotij comperendinatione ageretur, littera A, abſoluendi; C, condemnandi; N, L, id eſt, *non liquet*, protrahendæ litis, & cauſæ acrius inueſtigandæ nota fieret. Neque verò à te lector expeto moras: Sole enim meridiano *clarius liquet*, quem è duobus abſoluere, quemve condem

Lib. 17. c. 23.

demnare debeas ; Cum è 60. & amplius Ordinibus, qui Auguſtini Militiæ, & Regulæ dedere nomen, vel vnum aduertere non liceat (ſi Fratres Excalceatos excipias) nudis pedibus incedentem, imò verò qui eos à ſummo capite ad calces extremos inſpiciat, in habitu, Conſtitutionibus, omni denique viuendi genere, & forma litteram C, id eſt, Capucini videbit impreſſam. At enim qui Fratres quatuor Communitatum Galliæ, intus & foris aſpiciat, in pedibus, capite, corpore, Conſtitutionibus, Votis, Habitu, Regula, indelebili Charactere litteram A, id eſt, Auguſtiniani ſculptam inueniet. Atque hinc concludo tuo, (Lector beneuole) ſubſcribens Symbolo, mittendum in vrnam C, voce vnanimi condemnando falſitatem eorum, qui vt ſibi nomen Reformatorum arrogent, pedum nuditatem Auguſtino affingunt ; & Fratres Communitatum abſoluendo à crimine quòd ipſis auſu temerario dicti Fratres obiiciunt, quaſi ab habitu, Regula, Auguſtini denique moribus, alienis. Abſit vt malo animo, & aliqua paſſione, vel prauo affectu commoto quippiam loquar. Cùm eos Summus Pontifex ſub Auguſtini nomine viuere ferat, & fero : ſed cùm nil penitus

tus de primo eius, & Fratrum ipſius habitu retinere voluerint, dicerem libenter ni communi cum reliquis Zona pellicea cingerentur.

Ibit eò quo vult, qui Zonam perdidit,
& *Barbam quidem & pallium video,*
Verum Auguſtinianum non video,

CAPVT XXVI.

In quo hortatur Scriptor Fratres Excalceatos, ad reſumendos calceos, vt ſe melius exemplo Auguſtini, & legitimorum eius Eremitarum conforment.

LOngè quidem ſemper abſui ab eorum calumniis, qui vos filio prodigo, Patris ſubſtantiam diſſipanti contulerunt; morum enim veſtrorum puritas, vitæ veſtræ ſanctitas, cultus exterioris auſteritas, vos ab
Pſal.119 4. huiuſmodi *Carbonibus deſolatoriis*, attraque fuligine dealbāt. Quapropter relicto huius parabolæ capite, ſolos vobis prodigi pedes, & ſtolam aptare non pigeat, quam paterfamilias diſſuto, ac nudipedi filio proferri
Luc. 15. 22. mandauit, *Citò proferte ſtolam primam, & in*

induite, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius. Vbi Lyranus, per calceamenta, prædeceſſorum exempla intelligit. Et Chryſoſtomus notat prodigum calceamenta reſumere, vt *viam corrigat adoleſcentior*, armet pedes, greſſum firmet, & Euangelico calceo impolluta ſeruet à mundi luto veſtigia, *immaculatus denique ambulet in lege Domini.* Quibus accinit Ambroſius, *Sumamus*, inquit, *Euangelicum calceamentum, quo venenum ſerpentis excluditur, morſus eius hebetatur.* Agite Fratres cum Hebræis à ſeruili Ægypti conditione erepti, non modo, *Renes accingite, ſed, & calceamenta in pedibus habete*, Neſcitis, quod Iſaïas de Chriſto myſticè eiuſque imitatore Auguſtino loquitur: *Non ſoluetur cingulum renum eius, neque rumpetur corrigia calceamenti eius.* Ad hæc, quid vobis Hieronymus ſcripſerit attendite, cùm hæc Dei ad Synagogam verba perpendit, *Calceaui te Hyacintho, hæc ſunt*, inquit, *calceamenta de quibus Apoſtolus, calceati pedes in præparationem Euangelij:* & ibidem, *Facturis Paſcha præcipitur, vt abſque vlla coloris varietate accinctis lumbis, & pedibus calceati ſint.* Non ſecus Apoſtolus calceamenta iunxit cingulo, *ſuccincti*, inquit, *lum-*

Pſalm. 118. 9.
Pſalm. 118. 1.
Lib. de fuga ſæculi, c. 7.
Exod. 12. 11.
Cap. 5. 27.
Tom. 4. lib. 4. in cap. 16. Ezech.
Ad Epheſ. 6.

Digitized by Google

bos veſtros in veritate, calceati pedes, &c. Vnde ergo vobis tanta habitus varietas? ſi lumbos cingitis, eos in veritate Auguſtiniani habitus, primoque patris inſtituto cingite, pedes ſimiliter calceate, paſcha facturi, illud abſque varietate coloris ſumite. *Corona tua*, inquit, *circumligata ſit tibi & calceamenta in pedibus tuis.* Pro corona, teſte Hieronymo, Decalogum in membranis inſcriptum, capiti circumponebant Hebræi, cum tyrannica Babylonis captiuitate premerentur. Quòd verò vobis diadema gloriæ, Quam vt magni Auguſtini Regulam veſtro capiti imponatis. Hæc vobis pacem, hæc concordiam, hæc communitatem, vndique commendat. *Indumenta*, inquit, *& calceamenta, quando indigentibus fuerint neceſſaria dare, non differant ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur. Lites, aut nullas habeatis, &c.* Et ibidem, *Non ſit notabilis habitus veſter, neque affectetis veſtibus placere, ſed moribus.* Porrò in ſecunda huius opuſculi parte videbitis, per calceamenta, ipſum non Sandalia, ſed calceos intelligere propriè dictos, cum ſibi ipſi interroganti reſpondebit, *Calceamenta quid ſunt? nobis tegmina pedum ſunt*, vt quid ergo capiti veſtro coronam? vt quid pedibus

Ezech. c. 24. 17.

Tom. 4. lib. 7 in Ezech.

Reg. c. 7.

cal

calceamenta detrahitis? etiam *puluerem pedum excutite*, ne qui *Idolorum corda lingit*, qui allambit puluerem, qui *terram comedit*, qui *calcaneo mulieris parat inſidias*, *qui calcaneũ obſeruat*, nudum vobis talũ admordeat. Quanto modeſtius calceatis pedibus, *talari tunica*, *veſte Poderis*, internæ virtuti tutum præberetis vmbraculum. Enimverò ſi ſub Auguſtini Regula, & nomine viuere gloriamini, nunquid in eo perfectionis, humilitatis, & charitatis, virtutum omnium exempla propoſita melius foret, ac tutius imitari, quàm adſcitam aliundè paupertatem, mentito & mendicato habitu profiteri; tantò ſolidiori merito, & grauiori mercedis pondere, quo *lateret intrinſecus*, ſicut *omnis gloria filiæ Regis ab intus eſt?* Quod ſi rigidioris habitus, & maioris pœnitentiæ, & mortificationis amor, virtutibus internis veſtri animi in lance præponderat; nomen prorſus Auguſtini abiicite, ad Capucinos prorſus tranſite, ſoluta corrigia, funem accingite, mutato colore, abſque alia ceremonia eritis Capucini. Neque hic mihi Diui Fulgentij exemplum adducite, qui pedum nuditate ſingulare fuit paupertatis, & mortificationis exemplar; neque enim ideò Excalceato-

Luc. 9. 5. *Baruch* 6. 19. *Geneſ.* 3. 14. & 15. *Pſ.* 55. 6. *Gen.* 37. 23. *Sap.* 18. 24. *Cant.* 4. 3. *Pſal.* 44. 14.

Digitized by Google

rum inuexit Ordinem, neque odioſum, famoſum, fumoſumque Reformatoris Ordinis nomen aſſumpſit, *Sit ergo vobis*, inquit Auguſtinus, *Obedientia, non ſubrepat ſuperba duritia.* Et ibidem, *Quod ſimul accepimus, cuſtodiamus, quomodo charitate flagremus, inuicem diligamus.* Et primo cap. Regulæ, *ſit vobis anima & cor vnum in Deo, & non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia*, vobis verò quid cum Auguſtino, eiuſque legitimis Eremitis commune? habitum proprium, nudum pedem, promiſſam barbam, ſtrictas manicas, pallium breue, Conſtitutiones alienas, omnia denique à communi Eremitarum Sancti Auguſtini vita diuerſa arguimus. Atque vtinam quòd primum vobis, & ante omnia commendatur, *Anima vna, & cor vnum ſit in Deo*, nec tanta morum diuerſitas vllam inter vos animorum diuiſionem interſerat. Ac ne quis in dubium vocet, quæ tota hac parte prima de Bulla Diſcalceatorum diſcuſſimus, tam eius, quàm cenſuræ eiuſdem per Illuſtriſſimum D. Marium Theodolum latæ tranſumptum fideliter ex Originali de verbo ad verbum in fine huius partis adſcribendam in plenam Lectoris inſtructionem, curauimus.

Serm. 42 de Sanctis.

BVLLA

BVLLA;

FF. Eremitarum Diſcalceatorum Statuta confirmans,

Quam Illuſtriſſimus D. Marius Theodolus Iudex & Cenſor Apoſtolicus ſubreptitiam & obreptitiam iuridicè declarauit.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DIVINÆ *Maieſtatis prouidentia ad ſummi Apoſtolatus faſtigium euecti ſuper vniuerſos orbis regulares Ordines, & in eis voto Religionis adſtrictos noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum ad ea per quæ regularis vitæ inſtitutio olim à Sanctis viris piè & religioſè inuenta, & conſtituta temporum lapſu ſeſe remittente Religioſorum deuotione relaxata, & aliquatenus deformata reſtrictionē & reformationem ſuſcipiat, & in priſtinum refloreſcat ſtatum propenſis ſtudiis intendimus, & quæ pro illorum fœlici ſtatu & directione facta fuiſſe ſolerti indagine*

comperimus, vt firma & illibata perdurent Apoſtolico præſidio fauorabiliter communimus, & aliàs deſuper diſponimus prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire; exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Hyacinthi à Sancta Margarita, Procuratoris Generalis in Romana Curia fratrum Eremitarum Reformatorum Diſcalceatorum nuncupatorum, Ordinis Sancti Auguſtini, Congregationis Galliarum; & viſitatoris Generalis eiuſdem Congregationis. Petitio continebat, quod dicta Congregatio quæ in prouincias antea diſtincta non erat, diuerſas litteras Apoſtolicas obtinuit, vnas videlicet pro eius Confirmatione, & in ſuo huiuſmodi ſtatu, directione, & manutentione datas Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem die 21. Iulij anno Domini 1628. Creſcente vero eius fratris, & Conuentuum in pluribus Galliæ partibus numero per alias litteras datas die 28. Martij anno eiuſdem Domini 1635. in tres Prouincias diuiſa fuit, & in ea capitula Prouincialia & per conſequens aliud gubernij genus Apoſtolica authoritate ſtatuta & ordinata fuerunt, vnde cum dicti fratres eorum ſtatuta & Conſtitutiones ad noui huiuſmodi ſtabilimenti formam reducere cogerentur licentiam antiqua eorum ſtatuta & Ordinationes, nec non Ceremoniale

Digitized by Google

moniale ad meliorem formam reducendi per alias noſtras litteras datas die XXVII. Aprilis anno eiuſdem Domini 1637. obtinuerunt, prout in litteris præfatis in ſimili forma Breuis expeditis plenius continetur. Cuius licentiæ vigore multa in præfatis litteris & aliis hic non expreſſis contenta nouo huiuſmodi viuendi generi, & ſtabilimento non conuenientia mutare & alia iam excecutioni mandata, aut pro tunc inutilia intermittere, cætera vero & neceſſaria ex illis deprompta hic ſuo loco inſerere coacti fuerūt, & illa incapitula & paragraphos diſtincta in hanc completam formam redegerunt. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, dicta Congregatio plurimum cupiat, conſtitutiones, & ſtatuta præinſerta pro illorum firmiore ſubſiſtentia, & obſeruatione inuiolabili noſtro & ſedis Apoſtolicæ munimine roborari. Nobis propterea pro parte dicti Hyacinthi fuit humiliter ſupplicatum quatenus conſtitutionibus & ſtatutis præfatis robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere at aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui vt ordo Eccleſiaſticus Regulari obſeruantia, vita Sanctimonia & virtutum claritate noſtris potiſſimum temporibus adeò præfulgeat, vt cum Chriſti fideles ſæculares eorum

Digitized by Google

exemplari vita illuminati per viam ſalutis in hoc ſæculo gradientes ad cæleſtia regna mereantur peruenire: Supremis exoptamus affectibus eundem Hyacinthum & dicta Congregationis ſingulas perſonas à quibuſuis excommunicationis, Suſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis ſiquibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi Supplicationibus inclinati ex voto Congregationis Venerabiliũ fratrum noſtrorum. S. R. E. Cardinalium negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum cui conſtitutiones & ſtatuta ſupradicta examinanda commiſeramus, Statuta Conſtitutiones, Ordinationes, decreta, & Capitula præinſerta nouiſsimè vt præfertur edita, & condita præuia antiquorum ſtatutorum ac omnium & ſingulorum contentorum in eiſdem & litteris Apoſtolicis præfatis die ſcilicet XXI. Iulij anno 1628. apud Sanctã Mariam Maiorem & die XXVIII. Martij anno 1635. aliiſque omnibus & ſingulis ſi quæ ſint præinſertis contrarium, cæteris in ſuo robore permanſuris reſciſione & abrogatione Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuo approbamus

probamus & confirmamus, ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, & ſingulos tam iuris quam facti, & ſolemnitatum ac alios quantumuis ſubſtantiales defectus ſi qui forſan in eiſdem ſtatutis quomodolibet interuenerint in eiſdem ſupplemus, illáque ſemper & perpetuo valida & efficacia fore & eſſe, ſuóſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, & ab eiuſdem Regularis Congregationis fratribus Vicario Generali aliíſque ſuperioribus ac eiuſdem ſingulis Religioſis etiamſi ab eorum profeſſione aliqua ex primis ſtatutis immutata, aut ad ſtrictiorem vitæ obſeruantiam redacta ſint, omnibúſque aliis & ſingulis quorum intereſt, intererit aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſub pœnis in eis contentis ad vnguem obſeruari & adimpleri debere & ſuper illorum omniúmque & ſingulorum in eis contentorum obſeruatione à quoquam quauis auctoritate fungente quouis prætextu, occaſione, vel cauſa moleſtari, inquietari ſeu quoquo modo perturbari nequaquam poſſe nec ab illis vllo vnquam tempore quouis prætextu aut alia quauis cauſa quantumuis iuridica reſcidi ſeu reſiliri poſſe. Imo fratres dictæ Regularitatis ad plenariam eorundem Conſtitutionum obſeruantiam cogi, & compelli poſſe ſub pœnis & Cenſuris Eccleſiaſticis,

Digitized by Google

ſticis, aliiſque in Conſtitutionibus prædictis contentis pœnis ipſáque inconſulta ſede Apoſtolica nunquam abrogari vel reſcindi minúſque illis per quoſcunque Romanos Pontifices, aut eiuſdem Sedis etiam de latere legatos & nuntios, ac etiam motu proprio & ex certa ſua deque Apoſtolicæ ſedis plenitudine ſeu cuiuſuis intuitu & contemplatione derogari nec derogatum cenſeri poſſe nec debere niſi in litteris deſuper conficiendis de capitulo & paragrapho cui derogabitur ac data eorumdem præſentium ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio acta ſit & aliter factas derogationes & inde ſecuta quæcunque nulla inualida nulliúſque roboris vel momenti fore & eſſe ac pro nullis haberi & cenſeri debere authoritate præfata decernimus. Præterea ne quis in Galliis habitum in materia & forma ſimilem ita ut ex præfatis fratribus Diſcalceatis exiſtimari poſſit niſi præfatæ Congregationis Regularis membrum actualiter geſtare ſiue nomen Diſcalceatorum Reformatorum Sancti Auguſtini ſibi arrogare aut prædictam Congregationem eſſe Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini verbo vel ſcripto temerè negare audeat ſeu præſumat ſub excommunicationis pœna authoritate eadem interdicimus & prohibemus. Denique quod ipſi fratres imagines

Sanctorum

Digitized by Google

Sanctorum Auguſtini, Nicolai de Tolentino & aliorum eiuſdem Ordinis in habitu reformationis Diſcalceatorum ad decorem & vſum in Eccleſiis, Clauſtris, aut alibi decenter, honeſtè ac piè depictas aut impreſſas conſeruare ac in poſterum imprimere ac depingere religiosè ſecundum Eccleſiæ & aliorum Ordinum reformatorum laudabilem conſuetudinem liberè & licitè valeant licentiam & facultatem dicta authoritate impartimur. Decernentes eaſdem præſentes de ſubreptionis vel obreptionis ſiue nullitatis vitio aut intentionis noſtræ vel alio quocunque defectu notari, impugnari, inualidari, ſeu in ius vel controuerſiam reuocari, aut aliàs quomodolibet infringi, ſiue retractari, ſuſpendi, limitari ſeu aliàs in contrarium diſponi, vel Ordinari nunquam poſſe, ſed illas ac omnia & ſingula in eis contenta quæcunque ſemper & in perpetuum valida, firma & efficacia exiſtere & fore ſuóſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque & non aliter per quoſcunque iudices Ordinarios, & delegatos quauis authoritate fungentes etiam cauſarum noſtri Palatij Apoſtolici auditores ac eiuſdem. S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, & dictæ ſedis nuntios iudicari, & definiri debere nec non irritum & inane quiquid

ſecus

ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari nonobſtantibus litteris noſtris prædictis quæ Incipiunt, Ex iniunctis nobis Apoſtolici muneris debito Sacrarum Religionum in Eccleſia Dei piè Sanctéque inſtitutarum proſperum ſtatum, fœlicémque directionem ſinceris deſiderantes affectibus: hiſque propterea prouidè facta fuiſſe dicuntur vt firma, perpetua, & illibata perſiſtant, libenter cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis adiicimus firmitatem aliáſque deſuper eiuſdem muneris partes interponimus, &c. prout in dictis literis plenius continetur ſub datum videlicet Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo piſcatoris die 21. Iulij anni 1628. Pontificatus noſtri anno V. Illis etiam iteratis vicibus, innouatis, approbatis & confirmatis, aliiſque præmiſsis, ac quibuſuè alijs noſtris Apoſtolicis nec non in Synodalibus, Prouincialibúſque & vniuerſalibus conciliis editis ſpecialibus vel Generalibus Conſtitutionibus & Ordinationibus atque regularis Congregationis & Ordinis etiam huiuſmodi iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate aliàs roboratis, ſtatutis, & Conſuetudinibus, priuilegiis quoque & indultis, & litteris Apoſtolicis illis & Ordinis huiuſmodi Priori Generali dictæ-

que

Digitized by Google

que Congregationis Regularis Vicario Generali aliiſque illius Superioribus & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & formis in genere vel ſpecie aut aliàs quomodolibet etiam per viam Concordiæ inter prædictum Generalem & Congregationẽ huiuſmodi conceſſis approbatis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis etiamſi de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum & non per Clauſulas Generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permãſuris hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè plenitudinis poteſtate derogamus cæteriſque contrariis quibuſcunque. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis ſiue dilectis eorũ filiis Officialibus ac aliis quibuſuis locorum Ordinariis per Gallias vniuerſas ſub quorum diœceſibus domus Regulares Congregationis huiuſmodi ſitæ exſtiterint per præſentes committimus & mandamus, quatenus quilibet illorum in ſua diœceſi vbi domus regulares huiuſmodi fue-

rint

rint per ſe vel per alium ſeu alios præſentes noſtras litteras ac præinſerta & in eis contenta quæcunque, vbi, quando opus fuerit videlicet quoties pro parte Generalis Vicarij procuratorum & aßiſtentium Generalium Congregationis huiuſmodi, ſeu alicuius ex eis aut alterius eiuſdem Congregationis per diffinitorium Generale electi & deputati fuerint requiſiti ſolemniter publicantes eiſque in præmißis efficacis deffenſionis præſidio aßiſtentes faciant dicta auctoritate noſtra præmiſſa omnia ab omnibus & ſingulis ad quos ſpectat & in futurum quomodolibet ſpectabit firmiter & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri non permittẽtes illos deſuper à quoquã quauis authoritate quomodolibet, moleſtari perturbari & inquietari contradictores & rebelles quoſlibet per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas aliáque iuris opportuna & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceßibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus, ſeruata forma Concilij Tridentini, declarandi, aggrauandi & reaggrauandi inuocato etiam ſi ad hoc opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreßis ſeu typis excußis manu alicuius Notarij Publici

ſubſcri

Digitized by Google

ſubſcriptis, & ſigillo Procuratoris, aut Vicarij Generalis dictæ Congregationis, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die decima nona Auguſti, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimoprimo, Pontificatus noſtri decimo nono.

FAUSTINVS RENTIVS.

N. RAYNERIVS.

Loco ✝ Annuli Piſcatoris.

DECLA

Digitized by Google

DECLARATIO D. MARII THEODOLI,

Super Bullam Diſcalceatorum ſubreptitiam, & obreptitiam.

MARIVS THEODOLVS *Protonotarius Apoſtolicus, vtriuſque ſignaturæ ſanctiſsimi D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac litterarum Apoſtolicarum quarumcumque vniuerſalis, & merus executor ab eodem ſanctiſsimo Domino noſtro Papa ſpecialiter electus, & deputatus. Vniuerſis, & ſingulis D. D. D. D. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cãtoribus, Theſaurariis, Sacriſtis tã Cathedraliũ, quàm Collegiatarum Eccleſiarũ Canonicis, Parrochialiumque Rectoribus, Plebanis, Vice-plebanis, Cappellanis, Curatis & non Curatis, cæteriſque Presbyteris, & Clericis. Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque illique, vel illis ad quem, vel ad quos præſen-*

tes

tes peruenerint, aut aliàs quomodolibet præſentabuntur, Salutem in Domino. Et noſtris huiuſmodi imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis coram nobis pro parte, & ad inſtantiam admodum Reuerendi Patris Magiſtri Fratris Ægidij Conſonij totius Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Procuratoris Generalis Principalis inſtantiæ comparitum expoſitumque fuiſſe, quod licet à pluribus Pontificibus, & præſertim à fælicis recordationis Paulo II. Sixto IV. Iulio II. Leone X. Sanctiſſimo Domino Noſtro Vrbano Papa VIII. Per plures literas in forma Breuis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſum, mandatum, ſtatutum, & ordinatum fuerit. Ne Fratres de Obſeruantia, ſeu reformati eiuſdem, vel alterius Ordinis quocunque nomine cenſeantur ſub quouis titulo, vel prætextu etiam reformationis, curæ, vel cuſtodiæ poſſint impetrare, occupare, vexare, tentare, aut etiam ſponte oblata, & conceſſa recipere, vel acceptare Monaſteria, Conuentus, domos, & loca, quæ à Fratribus Conuentualibus dicti Ordinis poſſidentur, & inhabitantur, vel poſſeſſiones, & aliàs quaſcumque res ad illa pertinentes ſub pœna excommunicationis ſanctæ Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ, niſi id fiat cum expreſſo conſenſu in

Digitized by Google

ſcriptis Reuerendiſſimi Patris Prioris, Generalis eiuſdem Ordinis pro tempore exiſtentis: & inſuper declaratum, & ſtatutum fuerit, quod quidquid in contrarium præmiſſorum, aut in præteritum, aut in futurum tentatum, impetratum, vel conceſſum fuerit, etiam à Sede Apoſtolica, niſi eiuſdem Reuerendiſſimi Patris Prioris Generalis expreſſè, & Canonicè ſcriptus appareat conſenſus, totum illud ſit caſſum, irritum, & inane, nullum omninò robur obtineat, nulliuſque momenti, & pro infecto habeatur niſi prædictis literis eorumdem Summorum Pontificum, non per Generales clauſulas, ſed de verbo ad verbum Ordine conſentiente derogatum fuerit prout conſtare dixit ex præfatis literis in forma Breuis, quas produxit. Nihilominus nouiſſimè inſurgere, Venerabiles Fratres Reformatos, Diſcalceatos Congregationis Galliæ, eiuſdem Ordinis in executione præſentium nominandos, & cognominandos, qui ſuffulti, (vt aiunt) quibuſdam aſſertis literis Apoſtolicis, contra formam, tenorem, & diſpoſitionem præinſertorum Breuium nimirum, abſque conſenſu in ſcriptis Reuerendiſſimi Patris Prioris Generalis, atque adeò ſubreptitiè, & obreptitiè impetratis nulliuſque roboris, vel momenti, necnon ſub prætextu quòd vocati, inuitati, aut

miſſi

miſſi fuerint ad reformandum, vel cum aliquibus Fratribus Conuentualibus Priori Generali inferioribus concordias, tranſactiones, aut alios quoſcumque contractus inierint; Iactauerunt, & iactant ſe velle abſque præfato conſenſu Prioris Generalis; imò ipſo inuito, occupare, recipere, acceptare nonnulla Monaſteria, Conuentus, domos, & loca quæ à Fratribus Conuentualibus poſſideri, & inhabitari ſolent, & ſemper poſſeſſa, & habitata fuerunt: fortaſſiſque de facto occupauerunt, receperunt, & acceptauerunt in ſpretum, & contemptum præinſertorum Breuium Apoſtolicorum, & in graue damnum euidenſque præiudicium dictorum Fratrum Conuentualium; Proinde ad nos recurſum habitum, poſtulatumque fuiſſe quatenus ſibi in præmiſſis de opportuno Iuris remedio prouidere dignaremur, Nos itaque Marius Theodolus, Auditor, Iudexque præfatus attendentes petitionem huiuſmodi fore iuſtam, rationique conſonam, quodque iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus; vobis omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & veſtrum cuilibet inſolidum committimus; & in virtute ſanctæ Obedientiæ, mandamus quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquàm vigore præſentium fueritis requiſiti, aut aliquis veſtrum fuerit requiſi-

Digitized by Google

tus: moneatis, & requiratis, primò, ſecundò, & tertiò peremptoriè prout nos monemus, & requirimus per præſentes omnes, & ſingulos in executione præſentium nominandos, cognominandos quatenus infra ſex dierum ſpatiũ quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio vltimo, & peremptorio termino, & Canonica monitione aſsignetis prout nos aſsignamus eiſdem per præſentes ſub mille ducatorum auri de Camera, locis piis arbitrio noſtro applicandis, & pro illis mitti exui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, ſiue interdicti, alÿſque Eccleſiaſticis ſententÿs, cenſuris, & pœnis debeant, & ipſorum quilibet debeat realiter, & cum effectu ſupradictas præinſertas Apoſtolicas literas, & contenta in eis quæcumque attendiſſe, obſeruaſſe, debitéque executioni, & effectui demandaſſe in omnibus, & per omnia prout in eis habetur, & continetur attendique obſeruari, & debitè executioni demandari feciſſe, & curaſſe, & pro vero & reali executionis huiuſmodi effectu ab omnibus, & ſingulis præmiſsis iactationibus, moleſtationibus, & impedimentis in ea, & ſuper præmiſsis illorumque cauſa & occaſione illatis, datis, factis, & præſtitis, aut inferri comminatis, dandiſque, & inferre in futurum; ceſſaſſe, reticuiſſe.

Digitized by Google

tuiſſe, deſtitiſſe, & ſe abſtinuiſſe, ceſſarique, deſiſti, & abſtineri feciſſe, & curaſſe, dictaſque moleſtias, & cæteras inſtantias contrarias nullas, & nulla de facto facta illata, & præſumpta declaraſſe, ſibique perpetuum ſilentium impoſuiſſe. Imò verò Monaſteria, domoſq; & loca ſi qua occupauerint, receperint, & acceptauerint dimiſiſſe, relaxaſſe, & reſtituiſſe, ac reſtitui, dimitti, & relaxari curaſſe, ſeque ad hæc & alia omnia in proceſſu, cauſa, & cauſarum huiuſmodi, tam principaliter, quàm incidenter coniunctim, ſeparatim, & in ſolidum ante & poſt litem conteſtatam deducenda, & oſtendenda omnibus viis, ac iuris, & facti remediis neceſſariis, & opportunis, adſtringi, arctari, cogi, & compelli, & mandatum de obſeruantia, ac aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari vidiſſe, & audiuiſſe, expenſaſque refeciſſe, & præſentibus omninò paruiſſe. Alioquin eoſdem ſic monitos, & monendos ſi in præmiſſis ſe ſe fore grauatos ſenſerint peremptoriè citetis, & citare curetis, provt nos citamus per præſentes quatenus ſexageſima die poſt præſentium executionem ſi illa iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica hanc immediatè ſequente compareant Romæ in iudicio legitimo coram Nobis, ſiue noſtro in ciui-

libus literarum Referendario cauſam eorum grauaminis allegaturi, & iuſtitiæ complementum conſecuturi Certificantes (abſolutionem) in quorum omnium, & ſingulorum Fidem. Datum Romæ ex ædibus noſtris, anno Domini 1643. *Indictione* II. *die verò* I. *menſis Aprilis. Sedente Sanctiſſimo in Chriſto Patre & D.N. Domino Vrbano Diuina prouidentia Papa VIII. anno eius* 20. *in forma Breuis, quam de iis.*

PAVLVS CALALLECTVS,
cum Parafo.

ADRIANVS GALLVS, *Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Not.*

Locus † ſigilli.

Digitized by Google

SECVNDA PARS APOLOGETICI

Pro Sancto Auguſtino eiuſquè legitimis Eremitis.

Contra eos qui eum fingunt, & pingunt Excalceatum.

PROLOGVS.

Ad Reuerendos Patres Excalceatos cuiuſcumque Ordinis.

QVONIAM ſtamus à partibus Auguſtini, quem ſecunda Pars huius Apologetici Chriſti Domini veſtigiis inhærentem inducit; ne fortè quiſpiam ex Diſcalceatorum Ordinibus excurrens hunc librum, in aliquem impingat offenſionis lapidem, neve nos, aliquis, nudis inſidiari calcaneis,& gymnopodas premere,callidus

Digitized by Google

veterator obtendat : operæ pretium , duximus , ſolemni iuramento , nos ab ipſo limine , & procinctu huius ſecundæ partis obſtringere ; quo ſummam in Reuerendos Patres Excalceatos cuiuſcumque Ordinis beneuolentiam , honorem , reuerentiam, proteſtamur : quorum inſtitutum laudabile, vitæ rigor , diſciplinæ vigor , obſeruantia Regularis & nuditas , *Spectaculum exhibet mundo*, *Angelis*, *& hominibus*. Quid hîc eos conferam Sacerdotibus Ægyptiis ? quid Romanis ? quorum illi , vt vel tenuem corruptionis vmbram fugerent , calceati papyraceis, illi mactatis in ſacris pecudis exuuio magno myſterio , pedes induebant. Quid *Sandalia Iudith , oculos Holophernis rapientia* , proferam ? Quid exutas Moſis, Ioſue, & Iſaïæ plantas ? Enimvero, quis mihi Criticus Paraſiti notam aſpergat ? ſi vobis illud Hieronymi aptauero , vſque adeò ſine baculo , pera, tunica duplici calceamento vos incedere dixero, quo velut ſymbolo nouerint ſæculares , *vos neque duplici eſſe animo , neque pedes mortiferis vinculis alligari , ſed terram ſanctam ingredientes , eſſe nudos , neque habere virgam quæ vertatur in colubrum , neque aliquo præſidio carnis inniti, quia iſtiuſmodi virga , & Baculus arundineus eſt*,

1. Cor. 4. 9.

Iudith. 10. 3.

Hier. to. 6. lib. 1. in Mat. 10. neque duas [illegible]*cas.*

eſt, quem ſi paululum preſſeris, frangitur, & manum perforat incumbentis. Baptiſtæ præcurſoris admiror Zelatores, qui mutuum teſtimonium perhibente Chriſto *venerat,* *neque manducans, neque bibens, neque* (Bernardo ſuperaddente) *veſtiens*; Angelos terreſtres, an homiues cœleſtes adſtupebo? qui in cellis velut in Cœlis, ſtellis firmamenti ſimillimi, *dant lucem in cuſtodiis.* Quidni etiam fas ſit, quod Ambroſius Moyſi faciem Domini videre poſtulanti, (in quam deſiderant Angeli proſpicere,) ſed ad viſionem hanc grandem ſolutis prius calceis præparato, hoc vobis pariter applicare; vbi ſic argutis Moyſem ſermonibus interpellat. *Deſiſte hominis habere peccata, & videbis faciem meam: qui enim vidit faciem meam, debet eſſe ſine peccato; ſed quia homo ſine peccato eſſe non poteſt, vt in Dei appellationem poßit excreſcere, commonetur. Et quid de Dei appellatione dicamus? eſto Angelus, hoc eſt, diuini miniſter Imperij, obſequens mandatis Domini: cum fueris Angelus, videbis faciem Domini* Nudipedes Angelos Dionyſius Areopagita pingi volnit, vt quoquo modo immortales, & totius corruptionis expertes ſpiritus, ipſa picturæ ſpecies adumbraret. Sed quid aliud noſtris veſtra illa

Mat. 11. 18.

Baruch. 3. 34.

Ambroſ. tom. 2. *octon* 8. *in Pſal.* 118.

pedum

pedum nuditas obtutibus obiicit, quam viuam & expreſſam *Ieruſalem noua terris illapſa de cælo, & à Deo deſcendentis* imaginem? vt Paulo adſciti illud verè proloqui poſſitis, *noſtra conuerſatio in Cælis eſt.* Verum hoc me vnum præ cæteris in duobus Franciſcani, & Dominicani Ordinis primipilis, vt ſtupore digniſſimum, ſic admiratione maxima ſuſpenſum rapit; quod quanto magis virtute prouecti, pluribus à Deo priuilegiis donabantur, tantò ampliùs hæc hominum ſubducta oculis, ſilentij, humilitatis, & modeſtiæ tenebris premere conabantur. Et quidem ni me fides, Angelos æque generationis, & corruptionis exortes ſpiritus, credere præciperet; Franciſcum & Dominicum, geminam & germanam Ordinis Seraphici ſobolem, ſeu Tyndaridas, vno excluſum ouo partuque dubitaſſem,

Apoc. 21. 2.

Phil. 3. 20.

Ambo ætate pares, atque Arcades ambo.

Quid enim aliud præ ſe ferant, de ſtatu, & voce, & volatu, ſublimes illi prophetæ Spiritus, dum alter acclamans alteri Triſagion auguſtiſſimum tergeminant *Seraphim ſtabant, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem, & duabus velabant pedes, & duabus volabant, & clamabant alter*

Iſa. 6. 2.

ad

ad alterum: & dicebant, Sanctus. ſatis non fuerat duabus alis velare faciem, niſi duabus aliis alis contractis, pedum etiam nuditatem pennato Calceamento, Mercurij talaribus haud abſimili contexiſſent. Dominicum ex Antonino accepimus poſitis calceis iter agere ſolitum, & vdo ſolo nuda pedis ſolea ſæpius ambulaſſe: ſed cum pagis, caſtellis, vrbibus propinquaret, auræ popularis & vanitatis infeſiſſimum, calceos ſemper reſumpſiſſe. Franciſcum verò prius Excalceatum, & breuibus manicis vtentem legimus, ex quo ſacris ſtigmatibus eſt inſignitus, Seraphim inter Crucis brachia cælante ſculpturam, poſtmodum Calceis, & protenſis manicis, pedes manuſque texiſſe, vt Cherubim, ſimul & Seraphim effectus, non modo duabus alis velauerit pedes, ſed & manus velut ſub pennis latere voluerit. Adeo ratum habuit quod multa ante tempora Gregorius docuerat, quod ſcilicet *deprædari deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via.* Licet igitur ſummo in pretio nudipedes habeamus, vt quoſdam terreſtres Angelos, qui vident ſemper faciem patris, & *lucernas ardentes, non modò in manibus*, ſed & pedibus ferentes diuinis propemodum excipiamus honoribus.

3. parte tit. 28. cap. 1. § 1.

Ribad. in eius vita

Greg. hom. 11. in Euang.

Licet

Deut. 33. 25. Licet eorum veſtigiis quaſi *plantis Azer, ære & ferro rigidæ pœnitentiæ Calceatis, tinctiſque oleo profuſioris gratiæ propinquantes, accipiamus de doctrina eorum*, qui doctori
1. Cor. 2. 2. gentium haud impares *ſciunt Ieſum & hunc Crucifixum*; eorum tamen inſtitutum non probro ſed laude digniſſimum duximus, qui vel Apoſtolica diſpenſatione, vel primi fundatoris exemplo Reguláve ſubnixi planiorem viuendi ſemitam gradiuntur,
2. Cor. 4. 16. tanto magis *Interioris hominis ſpiritu renouandi* cura & ſollicitudine feruentes, quantominus exteriori pœnitentiæ & externæ mortificationi ſunt intenti. Hi quippe ſunt
Pſal. 50. qui *Sacrificio contribulati cordis, & medullatis holocauſtis* cum pſalte Regio dant ope-
Luc. 14. 19. ram; *quique iuga boum, quinque*, dico ſenſuum, vtriuſque hominis, Agni immaculati redempta pretio, *cum hircis* prauorum affectuum, *cum incenſo arietum* hoc eſt gemini appetitus concupiſcibilis ſcilicet: & iraſcibilis ſuper altari cordis iugi ac perenni Sacrificio, Deo immortali victimam, iuxta
Pſal. 65. 15. illud, *Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum, offeram tibi boues cum hircis.* Quid eſt medullata, inquit, hoc loco Au-
Aug. ibi. guſtinus? *intus teneam Charitatem tuam. Non erit in ſuperficie, in medullis meis erit,*

quod

quod diligo te, nil enim interius medullis noſtris, interiora oſſa ſunt carne, medullæ interiores ſunt ipſis oſsibus. Quiſquis ergo in ſuperficie colit Deum, magis placere vult hominibus. Hoc vnum ſupereſt vt Reuerendos Patres Excalceatos & Calceatos, ſæculares & Regulares & cuiuſque ſortis homines, humiliter in Domino deprecer; ſi hoc in opuſculo perlegendo horam aliquam ſuccifiuam terere voluerint, vt æqua mente & oculo quam de Chriſti, Apoſtolorum, & Auguſtini Calceamentis Explanationem aggredior, ferant. Liberum enim ac planum facio ſingulis, vt cuique viſum fuerit de cæteris augurari; modo inexpugnabili veritati non contradicant, quia D. Auguſtinum, neque ſibi, neque ſuis Eremitis, modum Fratrum Excalceatorum præſcripſiſſe contendo; cum de huiuſmodi Ordinis Inſtitutione, ne leuis quidem cogitatio, vel curſim mentem eius attigerit.

CAPVT

CAPVT I.

In quo quæſtio Problematica proponitur, vtrum Chriſtus & Apoſtoli Calceati, vel Excalceati inceſſerint.

PRoblematicam quæſtionem ingredior, & vtrinque propter grauiſſimos Authores hinc inde ſententia diuiſos, diſceptabilem: vtrum Chriſtus, & Apoſtoli nudipedes, ſeu Sandaliis tantum Calceati an vero propriè dictisCalceamentis vſi fuerint. Et vt veritatem coram Chriſto loquar, niſi me D. Auguſtini cauſa tuenda, & ſententia eius in hac re manifeſta moueret, nil mihi nunc cum Excalceatis contoruerſiæ foret. Parum enim mea intereſt fuerit ne Chriſtus cum Apoſtolis Calceatus nec ne: Dummodo D. Auguſtinus verè ac propriè dicta Calceamenta portaſſe, & nunquam Diſcalceatorum Eremitarum Ordinem inſtituiſſe credatur. Sed quoniam Sanctiſſimus Doctor, quantumlibet modeſtiæ & humilitatis ſtudioſus, & iniuriarum patientiſſimus, ad retundendam tamen eorum audaciam qui ſibi Calceorum vſum tanquam

quam Chriſti & diſcipulorum vſui iuxta Euangelium contrarium exprobrabāt, Calceamenta propriè dicta, & totum pedem contra frigus tegentia ſe portaſſe exemplo Domini conſtanter aſſeuerat: eius proinde opinionem defendere, quanta potero Patrum aduerſariorum Reuerentia, nec non omnium Religioſorum ex inſtituto & Regula propria Nudipedum laude & approbatione conabor.

CAPVT II.

In quo ex ipſiſſimis D. Auguſtini verbis ſole clarius liquet, nec Chriſtum Dominum, nec S. Auguſtinum Excalceatos fuiſſe.

Epiſcopus, inquit, *laicis loquor ſed inde ſcio quàm multis futuris Epiſcopis loquor; ergo videamus quomodo intelligamus, quod præcipit Dominus eis quos mittebat Euangelium ſuum prædicare, & mente parata meſſem videamus. Nolite, inquit, ferre Sacculum, aut peram, aut Calceamenta, &c. Si eſt illic filius pacis requieſcet ſuper illum pax veſtra, &c. Si requienit, perdidi? abſit hoc à mente* Ser. 42. de SS. & 1. de Apoſt.

mente Sanctorum. Ergo nec illud accipiendum eſt carnaliter, ac per hoc fortè nec Saccus, nec Calceamenta, nec pera, maximéque illud, vbi nobis, ſi ſimpliciter ſine diſcuſſione accipiamus, ſuperbia videtur impoſita, ne quemque in via ſalutemus. Attendamus Dominum noſtrum exemplum verum, & adiutorium. Probemus quia adiutorium; ſine me nihil poteſtis facere: probemus quia exemplum; Chriſtus pro nobis paſſus eſt (Petrus inquit) *nobis relinquens exemplum vt ſequamur veſtigia eius, ipſe Dominus noſter loculos habuit in via, & ipſos loculos Iudæ Commendauerat. Patiebatur quidem furem, ſed ego à Domino diſcere cupiens dico, Domine patiebaris furem, vnde habebas vnde tolleret? Me hominem miſerum & infirmum monuiſti nec ſacculum portare, tu portaſti loculos, & erat vbi furem patereris: Si non portares, nec ille inueniret quod aufferret. Quid reſtat? Niſi quod hic dicat mihi, intellige quod audis, nolite portare ſacculum; Quid eſt ſacculus? pecunia clauſa, id eſt occulta ſapientia, Quid eſt nolite portare ſacculum? nolite fieri ſapientes penes voſmetipſos. Accipite Spiritum Sanctum, &c. Fons in te debet eſſe non ſacculus, vnde erogatur, non vbi includatur: hoc eſt pera quod ſacculus. Calceamenta quid ſunt?*

Calcea

Digitized by Google

Calceamenta quibus vtimur Coria mortuorum ſunt, nobis tegmina pedum. Per hoc ergo iubemur renuntiare mortuis operibus, hoc in figura Moſes admonebatur quando Dominus loquens ait, ſolue Calceamenta, &c. Quid tam terra Sancta quam Dei Eccleſia? in illa ergo ſtemus, Calceamenta ſoluamus, mortuis operibus renuntiemus. Nam de his Calceamentis quibus Calceati ambulamus, conſolatur me idem ipſe Dominus meus, ſi enim ipſe Calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, non ſum dignus Corrigiam ſoluere Calceamentorum eius. Sit ergo Obedientia, non ſubrepat ſuperba duritia. Ego, inquis, Euangelium impleo quia nudo pede ambulo: tu potes, ego non poſſum; quod ſimul accepimus, cuſtodiamus; quomodo Charitate flagremus, inuicem diligamus: ac ſic fit, vt ego amem fortitudinem tuam; & tu portes infirmitatem meam. Quid autem tibi videtur qui non vis intelligere quemadmodum iſta dicta ſint, & cogeris prauiter ipſi Domino calumniari de loculis & Calceamentis? Quid tibi videtur? itane placet, vt iter agentes occurramus caris noſtris, & eos non ſalutemus maiores, non reſalutemus minores? iamne Euangelium imples, quia ſalutaris & taces? hic vero non viatori iter agenti, ſed milliario iter oſtendenti ſimilis

Digitized by Google

mente Sanctorum. Ergo nec illud accipiendum eſt carnaliter, ac per hoc fortè nec Saccus, nec Calceamenta, nec pera, maximéque illud, vbi nobis, ſi ſimpliciter ſine diſcuſſione accipiamus, ſuperbia videtur impoſita, ne quemque in via ſalutemus. Attendamus Dominum noſtrum exemplum verum, & adiutorium. Probemus quia adiutorium; ſine me nihil poteſtis facere: probemus quia exemplum; Chriſtus pro nobis paſſus eſt (Petrus inquit) *nobis relinquens exemplum vt ſequamur veſtigia eius, ipſe Dominus noſter loculos habuit in via, & ipſos loculos Iudæ Commendauerat. Patiebatur quidem furem, ſed ego à Domino diſcere cupiens dico, Domine patiebaris furem, unde habebas vnde tolleret? Me hominem miſerum & infirmum monuiſti nec ſacculum portare, tu portaſti loculos, & erat vbi furem patereris: Si non portares, nec ille inueniret quod aufferret. Quid reſtat? Niſi quod hic dicat mihi, intellige quod audis, nolite portare ſacculum; Quid eſt ſacculus? pecunia clauſa, id eſt occulta ſapientia, Quid eſt nolite portare ſacculum? nolite fieri ſapientes penes voſmetipſos. Accipite Spiritum Sanctum, &c. Fons in te debet eſſe non ſacculus, vnde erogatur, non vbi includatur: hoc eſt pera quod ſacculus. Calceamenta quid ſunt?*

Calcea

Digitized by Google

Calceamenta quibus vtimur Coria mortuorum ſunt, nobis tegmina pedum. Per hoc ergo iubemur renuntiare mortuis operibus, hoc in figura Moſes admonebatur quando Dominus loquens ait, ſolue Calceamenta, &c. Quid tam terra Sancta quam Dei Eccleſia? in illa ergo ſtemus, Calceamenta ſoluamus, mortuis operibus renuntiemus. Nam de his Calceamentis quibus Calceati ambulamus, conſolatur me idem ipſe Dominus meus, ſi enim ipſe Calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, non ſum dignus Corrigiam ſoluere Calceamentorum eius. Sit ergo Obedientia, non ſubrepat ſuperba duritia. Ego, inquis, Euangelium impleo quia nudo pede ambulo: tu potes, ego non poſſum; quod ſimul accepimus, cuſtodiamus; quomodo Charitate flagremus, inuicem diligamus: ac ſic ſit, vt ego amem fortitudinem tuam; & tu portes infirmitatem meam. Quid autem tibi videtur qui non vis intelligere quemadmodum iſta dicta ſint, & cogeris prauiter ipſi Domino calumniari de loculis & Calceamentis? Quid tibi videtur? itane placet, vt iter agentes occurramus caris noſtris, & eos non ſalutemus maiores, non reſalutemus minores? iamne Euangelium imples, quia ſalutaris & taces? hic vero non viatori iter agenti, ſed milliario iter oſtendenti ſimilis

erit. *Ergo ſtoliditatem deponamus, & verba Domini intelligamus, &c.* Hactenus propriis verbis Auguſtinus.

CAPVT III.

In quo deducuntur ex textu præmiſſo D. Auguſtini concluſiones peremptoriæ contra Aduerſarios.

EX dictis Auguſtini colligo. 1. Sanctiſſimum Doctorem ſpiritu prophetico afflatum præuidiſſe deformitatem aliquã, ſub Reformationis ſpecie, in Ordinem ſuum inducendam. Vnde venturos poſt ſe Epiſcopos admonet, & Laicos, vt attendant ſeriò quoſnam pro genuinis, aut Spuriis *Aquilæ grandis, & magnarum alarum* fortibus admittant: dum hac præcautione vtitur. *Epiſcopus Laicis loquor, ſed inde ſcio quam multis futuris Epiſcopis loquor.*

Ezech. 17.

Secundò ſtolidæ mentis eſſe, non ſolidæ, ſic litterali Calceamentorum inhibitioni adhæreſcere, vt nudis pedibus Chriſtum Dominum, & Apoſtolos eius inceſſiſſe credamus. *Ergo ſtoliditatem deponamus, &c.*

III. Duplex

Tertiò, Duplex diſtingui Calceamenti genus; vnum myſticum, id eſt affectum carnalem & mortalem : alterum litterale, ac proprium pedis indumentum. Quorum primum, non autem poſtremum docet eſſe ſoluendum : *Calceamenta ſoluamus, id eſt mortuis operibus renunciemus.*

Quartò, Chriſtum verè ac realiter materialibus Calceis, id eſt pedum integumentis fuiſſe Calceatum, & loculos habuiſſe. *Si Calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, &c.*

Quintò, Eos qui aliter ſentiunt, *cogi grauiter Calumniari ipſi Domino, de loculis, & Calceamentis.*

Sextò, Per Calceamenta de quibus loquitur Auguſt. non poſſe intelligi. *Sandalia.* Quæ Lyranus, & ipſe Franciſcanus Diſcalceatus, voluit eſſe, *Calceos impropriè dictos, Corium deſuper non habentes* : cum Auguſtinus de propriis Calceamentis interrogans, ſibi ipſi reſpondeat, *Calceamenta quid ſunt? nobis tegmina pedum ſunt.* Sandalia verò alibi ſic deſcribit, *proinde Marcus dicendo eos Calceari Sandaliis vel ſoleis, aliquid hoc Calceamentum myſticæ ſignificationis habere admonet, vt pes neque tectus ſit, neque nudus ad terram : Id eſt, nec occultetur.* *Aug. de Conſenſu Euang. cap. 30.*

Euangelium, nec terrenis commodis innitatur. Ex quo liquet diſcrimen Sandalij & proprij Calceamenti; quod hoc pedem tegat, illud non occultet, ſed aperiat deſuper: cum ergo dixerit Auguſtinus Calceamenta quibus vtitur exemplo Chriſti tegmina pedum ſibi ſuiſque Fratribus eſſe, Sandalia autem, pedem non tegere deſuper apertè declaret; ſequitur, quod non Sandaliis, ſed propriè

l. I. Pæd. cap. 11.

dictis Calceis pedes obtexerit. Idem longè antè docuit Clemens Alexandrinus *quod eſt ſecundum naturam eſt eligendum: Calceorum enim vſus eſt, alius quidem ad tegendos pedes: alius autem ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus, plantam pedis conſeruans, &c.* Vbi diſtinguit ſoleam plantam pedis conſeruantem, à Calceo pedes tegente, quo vſum ſe dicit Auguſtinus.

Septimò, Calceamenta Auguſtini non poſſe intelligi iuxta morem feruidæ Religionis, de funiculis fuiſſe contexta, expreſsè enim ait, *Calceamenta quibus vtimur Coria mortuorum ſunt, nobis tegmina pedum* neque Sandalia facta de paleis, qualibus Orientales pauperes vti docet D. Thomas.

In Math. 10.

Octauò, Eundem Auguſtinum in Regula ne verbum quidem de Sandaliis habuiſſe, ſed de Calceis propriè dictis locutum, eamdem

dem enim vocem calceamenti vſurpat, quam hîc pedum tegumento applicauit, & vt in ſermone præcitato in prima parte, dum mitteret Fratribus in Eremo agentibus calceamenta ad operiendos pedes, cum iam ipſe factus eſſet Epiſcopus.

Nonò, Hinc concluditur Fratres Excalceatos in hoc ab Auguſtini Regula & exemplo, primorumque Eremitarum vſu, eſſe alienos.

Decimò, Diuum Auguſtinum in Calceamentorum vſu exemplum Chriſti Domini, & veſtigia ſecutum. *Attendamus Dominum noſtrum exemplum verum, &c. de his calceamentis quibus calceati ambulamus, conſolatur me, &c.*

Vndecimo, Auguſtinianos Diſcalceatos, reos eſſe Diui Auguſtini arbitrio, ſuperbæ duritiæ, ſub ſpecie Reformationis obrepentis; qui malè ſcripturas intelligentes non modo Diuo Auguſtino, ſed etiam Chriſto Domino, pedum nuditatem imponunt, quo ſibi melius de Reformatione blandiantur. *Non ſubrepat ſuperba duritia.*

Duodecimò, Vanum ac ridiculum eſſe, ſibi adgratulari, quaſi de adimpleto Euangelio, pro depoſito calceamento. *Ego*, inquis, *Euangelium impleo, quia nudo pede am-*

Digitized by Google

bulo: Cum perfectio Euangelica, in charitate; *alter alterius onera portando*, poſita ſit à Paulo.

Gal. 6. 2.

Decimo tertio, Hoc loco nudum pedem, non omnimodam Excalceationem, & Sandaliorum etiam depoſitionem accipi debere, ſed ad ſummum Sandaliorum vſum intelligi, dum dicit, *Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo*. Nuſquam enim in toto Euangelio præceptum eſt Apoſtolis vt nudipedes incederent, niſi quando, idque ſemel tantùm, *præcepit eis ne quid tollerent in via, niſi virgam tantùm, non peram, non panem, neque in Zona æs, ſed calceatos Sandaliis.* Et quod notatu dignum, vt in nouo teſtamento, hac tantùm vice, in veteri autem bis tantùm nomen Sandaliorum ſcriptum legimus; quibus Iudith pedes induit. Nullibi in Euangelio iuſſos inuenies Apoſtolos nudis pedibus ambulare. Cùm enim, apud Lucam, & Matthæum prohibentur, portare ſacculum, peram, duas tunicas calceamenta, hoc Patres infra citandi, de calceamentis duplicibus, & craſtini, futurique temporis ſollicitudine abiicienda exponunt. Porrò, cùm acquieſcat Auguſtinus, iactanti licet, ſe implere Euangelium, nudo pede, hoc eſt tantùm Sandaliis induto

Marc. 6. 9.

to, dicens: *Tu potes, &c.* Excluſit quoſdam hallucinantes, & errore deceptos, qui volunt hoc loco Diuum Auguſtinum colloqui cum Hæreticis Diſcalceatis, de quibus ſupra prima parte. Hi enim non in Euangelio, ſed in veteri lege malè intellecta ſuam fundauerant hæreſim; cui non acquieſceret Auguſtinus, dicendo & reſpondendo ſimpliciter: *Tu potes, ego non poſſum.* Sed inueheretur grauiter, vti fecit dum contra dictos hæreticos ageret. *Eſt*, inquit, *alia hæreſis nudis pedibus ambulantium ex eo quod Dominus dixerit ad Moyſem, vel ad Ioſue, ſolue calceamentum de pedibus tuis. Et quod Eſaïas Propheta nudis pedibus iuſſus ſit ambulare. Inde ergo hæreſis eſt, non quia propter corporis caſtigationem & afflictionem ſic ambulant, ſed quia teſtimonia taliter intelligunt.* Caſſianus item acriter arguit Monachos Ægypti qui Caſſiori, & ad literam prorſus intellectu, Scripturas huiuſmodi attendentes, calceos quaſi malos, & prohibitos depoſuerant. Tanti porrò fecit in qualibet materia, ſententiam Auguſtini D. Serapion in operibus Irenæi nouiter impreſſis, vt dixerit: *Seipſum ore ſuo hæreticum detegit, qui Auguſtinum putauerit in aliquo reprehendendum eloquio.*

Tom. 6. lib. de hæreſ. hæreſi 68.

10. Inſt. c. 10.

His poſitis reſtat vt tota pedum nuditas, cui tanquam in Euangelio præceptæ, vel conſultæ, annuit non modò Auguſtinus, ſed gratulator, & laudator accedit, dicens: *Tu potes, ego non poſſum*, Et rurſum, *Sic fiet, vt ego amem fortitudinem tuam, & tu portes infirmitatem meam.* de Sandaliis intelligatur, pedem deſuper non tegentibus, ſed nudantibus: quæ ſe propter infirmitatem ferre non poſſe, ſed calceamentis de corio mortuorum factis pedum tegmina facere, magno candore fatetur Auguſtinus. Quid clarius? vt quid ambages in via plana, & nodum in ſcypo quærimus?

Decimoquartò, Perperam quoſdã fingere Diuum Auguſtinũ duos Excalceatorum ab exordio inſtituiſſe Ordines; quorum aliqui cum Alipio omninò nudipedes, alij Sandaliati procedebant; quorum neutrum verum eſſe conſtat. Neque enim Diuus Auguſtinus vt rem inſolitam, nouam, ſtupendam, tantùm in Alipio commendaſſet, tacitis aliis quos iuſta laudis mercede fraudaſſet. Nec præter Fulgentium (quem nunc calceatum Sandaliis, nunc abſque ſoleis inceſſiſſe vidimus,) huiuſmodi Ordinum differentiam ab initio, quiſquam probare poteſt. Tandem falſiſſimum quod Auguſtinus prius

ſumpta

ſumpta Sandalia, vel quod abſurdius eſt, omnimodam pedum nuditatem, infirmitate, vel ætate coactus depoſuerit, & Apoſtolica Sandalia aſſumpſerit: Ita, enim de habitu eius inſtructiſſimus Poſſidius ediſſerit *veſtimenta eius, & calceamenta, & lectualia, ex moderato, & competenti habitu erant; nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia his plerumque, vel iactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abiicere; ex vtroque non quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt quidem quærentes. At iſte Beatus vt dixi, medium tenebat, neque in dextram, neque in ſiniſtram declinans.* Atqui ex communi Fratrum Excalceatorum iactantia veſtimenta, & calceamenta Congregationis Diſcalceatorum, extrema ſunt, & non moderata, ſummique rigoris. Ergo diſſimilia omninò veſtimentis & calceamentis Auguſtini moderatis; nec nitidis nimium, nec abiectis plurimum. Et per conſequens cùm Auguſtinus, *etiam Epiſcopus factus, Monachum ſe profiteri, & verbo, & facto, & habitu non erubuerit:* & eadem veſtimenta ſeruauerit; Fratres Diſcalceati neque victum, neque veſtitum, neque calceamentum Diuo Auguſtino conformant. Præterea ſi Sandalia, vel ipſe portaſſet, vel ſuis portanda

Poſſid. in vita Auguſtini.

tra

Digitized by Google

tradidiſſet, nec ignoraret quam docuit ſupra calceamentorum, & Sandaliorum differentiam, vt litem omnem ſuper habitu pedum præſcinderet, nunquam in Regula, vt nec in ſermonibus, calceamenta, ſed Sandalia poſuiſſet, cùm in eis portandis, Venerabiles Diſcalceati, totum ſuæ vitæ rigorem conſtituant, in aliis omnibus; vel inferiores cæteris; vel ad ſummum æquales.

Decimoquintò, Quãdo dicit, *Tu potes, ego non poſſum*, id non retulit ad indecentiã, quod non ſic poſſet incedere iam Epiſcopus, quaſi dignitati tantæ, pedum nuditas, minimè congrueret; Diuus enim Fulgentius etiam Epiſcopus pedum nuditatem cùm infulà Paſtorali coniunxit. Et vt omne dubium tolleret Auguſtinus id ſuæ tribuit infirmitati, non dignitati. *Tu potes, ego non poſſum: quod ſimul accepimus; cuſtodiamus:* quaſi diceret: nil noui in noſtrum inſtitutum inuehamus, ſed quod cum honeſta mediocritate ſimul Religioſi oneris, humeris noſtris impoſuimus, ſuperaddito onere non grauemus. *Quod ſimul accepimus, cuſtodiamus, inuicem diligamus.* Hoc enim primum eſt, propter quod in vnum ſumus congregati; *Sic fiet, vt ego amem fortitudinem tuam, qui*

potes

potes hunc ſubire rigorem, & tu portes infirmitatem meam; quæ huiuſmodi non libenter amplectitur auſteritatem. Infirmitatis porrò nomine, Sanctus Doctor non confectam ætatem, aut ægram valetudinem voluit dicere, ſed delicatam complexionem, cùm certum ſit eum *verbum Dei in Eccleſia imprætermiſſè, ſana mente, ſanoque conſilio vſque ad extremam vitam, prædicaſſe.* Nec ipſe, vel qui de ipſo ſcripſerunt, vllum vnquam verbum, de grauibus infirmitatibus corporis narrauerunt. Nec verò ſimile eſt eos ſilentio præteriiſſe, qua patientia morbos toleraſſet. Per infirmitatem igitur, ex aſſueta humilitate, vel iuxta Regulam, ſe inter eos ponit de quibus dicit, *qui ex moribus delicatioribus venerunt ex ſæculo.* Et iterum: *Non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes.* Vel quia ſe infirmum reputat, eius reſpectu, qui maiori fortitudine corporis, vel animi vigore, nuditatem pedum Euangelicam Apoſtolis præſcriptam ad tempus, ſubire poterat.

Poſſid. in eius vita.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IV.

Quo probatur Chriſtum fuiſſe Calceatum.

QVidquid in medium poteſt afferrri pro cuiuſuis aſſertione veritatis, illud plane pro Chriſti Domini Calceamentis proferam, Scripturam, Patres, Rationem, velut aciem Ordinatam in aduerſarios. *Qui poſt me venturus eſt*, (ait Ioa. Baptiſta,) *fortior me eſt, cuius non ſum dignus Calceamenta portare* & eadem vbique habentur, excepto quod ſoluere, pro portare legimus; Ad hæc clara ſcripturæ teſtimonia Lyranus ſuæ cauſæ æque timidus ac prouidus, vt non iam D. Franciſci, ſed ipſius Chriſti veſtigiis ſe ſuoſque inſiſtere tueatur, diuerticula quædam & deluſorias ſimilitudines quæritat, maximè dum verba Matth. verſat, & vexat, his verbis; *non intelligitur, inquit, per hoc quod Chriſtus Calceatus inceſſerit, ſed quod Ioannem improportionabiliter exceſſerit; hic enim modus loquendi non ſolum ad homines, ſed etiam ad inanimata applicatur; ſicut de vino multum debili, comparando ipſum ad vinum optimum, dicitur quod non eſt dignum illud Diſcalceare.* Egregiam verò & myſticam

Marc. 1. Math. 3. Luc. 3. Ioa. 1. Act. 3.

Mat th. 3. & Act. 13.

cam Lyrani, doctiſſimi cæteroqui hominis, expoſitionem. Pudeat ſanè de Chriſto, & Ioanne quaſi Helluonibus loqui, ac veluti ſi Lyſius & Liber, eius qui linguam Patris ſoluerat, vſque adeò diſoluiſſet, vt cauponis inſtar, é popinis, calicibus, & crapulis hauſtas ſimilitudines depromeret; ille qui *venerat neque manducans neque bibens*; de Matth. 11.18.
quo etiam prædixerat Angelus, *vinum & ſiceram non bibet*; maximè cum de eo loqueretur, cui mortalium abſtinentiſſimo perperam Phariſæi calumniantes obiecerant, peccatoribus humiliter conuiuanti, quod *helluo, vorax, vini denique potator eſſet.* Luc.1.15. Matth. 11.19.
ſed parcite mecum lectores beneuoli, Lyrano, hoc loco paululum deliranti, & Patrum Anteceſſorum veritati faciles animos apparate.

CAPVT V.

Quo probatur ex Patribus Chriſtum fuiſſe Calceatum.

Eſti Hieronymus ſcribens in Geneſim & Iſaiam, nomina, *Calceamenti, Caligæ, Sandalij.* Confuſè ſumat pro quolibet pe- Gen. 14. Iſa.22.

dis

Digitized by Google

dis indumento, vbique tamen in nouo teſtamento Calceamēta propriè & ſtrictè pro Calceis vſurpat, maximè in quinque locis ſupra citatis, in quibus agitur de Calceis Chriſti, ſemper nomine Calceamenti vtitur quod vbique vulgaris editio Gallica mendis expurgatiſſima, & fideliter ad verbum verſioni Latinæ reſpondens opera Doctorum Louanienſiū edita anno Domini 1586. vertit *Souliers* ſic enim vbique: *duquel ie ne ſuis pas digne de porter les ſouliers. Deſlier ſes ſouliers. Deſlier la Courroye de ſes ſouliers*, facile fuerat & Hieronymo, & Doctoribus Louanienſibus vertere, Sandalia; quid ergo in vtraque lingua, Calceamenta legitimus, niſi quia Chriſtus non Sandalia ſed Calceos propriè portaſſe credendus? Quid quod & Aquila ſublimè volans, etiam ad Calceum deſcribendum & Sandalium, & vtriuſque Calceamenti diſcrimen quaſi ſutor alter de crepida factus arbiter, Auguſtinus, pennam altiſſima quæque tranſuolantem, ſic contraxit. *Calceamenta quid ſunt? nobis tegmina pedum ſunt &c. de his Calceamentis quibus Calceati ambulamus, conſolatur me idem ipſe Dominus meus, qui ſi Calceatus non fuiſſet, de illo Ioannes non diceret, non ſum dignus ſoluere Corrigiam*

in cap. 10. Math. Luc. 22. Marc. 6.

ſerm 42. de Sanctis.

Digitized by Google

giam Calceamenti eius. Et rurſum, *cogeris prauiter calumniari Chriſto Domino de loculis & Calceamentis.* Quibus & accinit D. Antoninus qui & ipſe licet Dominicani Ordinis, Regulæ tamen Auguſtini profeſſor, Communi parenti vſum Calceamentorum in Regula permittenti, quæ ipſe exemplo Chriſti portabat, pro Chriſti Calceamento, manifeſtè ſubſcripſit. *Chriſtum, inquit, Calceatum videre poſſumus in eo, quod Baptiſta ait: Cuius non ſum dignus, &c. Petro quoque in Act. Apoſt. dictum fuit ab Angelo: accipe caligas tuas. Et Marcus optimus eius imitator, Calceamentum ſuum Cerdoni obtulit ad reſarciendum.* Chryſoſtomus item *quod nunc dicunt, vellem ipſius id eſt Chriſti, formam aſpicere, figuram, Calceamenta, &c.* de facto Christus in veſte & cibo communem Iudæorum normam ſequebatur, qui Excalceati non erant.

Anton. 3 parte tit. 23 cap. 1. §. 1.

homil. 60. ad pop. Antioch.

Capvt VI.

Vbi eadem veritas Confirmatur Ratione deducta ab impleta ad litteram à Chriſto legis Obſeruantia.

NOlite, inquit, *putare quod veni legem ſoluere, ſed adimplere; Amen dico vobis,*

Math. 5. 17. & 18.

bis, quoniam Iota vnum, aut vnus Apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Interrogemus ergo cum Domino, & à legis perito

Luc. 10. 26. petamus, *in lege quid ſcriptum eſt quomodo legis?* Vbi de Agni Paſchalis eſu, lex ſcribi-

Exodi. 12. tur, quid præſcribitur? *Renes veſtros præcingetis & Calceamenta habebitis in pedibus veſtris.* Ergo cum Chriſtus dixerit querentibus Apoſtolis, *vbi vis paremus tibi Paſcha?*

Math. 26. 17. & 18. mittens eos ad Dominum ſtrati, grandis, & parati Cœnaculi; *apud te, inquit, facio Paſcha cum diſcipulis meis.* Debuit hoc facere ſolemne, de more & lege Calceatus. Porro cum ex D. Auguſtini teſtimonio, facta Chriſti ſymbolica fuerint; quid nobis exemplo ſuo ſit agendum, docuit tacitus. Vt benè Sanctus Proſper eiuſdem diſcipulus

in Cathena. in hanc rem dixerit; *dum Paſcha celebramus, tegamus pedes Calceis legis & Scripturarum, aduerſus iniurias errrorum, & morſus Dæmonis.*

Cap. VII.

Digitized by Google

CAPVT VII.

In quo idem roboratur ratione deſumpta ex myſtica Calceamentorum Chriſti ſignificatione, iuxta SS. Patrum expoſitionem.

DVobus veluti polis, tota Patrum in hanc rem expoſitio vertitur, vt Calceamenta Chriſti, vel diuini verbi Incarnationem, vel eiuſdem cum Eccleſia Sanctiſſimam copulam repræſentent. Pro Secunda retulimus ſupra Cyprianũ vbi Chriſtum ſponſum Eccleſiæ Calceatum eſſe debere demonſtrauit: cui concinebat & Ambroſius. Pro primo certat vtrobique Gloſſa. Quoties enim de Chriſti Calceamentis ſcriptura loquitur, toties myſterium Incarnationis interſerit. Huic accedit Communis omnium Patrum Græcæ & Latinæ Eccleſiæ ſenſus. Origenes quidem Ioannis Baptiſtæ verba ponderans, quibus ſe indignum cenſebat Chriſti Calceamenta ſoluere; de ineffabili verbi incarnatione voluit eum loqui, in qua verbum Patris immenſum, ſe huc vſque contractum arctauerat,

lib. 2. cont. Iud. cap. 19.

lib. de bened. Patr. cap. 4. & lib. 3. de fide cap. 5.

Digitized by Google

vt breuis Calceamento Corpuſculi Clauderetur. Hieronymus autem ſic verſum pſaltis explanat, *in Idumæam extendam Calceamentum meum*, vt Chriſtus pelle hominis Calceatus, ſumptas noſtræ mortalitatis exuuias, & incarnationis ſuæ myſterium, Gentibus oſtenderit. Clariùs Ambroſius ſic fantem Baptiſtam inducit, verba Iſaiæ decurrens; *generationem eius quis enarrabit? non ſum dignus, ait, incarnationis myſterium comprehendere, anguſtiis humanæ mentis, & inopis vilitate ſermonis abſoluere, &c.* Cui dignus Ambroſio præceptore ſuffragatur Auguſtinus, *Calceamenta Dei, inquit, incarnationem ſignificant, quam ex mortalite noſtra ſumpſit.* in eamdem iere ſententiam Cyprianus, Beda, Bernardus, aliíque cõplures, quos longum eſſet ac tædioſum recenſere. Compendioſius de abbreuiato in pelle carnis noſtræ Dei verbo, Gregorius: *in diuinitate ſua, morticinia noſtræ corruptionis aſſumpſit.* & paucis interiectis *Corrigia Calceamenti, ligatura eſt myſterij.* Tertiam addit expoſitionem Ambroſius excutiens verſum, *Greſſus meos dirige, &c.* dum illud explicaret, Cantici. *quam pulchri greſſus tui in Calceamentis, &c.* vbi de Moyſis & Ioſue ſoluto Calceamento egiſſet; *quàm benè,* inquit,

tom. 9. ep. 5.

de inſtit. virg. cap. 14.

to. 4. lib. vnico de natura diuinit. circa medium.

Homil. 7 in Euangel.

ſerm. 17. in pſal. 118.

inquit, *illi admonentur vt ſoluant Calceamentum, qui ſine peccato eſſe non poterant: hic autem non ſolum Calceamenta non ſoluit, ſed etiam aliorum Calceamenta abſoluit; quia non ſolum opus ſuum à peccatis immune ſeruauit, ſed etiam omnium dedit Indulgentiam peccatorum.*

Ex quibus omnibus tria colligo. Primò quidẽ Patres omnes Calceamenta Chriſti ſtrictè, pro Calceis, non verò pro Sandaliis ſumere. II. eos in hoc Auguſtino ſuffragari, Chriſtum Dominum verè ac propriè Calceatum aſſerenti. III. ſenſum myſticum ſemper in litterali fundatum eſſe debere, & proinde myſterium incarnationis non potuiſſe per Sandalia, ſicut per Calceos figurari; cum hæc Lyrano præ cæteris noſtræ opinioni refraganti imperfecti ſint Calcei, & partem tantum pedis ambiant: atqui Verbum Patris non ex parte, pellem noſtræ Mortalitatis, ſed integram totaliter induit *in ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo*; Ergo litteraliter & myſticè, & quoquo modo dici poteſt, Chriſtus Dominus ſtrictè ac propriè dicta Calceamenta portauit: vt non minus argutè quam verè dixerit Auguſtinus: *Attendamus Dominum Ieſum Chriſtum exemplum ve-*

Philip. 2. 7.

Aug. ſupra.

rum &c. Qui ſi calceatus non eſſet, de illo Ioannes non diceret, non ſum dignus ſoluere calceamenta, pedum eius.

CAPVT VIII.

In quo reſponſio quibuſuis in contrarium fieri ſolitis, Promittitur.

VT calamum, linguam, omnem denique præripiam aduerſariis obiiciendi materiam, qua potui cura, & diligentia Patrum penè omnium ſcripta decurri, quo plenius, ac ſolidius Lectori dubio, & fluctuanti facerem ſatis. Satis quidem ſuperque fuerat noſtris à partibus ſtare magnum & eximium Auguſtinum, cuius ſemper, vel vnius authoritati, tantum pondus etiam cætera Eccleſiæ lumina detulerunt, vt *Stellam matutinam in medio nebulæ, & Solem in*
Eccl. 50. 6. & 7. *Templo Dei præfulgentem*, habuerint, vel ſimplici doctrinæ ſuæ radio Stellarum, ac Syderum fulgetra, ſeu quadam lucis immenſitate fugantem. Verùm ne quod honoris eſt, & gloriæ Patribus Excalceatis non modò prædeceſſorum, ſed Chriſti Domini, & Apoſtolorum eius nudum ſectari

cal

calcaneum vltro de gratia detrahere videar, omnibus & ſingulis in contrarium fieri ſolitis obiectionibus, qua fieri poterit tum breuitate, tum perſpicuitate reſpondebo.

CAPVT IX.

In quo primæ obiectioni reſpondetur.

PRimò quidem leuis armaturæ, & tenuis conflictus milites aggredior & pariter eludo, inter eoſque magnum aliàs *ad bella doctiſſimum*, omnique calamo certandi peritia excoctum Toſtatum. Vix ſanè riſum tenere licuit ea, quæ profert in Math. cap. 3. prælegenti; vbi quidem Chriſtum, antequam lymphis Iordanis tingeretur, calceatum aſſeuerat, ſed poſt Baptiſma nudipedem effingit. Atqui hoc ſenſu dum adhuc Chriſtus calceatus eſſet, vult de ipſo dixiſſe Baptiſtam: *Non ſum dignus ſoluere, &c.* Quaſi verò Chriſtus ipſa ſolida, conſtans, & in quadro poſita, ac ſibi ipſi ſemper quadrans veritas *arundine vento agitata* mobilior, nouis moribus hinc inde concuſſus raptuſque fluctuaſſet; vt non iniuria ſceptro arundineo, vt purpura deluſoria

Cant. 3. 8.
quæſt. 68

Digitized by Google

glorioſus Rex ille Iudæorum incederet. Æque futili, ac ridiculo eorum argumento reſpondere facile eſt, qui ex Baptiſtæ verbis ſic concludunt: Cùm præcurſor Domini ſe dixiſſet *indignum ſoluere corrigiam calceamenti eius* altera die videns eum ad ſe venientem, *Hic eſt*, inquit, *de quo dixi, &c. & ego neſciebam eum*, ergo cùm neſcierit priùs,& non cognouerit Chriſtum; calceatus, an ſine calceis ambularet, ignorabat. Argutam verò & ſubtilem obiectionem; quî potuit Ioannes ignorare accepto plenæ ætatis, ſapientiæ, maturitatis augmento quem ſic ab aluo matris agnouerat, vt præ gaudio exiliens ab vtero, in vtero Dominum ſalutaret? etiamne errore Tertuliani decepti, Ioannem ſpiritu prophetico deſtitutum aſſerent? cùm Diſcipulos ad Meſſiam interrogandum mitteret: *Tu es, qui venturus es, &c.* quid ego dixerat: *Qui poſt me venit vir ante me factus eſt, & prior me erat.* Si eum, de quo tanta prædicauerat, neſciebat? factum ante verè dixit; eſſe ante ſe minimè dubitauit. *Factum ante ſe ex muliere*, non ordine quo præceſſiſſet ætatis, ſed factum ante ſe, ordine perfectæ breuiori tempore corpuſculi formationis, & vſu maturiori rationis; eſſe denique ante ſe ordine

Ioan.1.

Ioan.1. 30.31.

Mat.11. 3.

Ioan.10. 30.

Galat.4. 4.

ordine æternæ generationis. Se quidem Ioannes Solis Iuſtitiæ prænuncium, & Luciferum agnoſcebat, ſed Verbum Patris, *in ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum genitum*, non ignorabat. *Se hominem* Pſ.109. 3. *miſſum à Deo, vt teſtimonium perhiberet* Ioan.1.6. *de lumine*, teſtabatur; ſed quod *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &c. & quod hoc erat in principio apud Deum*, fatebatur. Sed agedum, inquis? vt quid Baptiſta, *& ego neſciebam eum*? Legat aduerſarius, modò quod legit, & quod ſequitur, & procedit, intelligat. *Rogantibus quid baptizas. ſi tu non es Chriſtus, &c.* Attendite quid Ioannes, Ioan.1. 25. *Ego quidem baptizo in aqua, &c. Et ego neſciebam eum, &c. Non ſum dignus, &c. Et ego neſciebam eum, &c.* Ioan.1. 31. *Quid eſt, neſciebam eum?* Niſi quia volebat dicere, neſciebam eum aliud Baptiſma inſtituere debere, donec Spiritus Sanctus Columbæ ſpecie ſuper eum deſcendit & ſedit. Et ſic impletum eſt, quod voluit Hieronymus per ſpiritum incubantem aquis ipſo mundi naſcentis exordio figuratum: dum iam inde ſoboli fidelium generandæ, aquas ſua præſentia ſanctificatas prępararet. Et licet hæc longè à ſenſu litteræ non diſſonent, legat & præligat, qui volet Chryſo-

Digitized by Google

Hom.16. in Cathena Græca. ſtomum, Theophilactum, Euthymium & Origenem, eo fermè ſenſu dictum Ioannis euoluentes quo illud Pauli, *Etſi Chri-* *2. Cor.5. 16.* *ſtum ſecundùm carnem cognouimus, ſed iam non nouimus:* ita planè Ioannes; *Et ego neſciebam eum.* Veluti ſi Ioannes Præcurſor Paranymphus Domini, obtrectatoribus Chriſti occurrere voluiſſet, tot laudum præconia, ex affectu naturali, & cognatione carnali potius, quàm & virtutis & meriti vera, mera, & ſimplici cognitione prodire dixiſſent, dum Agnum Dei, dum mundi ſcelera ſanguinis impolluti profuſione delentem, dum adorandæ Maieſtatis Deum, *Ioan.1.* & hominem prædicaret. *Cuius non eſſet dignus corrigiam calceamenti ſoluere: & ego neſciebam eum.* id eſt, ne me propriæ ſortis, tribus, & cognationis exiſtimate Zelatorem: *Neſciebam eum*, cum hæc dicerem, *Ioan.1. 32.* hanc carnis propinquitatem longè ab oculis animi remouebam: *Sed vidi Spiritum Sanctum ſpecie Columbæ deſcendentem ſuper eum, &c.* O Virum ineffabilem! ô Præcurſorem eodem cum, poſt ſequente Domini Vicario, teſtimonio, & Chriſti ſimili præ- *Mat 16. 17.* conio decorandum: *Beatus es, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed ſpiritus Patris.*

CAPVT

Capvt X.

In quo ſecundæ obiectioni reſpondetur, de Magdalena Chriſti pedes lauante.

NEque verò ſecunda nos vrget acrius obiectio, quàm prima. In promptu enim & facilis eſt reſponſio facienda Lyrano in Matthæum Toſtato, ibidem Dionyſio Carthuſiano, & Diuo Bonauenturæ, Chriſtum excalceatum fuiſſe probantibus, ex eo quòd Magdalena in conuiuio Phariſæi Domini pedes lauauit lachrymis, capillis terſit, vnguento perunxit: cuius etiam amoris obſequia hoſpiti ſuo moris immemori Chriſtus obiecit, dum ait, *Aquam pedibus meis non dediſti*, quæ omnia pietatis officia Calceato non potuiſſet exhibere pia fœmina. Sed quem vel leuiter ſacris Literis imbutum, & prophanis, latere poteſt, non Iudæis modo, ſed & Gentibus in more poſitum, ad conuiuia balneatos, vel certè lotos accedere? Hinc illud argutum Martialis.

Cap. 3. & Luc. 7. q. 68. lib. de vita Chriſti, c. 28.

Luc 7.

Tam malè cum cœnem, cur bene cinna lauor?

Maximè verò cùm in Tricliniis magno

tho

thororum apparatu, accumberent, quis hoſpites ſordido, & luteo calceamento, ſplendidos lecti tapetes terere, & conſpurcare æquo animo ferre potuiſſet? Sed quo oculo ſuperbus Phariſæus Chriſtum Dominum puluerulento calceo recumbere vidiſſet, qui fortè vnus inter eos fuerat, qui Domini diſcipulos traditionum violatores increpauerat, quod *manducaturi manus non lauarent*, nec enim lectiſterniis ſplendidis niſi priùs depoſito calceamento caligiſue ſordidis, loti pedes, manuſque, accumbere conſueuerant. Ideoque & Chriſtus hoſpitem ſuum Simonem Phariſæum traditionis huiuſmodi oblitum, exemplo Magdalenæ confudit; dicens: *Aquam pedibus meis non dediſti, &c.* eos quippe iam ab ingreſſu domus Excalceatos, lotioni præparauerat; quos Magdalenæ balneatos lachrymis, molli comæ aureæ ſpongia exſudatos, vnguento denique pretioſo deliburos adgratulans pœnitenti mulieri, ſuperbo inſultans hoſpiti exprobrauit. Nec diſſimili reſponſione, obiectionem, pro nudipedibus Apoſtolis faciundam diluo. Chriſtus enim Diuum Petrum præuia pedum ablutione, quaſi neceſſaria, ad cœnæ Euchariſticæ accubitum diſpoſuit. Quem vt & cæteros Apoſtolos ſtan-

Math. 15.2.

Luc 7 44.

tes

tes & calceatos renibuſque præcinctis Agnū Paſchalem ſumpſiſſe credendum eſt. Vt non incredibile ſit, primò ad cœnam vſualem & communem, diſcalceatos honeſtatis cauſa, thoro magnifico, *grandis ſtrati, parati cænaculi* recubuiſſe: Secundò, calceatos & ſtantes Agnum ex lege comediſſe: Tertiò, maioris Reuerentiæ & puritatis gratia, iterum poſitis calceis lotiſque pedibus, ad cœnam Dominicam acceſſiſſe. Ita enim hodie, licet ante Miſſæ ſacrificium, Sacerdotes manus ſuas abluant; inter eius tamen ſolemnia, iterum extremos digitos proluendo, ad minimas etiam animi ſordes baptizandas, hoc ſigno ſe commoneri intelligunt. Nec inconcinnè ſubtexam conceptum delicatum ſatis, induſtria Chryſologi, & arte paratum, appoſitumque menſæ Chriſto à Matthæo Publicano conuerſo in Apoſtolum, extructæ *Diſcumbebat*, inquit, *Ieſus plus in Matthæi mente, quam ſigmate*, (quod menſa & thorus hanc characteris formam exprimerent,) *& epulabatur non cibis, ſed reditu peccatoris, &c. oblatras cur peccatorum vinum bibat, qui pro peccatoribus ſuum ſanguinem fudit. Ne perderet peccatores, in ſe ſententiam ſuam Iudex retorſit, vt amaſſe ſe peccatores proderet magis, ſoluendo debitum,*

Luc. 22. 12.

Serm 29 à medio.

Digitized by Google

Serm.78. à medio. *tum, quàm donando.* Et iterum, *Petit*, inquit, *eſcas ſaturitas tota rerum; panis ipſe manducat: quia non ille cibum, ſed ſuorum ſemper eſurit charitatem.*

Capvt XI.

In quo tertiæ obiectioni reſpondetur de veſtigiis Chriſti in Torrente Cedron, & Monte Oliueti relictis.

QVantum ad veſtigia Chriſti, quæ volunt aliqui in alueo Torrentis Cedron impreſſa, primò quidem mihi valdè dubium eſt, cùm veterum Patrum legerim neminem, qui vel vnum apicem de iſtiuſmodi veſtigiis ſcripſerit; Secundò, licet hoc foret nobis peregrinorum ſcitu compertum, non tamen hinc auguror Chriſtum nudis ſemper iter egiſſe pedibus. Quod ſi verum eſſet, nec Sandaligeris magis quàm calceïferis, hæc omnimoda pedum nuditas in cauſa quam agimus, profuiſſet. Tertiò,
Ioan.18. 1. demus eo tempore quo *egreſſus eſt Ieſus trans Torrentem Cedron*, cùm inde tranſmeans à militibus raptaretur, nudis pedibus eum inceſſiſſe; Quid tum poſteà? an ideo

Digitized by Google

ideò ex impreſſo veſtigio in torrentis medio ſemper excalceatum fuiſſe concludunt? an non potius iam tum pedes nudos clauis duriſſimis terebrandos aptabat, iam tum pro nobis formam ſerui nudi-pedis aſſumebat, iam tum ſe filium Dauid Gymnopodo chephali, cedentis vrbe, figuram implere ſimili habitu geſtiebat? de veſtigiis in Monte Oliueti relictis ſacro Aſſumptionis in cœlum die, nulla dubietas, nulla controuerſia, nulla inde cauſæ noſtræ infirmitas, imò verò ſolida rationis ſuperius allatæ firmitas accedit. Sicut enim Iacob hœdinas pelles, collo manibuſque circumpoſuerat, & veſtibus fratris indutus ſimilitudinem villoſæ cutis expreſſerat; ſic Chriſtus Dominus *in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*, diuinitatem ſuam circumpoſito noſtræ mortalitatis calceamento contexerat; quam in morte exutus, nudipes apparuit, & *decorem* immortalitatis *indutus* ſurgens è tumulo, & ex Oliueto cœlos aſcendens, omnia carnis mortalis indicia debuit excutere.

Ad Phil. 2.7.

Pſ. 92. 1.

CAPVT

Digitized by Google

Capvt XII.

In quo quarta Obiectio Proponitur & refellitur: quod Chriſtus Apoſtolos Excalceatos procedere iuſſerit.

quæſt. 63. in cap. 3. Math. NEruoſum & Achilleum planè argumentum in nos torquere ſe putant aduerſarij, cum Abulenſi, vbi probare contendunt Chriſtum nudipedem, ex inhibitione per ipſum facta Apoſtolis, *ne in via Calceamenta portarent.* (Matth. 10. & Luc 22.) Quorum vſum ſibi retinuiſſe, & eum Apoſtolis interdixiſſe non eſt credibile, ipſo præſertim teſtante Domino, *exemplum dedi vobis, &c.* Et eidem teſtimoniũ perhibente diſcipulo, quod (Actor. 1. 1.) *cœpit facere & docere.* Sed cum D. Bonauenturæ, Toſtati, Lyrani, & Fratrum Minorum venia, vibratum in nos iaculum liceat in ipſos retorquere & acuto Pſaltis verſiculo repungere *Sagittæ paruulorum* (dicamus & Minorum) *factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorũ.* (Pſal. 63. 8. Pſal. 77. 57.) Et *quemadmodum Patres eorum conuerſi ſunt in arcum prauum.* Qui, exponente Hieronymo, percutit dirigentem & vulnerat Dominum.

Eſto

Eſto igitur, exemplar Magiſtri ſequantur Apoſtoli: ſic viciſſim arguo & millenis Lyrani, Toſtati, & aliorum opinionibus præualente Auguſtini ſententia ſuffultus, ſic concludo: *Attendamus, inquit, Dominum noſtrum exemplum verum, qui ſi Calceatus non eſſet, &c.* Ergo cum *omnium artifex Sapientia* deſtruerę non debuerit verbo, quod ædificauit exemplo, Apoſtolis Calceamenta portare non prohibuit, cum ipſe magiſter exemplo ſuo Calceamenta portare docuerit: aduerte lector quàm fauſtis pro veritate pugnemus auſpiciis, quibus etiam auxiliares ab aduerſariis copiæ, armaque bellica miniſtentur. Vt non modò (quod iam ſolum intendebamus) Chriſtum Calceatum ab ipſo contradicentium ore extorſerimus, ſed quod infra propoſuerimus oſtendere, nimirum etiam Apoſtolos Calceatos, anticipata ipſi pro nobis probatione anteuerterint. Sap. 7. 21.

CAPVT XIII.

In quo proponitur obiectio de Calceamentis Apoſtolis interdictis per Chriſtum, cui plenè ſatisfit multiplici reſponſione in plura capita diuiſa.

PRIMA RESPONSIO.

Non ad litteram ſed myſticè deponenda Calceamenta.

VT quid ergo, inquiunt, tam clarè Chriſtus & explicitè dixit Apoſtolis; *Math. 10.9.* *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neque Calceamenta* tyrunculos certè, vel leuiter ſcripturæ ſacræ, & veterum Patrum armis inſtructos, huius loci verſatilis, ceu *gladij ancipitis* acies vibrata deterreat; ſed huic, multiplicem ſolidæ reſponſionis Clypeum obtendo, *Pſal. 149.6.* vimque omnem eius facili negotio retundo.

Ac

Digitized by Google

Ac primò quidem, licet procul à conuitiis abſim Religionum nudipedum, quarum cultu pluſquam ciuili & prope Duliæ, ſupplex & humilis lambo veſtigia. Si tamen quis earum profeſſor crudè nimis ad litteram hanc Chriſti ad Apoſtolos vocem accipiat, vt ſibi de Apoſtolico exemplo blandiatur; ſi quis eſt, quem aliud nil in hoc rigido vitæ arctioris *curriculo, præter puluerem Olympicum* laborioſiſſimæ vanitatis *collegiſſe iuuet*. Caueat iacula, ex peritiſſimi Auguſtini pharetra deprompta. *Superba enim mentis duritia huiuſmodi hominem laborare probat*. Superbam dixit: quia de ſcriptura malè intellecta gloriatur nudipes, Calceatumque inceſſu faſtuoſo contemnit, & tumido Calce proculcat: duritiam dixit: quod ceruice dura, & incircumciſo à mundi vanitate corde, non intelligat Chriſtum loculos habuiſſe, & Calceamenta portaſſe; & huiuſmodi rebus, ſenſu non litterali, ſed myſtico, prohibitos Apoſtolos non aduertat; quos & mortuis renuntiare operibus, & Sapientiam non abſcondere, & duplici animo non eſſe cauebat. *Horatius.*

Et notatu digniſſimum quod habet idem Auguſtinus ex profeſſo tractans hunc locum; cum enim notaſſet, Matth. 10. nec vir- *2. de Cõſenſ. Euang. cap. 30. circa ſinem.*

gam portare iuſſiſſe; Marci tamen 6. dixiſſe, *ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum*, ſic vtrumque componit litigium. *Vt illud quod dictum eſt nec virgam: intelligatur, nec minimas quidem res. Quod verò adiunctum eſt, niſi virgam tantum: intelligatur, quia per poteſtatem à Domino acceptam, quæ virga nomine ſignificata eſt, etiam quæ non portantur non deerunt. Vtrumque ergò Dominus dixit; ſed quia vtrumque vnus Euangeliſta non commemorauit, putatur ille qui virgam ſub alia ſignificatione poſitam tollendam dixit, ei qui virgam, rurſus aliud ſignificantem non tollendam dixit, eſſe contrarius: ſed iam ratione reddita non putetur, &c.* Ibidem ſubiicit immediatè, quod maximè in rem noſtram facit, dum opponit Marcum, breuiatorem Matthæi id quod fuſior Euangeliſta negauerat de Calceamentis non portandis; hoc aſſerere de portandis Sandaliis: dum Calceamenta litteraliter ſumit; Sandalia verò myſticè his verbis explicat. *Sic & Calceamenta cum dicit Mathæus in via non eſſe portanda, curam prohibet, quæ ideo portanda cogitantur, vt non deſint. Hoc & de duabus tunicis intelligendum eſt, ne quiſquam eorum præter eam quam eſſet indutus, aliam portandam putaret, ſollicitus ne opus eſſet, cum*

Aug. ibidem.

ex

Digitized by Google

ex illa poteſtate poſſet accipere. Proinde Marcus dicendo Calceari eos Sandaliis , vel ſoleis aliquid hoc Calceamentum , (nota vbique dum de Calceamentis loquitur Auguſtinus , ſine adiuncto , propriè dictos Calceos accipere ; vnde cum hic ſpeciem particularem Calceamenti indicet, cum ſuperaddito, Sandalia in Scriptura, Calceamenta propriè non eſſe.) *Myſticæ ſignificationis habere admonet, vt pes neque tectus ſit , neque nudus ad terram : id eſt, nec occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur. Et quod non portari, vel haberi duas tunicas , ſed expreſſius indui prohibet dicens , & ne induerentur duabus tunicis: quid eos monet, niſi non dupliciter , ſed ſimpliciter ambulare , ita Dominum omnia dixiſſe nullo modo dubitandum eſt, partim propriè, partim figuratè.*

Secundò dico, (vt ſupra ex D. Auguſtino & Caſſiano iam retuli) eum qui pertinacius huius loci litteræ adhæreat hæreſim Diſcalceatorum ſapere. Nec prætereundum quod D. Thomas in hunc locum adnotauit : *fuit quædam hæreſis , vt ait Auguſtinus , quæ dicebat quod nullus poſſet ſaluari, niſi hi qui nil poſſident , & hæc fuit hæreſis Apoſtolicorum. Item alia hæreſis fuit, quod nullus ſaluaretur niſi Diſcalceatus pergens: &* *in Math. 10.*

hac, fuerunt hæreſes: non quia malum præciperent: ſed quia non obſeruantibus viam præcludebant ſalutis. Duas dixit hæreſes, & diſtinxit: vnam quam vocat Apoſtolicorum, neque aurum, neque argentum, ex hoc loco, poſſidere licitum affirmantium: alteram Diſcalceatorum ex veteri lege, Moyſi, Ioſue, Iſaiæ, nudipedum, occaſione, Calceamenta vetita arbitrantium.

Tertiò Proinde concludo iuxta veteres Patres deponenda Calceamenta: id eſt vel ex mente Auguſtini *terram ſanctam ingredientes renuntiare debere mortuis operibus.* vel cum Ambroſio id officio Paſtoris incumbere, ſicut Moyſi, vt tam facile pellem, animæ Calceamentum, pro ſalute ouium exuere ſit paratus; quam expeditè poſſet Calceum pedis excutere. Cum Euſebio, Hugone Victorino, Ruperto Abbate, ſummam Diuinæ adorandæque præſentiæ, hac pedum expoliatione, ſignificatam, Reuerentiam exhibitam. Cum Origene in *In Luc. 10.* Gloſſa *nihil mortale eſſe in illis quos ad prædicandum mittebat, ne mortis timore retardarentur ab iniuncto itinere.*

CAPVT

CAPVT XIV.

In quo reſpondetur Apoſtolos non abſolutè Calceamenta portare Prohibitos, ſed duplicia, metu futuræ neceſſitatis.

NOn ſolus in hac ſententia fuit præcitatus D. Auguſt. ita enim & multi Eccleſiæ Patres hanc prohibitionem interpretati ſunt. Inter quos, & Iuuencus, *abuſum*, inquit, *non vſum prohibet, vt nec plantis bina tegmina circumferrent.* Et D. Thomas, *apud Iudæos*, inquit, *erat conſuetudo quod ſuis debebant prouidere magiſtris; ideo nil ferre præcepit cum mitteret eos ad Iudæos, &c. Vnde ſenſus eſt, Nolite poſſidere aurum, neq; argentũ neque pecuniam in Zonis veſtris. Non peram in via, neque duas tunicas, neque Calceamenta; id eſt, non eſt negotium vt alia Calceamenta poſſideatis, præter hac quibus eſtis Calceati.* Ex quibus apertè colligitur non ſimplicem vſum, ſed nimiam curam & ſollicitudinem duplicis Calceamenti, & prouiſionis faciendæ pro craſtino fuiſſe inhibitam. Quod ſole clarius patebit contextum Euangelij ponderanti. Cum enim dixiſſet Chriſtus, *neque*

lib. 2. Hiſt. Euang.

in Math. 10.

duas tunicas; continuò ſubiecit *neque Calceamenta*, ſubintelligendo duplicia. Quid enim aliud ſuis Apoſtolis inſinuauit Dominus, cum ſpecialiter cauit, *ne abirent in viam Gentium*. Quænam eſt hæc via Gentium? qua procedunt Gentes? quid Gentes inquirunt? Dominum ipſum hac de re diſſerentem audiamus: *ne ſolliciti ſitis*, ait, *animæ veſtræ. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur*? cur ita? *hæc enim omnia Gẽtes inquirunt*. hæc eſt via Gentium, quam tenere non debebant Apoſtoli. Hoc mandatũ prohibitiuũ Chriſti, de anxia ſollicitudine, *& prudentia carnis, filiorumque ſæculi.* Quæ iuxta Paulum *mors eſt*. Et ideò benè per Coria mortuorum adumbratur. Filij quippe ſæculi penuriæ futuræ prouidi proſpiciunt. At qui *electi erant de mundo*, eâ, quâ pro tempore vtebantur, tunica, & Calceamento contenti, alteram tunicam, & Calceamentum in ſacculo aut veſtiario recondere non debebant. Non abſimili ratione Hieronymus, id in neſcio quos torquet Philoſophos, quos ipſe Bactroperatas, quaſi perarum & ſacculorum portitores nuncupat. *Qui*, inquit, *ſæculi contemptores, ſecum vehebant Cellarium.* Eodem omnino ſenſu hunc locum Caietanus expoſuit.

Matth. 10. 5. *Matth. 6. 25.* *Matth. 6. 32.* *Rom. 8. 6.* *Ioan. 15. 19.* *Iero. to. 6 in Mat. 10.*

CAP. XV.

CAPVT XV.

In quo proponuntur obiectiones ex Euangelio Marci. VI. de Sandaliis Apoſtolorum, reliquiis, & imaginibus eorum, nec non de Primis Fidelibus, veteribuſque Patribus Nudipedes Commendantibus vel ſcripto vel exemplo.

NIl magis aduerſariorum ſententiæ reſpondet, nil arridet magis, quam quod apud Marcum cautum legimus, *vt irent tantum Calceati Sandaliis.* Speciem palmæ apud hiſtoriam naturalem Plinij videas, quam ipſe vocat, *Sandalidem*, quod aliquam in ramis Sandalij figuram expingat. Hic video Sandaligeros pedes palmam præferre manibus, & ſibi de parta in Calceatos victoria gratulari, quod diſcipulos ſuos præceperit Chriſtus, ire *Calceatos Sandaliis*, ſed facile nobis erit, & tam promptum Sandalides eorum manibus, quam ipſis, ſuis pedibus Sandalia excutere. Sed & cæteras prius obiectiones in vnum conferre videbitur opportunius.

Mar. cap. 6. 9.

lib. 13. cap. 4.

duas tunicas; continuò ſubiecit *neque Calceamenta*, ſubintelligendo duplicia. Quid enim aliud ſuis Apoſtolis inſinuauit Dominus, cum ſpecialiter cauit, *ne abirent in viam Gentium.* Quænam eſt hæc via Gentium? qua procedunt Gentes? quid Gentes inquirunt? Dominum ipſum hac de re diſſerentem audiamus: *ne ſolliciti ſitis*, ait, *animæ veſtræ. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur*? cur ita? *hæc enim omnia Gẽtes inquirunt*. hæc eſt via Gentium, quam tenere non debebant Apoſtoli. Hoc mandatũ prohibitiuũ Chriſti, de anxia ſollicitudine, *& prudentia carnis, filiorumque ſæculi.* Quæ iuxta Paulum *mors eſt*. Et ideò benè per Coria mortuorum adumbratur. Filij quippe ſæculi penuriæ futuræ prouidi proſpiciunt. At qui *electi erant de mundo*, eâ, quâ pro tempore vtebantur, tunica, & Calceamento contenti, alteram tunicam, & Calceamentum in ſacculo aut veſtiario recondere non debebant. Non abſimili ratione Hieronymus, id in neſcio quos torquet Philoſophos, quos ipſe Bactroperatas, quaſi peratum & ſacculorum portitorès nuncupat. *Qui*, inquit, *ſæculi contemptores, ſecum vehebant Cellarium.* Eodem omnino ſenſu hunc locum Caietanus expoſuit.

Matth. 10. 5. *Matth. 6. 25.* *Matth. 6. 32.* *Rom. 8. 6.* *Ioan. 15. 19.* *Ierō. 10. 6 in Mat. 10.*

Cap. XV.

CAPVT XV.

In quo proponuntur obiectiones ex Euangelio Marci. VI. de Sandaliis Apoſtolorum, reliquiis, & imaginibus eorum, nec non de Primis Fidelibus, veteribuſque Patribus Nudipedes Commendantibus vel ſcripto vel exemplo.

NIl magis aduerſariorum ſententiæ reſpondet, nil arridet magis, quam quod apud Marcum cautum legimus, *vt irent tantum Calceati Sandaliis.* Speciem palmæ apud hiſtoriam naturalem Plinij videas, quam ipſe vocat, *Sandalidem*, quod aliquam in ramis Sandalij figuram expingat. Hic video Sandaligeros pedes palmam præferre manibus, & ſibi de parta in Calceatos victoria gratulari, quod diſcipulos ſuos præceperit Chriſtus, ire *Calceatos Sandaliis*, ſed facile nobis erit, & tam promptum Sandalides eorum manibus, quam ipſis, ſuis pedibus Sandalia excutere. Sed & cæteras prius obiectiones in vnum conferre videbitur opportunius.

Mar. cap. 6. 9.

lib. 13. cap. 4.

Digitized by Google

to.7. tractat. Speciali de Sandaliis Apoſtol. in acta Apoſtol.

Secundò itaque opponunt Bonauenturæ teſtimonio ſubnixi; quod ſolea S. Petri vſque hodie Romæ ſeruetur. Et Cornelius à lapide notat Treuiris in templo Cathedrali ab eius præpoſito ſibi monſtratum eſſe Sãdalium S. Andreæ Apoſtoli, quod planè formam habebat ſoleæ.

Tertiò, Sic Calceati pinguntur Apoſtoli in antiquis picturis, etiam in templis Græcorum & Ruthenorum.

in vitis patrum cap. de Sancto Ioan.

Quartò, talis fuit ſenſus veterũ Patrum, Hieronymus enim de ſe & ſui temporis Monachis, *ita inquit omnia illa, exaſperante loco; vt non ſolum nudos pedes vt eramus nos, ſed & Calceamentis munitos terebret & ſecet.* & idem alibi *Diſcipuli tot orbe peregrini, non æs in Zona, non caligas habuere in pedibus.* addunt & Euſebium dicentem: *deſiderabam videre ſanctum illum & pſallentem Chorum, qui ad exemplum melioris vitæ cæteris omnibus viuunt, legis Dei, atque Euangelij taciti prædicatores, in quibus ipſe habitus præfert virtutis inſignia, hirſutum Caput, pedes nudi, Apoſtolis ſimiles.* & ibidem: *ante omnia Origenis præcepta Euangelica, & voces Saluatoris, ſummo amore & ſtudio implenda eſſe cenſebat quibus præcipitur duas tunicas non habendas nec Calceamentis vtendum, nec de*

Epiſt 11. ad Ageruc. à medio. 6 Hiſt. Eccl.

cap. de laudib. Origenis.

Digitized by Google

de craſtino cogitandum, &c. ita denique per multos annos abſque omni Calceamento nudis traditur inceßiſſe veſtigiis. Quin & Greg. Nazian. *optabam, inquit, homines videre qui viuerent ad exemplum prædicatoris Euangelij Chriſti, nudis pedibus incedentes, propter Regnum pauperes, propter paupertatem Reges.* Quibus adde Clementem Alexandrinum, *viro pulchrè conuenit nullos habere Calceos, præterquam ſi militet. Calceatum enim eſſe propè accedit ad id quod eſt, eſſe ligatum. Optimum quidem eſt genus exercitationis nudis vti pedibus, & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem, vbi non prohibeat neceßitas; quod ſi iter non ingrediamur, nec nudis incedere pedibus pati poßimus, ſoleis vtendum eſt: eas autẽ Attici vocabant* κονίποδας, *quod pedes, quantum ego coniicio, terræ appropinquarent. Tenuis ac ſimplicis Calceaturæ teſtis ſufficit Ioannes, qui dicebat ſe non eſſe dignum ſoluere Corrigiam Calceamenti Domini. Non enim Curioſos aut ſuperfluos habebat Calceos, qui veræ Philoſophiæ typum oſtendebat Hebræis.* lib. 2. pedag. cap. 11.

CAPVT

CAPVT XVI.

In quo reſpondetur primæ obiectioni, factæ, de Sandaliis Apoſtolorum.

AD plenam Diui Marci, de Apoſtolis miſſis ad prædicandum cum Sandaliis, intelligentiam: ſupponendum ex doctrina Diui Thomæ, duo fuiſſe diuerſa tempora, quibus Chriſtus diſpenſandi verbi ſui Apoſtolis ſuis commiſit officium: Primò, quidem ante Paſſionem dum eos per ſolam Iudæam ſemen Euangelij ſpargere mittebat: Secundò, ſub diem Paſſionis, cùm eos Gentibus deſtinabat. Sic enim ille: *Difficultatem*, inquit, *habent hæc verba: Et ideò dicendum, quod fuit vna via ſecundùm Hieronymum, exponendo ad literam, quod præcepit aliquid propter officium Apoſtolatus, & non quod ſit de neceſſitate ſimpliciter, ſed ſecundùm illud tempus, Vnde ante paſſionem præcepit nil ferre*, (neque aurum, neque argentum, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, *ſupple duplicia ſed tantùm vt irent calceati Sandaliis; in paſſione autem Luc. 22. dicit: Quando miſi vos ſine*

D. Tho. in Matt. 10.

ſine baculo, & pera, nunquid aliquid defuit vobis? & ſequitur: ſed nunc qui habet ſacculum, emat ſimiliter & peram, & qui non habet vendat tunicam, & emat gladium. Quia igitur duo diuerſa tempora ſunt, diuerſa proinde mandata, data ſunt Apoſtolis. Vnde ſubtexit Diuus Thomas: *ante paßionem miſſi ſunt ad Iudæos, apud quos erat conſuetudo, qua ſuis debebant prouidere Magiſtris, ideò nihil ferre præcepit cùm eos mitteret ad Iudæos. Sed iſta conſuetudo non erat in Gentibus: Ideò cùm miſſi ſunt ad Gentes, data eſt eis licentia portandi ſumptus. Portabant igitur quando prædicabant aliis, quàm Iudæis. Et quia quædam ſunt ad neceßitatem, alia quibus emuntur neceſſaria, hoc eſt, quod dicitur, quod quædam ſunt diuitiæ artificiales, vt veſtes & calceamenta. Ideò vtrumque prohibet*, & aurum & argentum, quibus neceſſaria comparantur; & veſtes & & calceamenta & peram, quæ victui, & veſtitui ſunt neceſſaria, dum Iudæis prædicaturi mittuntur. Vnde ſubdit Diuus Thomas ponderans verba, *Neque calceamenta. Et quare prohibuit? Duplex eſt cauſa, eadem ratione, qua aurum, & argentum,* ſcilicet vt neque dum, prædicarent Iudæis de more ſuis Magiſtris prouidentibus, du-

D. Tho. ibidem.

plices

plices ſecum tunicas, aut gemina calceamenta portarent, ſed vt iuxta Marcum Sandaliis contenti eſſent, dum breui Iudeæ ſpatio, pagiſque, villis, & caſtellis adiacentibus Euangelium pacis nuntiarent. *Ideò*, inquit, *Doctor Angelicus, voluit quod abiecti eſſent, pauperes enim in partibus Orientis vadunt Diſcalceati, vtuntur tamen quibuſdam, quæ Sandalia dicuntur, & fiunt de paleis, ideò volebat vt irent ſicut pauperes illius patriæ. Alia ratio, quia ſicut docuit Plato, quod homines non multum cooperirent, nec pedes, nec caput, ideò, vt firmaret eos, vt magis robuſti eſſent, ad ſuſtinendum, præcepit eos ire Diſcalceatos.* Suppoſito igitur hoc diuerſo tempore, diuerſiſque populis, & Regionibus, quibus Apoſtoli ad prædicationem miſſi ſunt, dum in Iudæa manſerunt, Sandalia tantùm in vſu habuerunt: ſed cùm ad Gentes, & remotiſſimas orbis plagas, frigidiſſimaſque Regiones perrexerunt, & pecuniam, & geminas tunicas, multò magis calceamenta, vtpote ad aſpera quæque loca facilius traiicienda, Domino ſic prouidè diſponente, & pro tempore ablata, reſtituente, ſecum portauerunt. Quis enim credat huc, illucque quotidie peragrantes, non dicam cum Diuo Thoma Sandaliis

D. Tho. ibidem.

con

Digitized by Google

contextis] ex palea, ſed & coriaceis iuſſos ambulare: cum & ſtatui paupertatis repugnantia magis, minuſque calceamentis neceſſaria, morti proximus reddiderit, & argentum quo quidlibet emerent, & gladium ipſum, quo ſe defenderent.

Hoc ſenſu Tertulianus innuit vtriuſque teſtamenti conditorem, pro varietate temporum, & calceamenta Hebræorum in deſerto ſeruaſſe, & Apoſtolis in media Iudæa abſque indigentia futuris, duplicis calceamenti ſollicitudinem præcidiſſe. *Profectionem filiorum Iſraëlis, Creator etiam illis ſpoliis aureorum & argenteorum vaſculorum, & veſtium, præter oneribus conſparſionum, offarcinatam, eduxit de Ægypto, Chriſtus autem nec virgam Diſcipulis in via ferre, præſcripſit. Illi enim in ſolitudinem promouebantur, hi autem in ciuitates mittebantur; Conſidera cauſarum offerentiam, & intelliges vnam & eandem poteſtatem, quæ ſecundùm penuriam & copiam expeditionem ſuorum diſpoſuit; proinde per ciuitates abundaturam circumcidens, ſicut & egituram per ſolitudinem ſtruxerat. Etiam calceamenta portare vetuit illos. Ipſe enim erat, ſub quo, nec in ſolitudine per tot annos populus calceamenta detriuerat.* Ex quo profundiſſimi authoris teſtimonio pe- 4. contr. Mar. cap. 24.

ritus

ritus Lector adnotat; Primò non ſimpliciter prohibitos Apoſtolos calceamenta portare, ſed vt ſæpius dixi, duplicia; vtpote quia Chriſtus poterat Apoſtolorum calceamenta ſeruare, ſicut per tot annos populus in ſolitudine, nec ſua detriuerat. Secundò per ciuitates Iudeæ abundaturis circumcidiſſe ſollicitudinem, & conſequenter, per ſolitudinem, horridaque loca peregrinaturis, & egituris Apoſtolis poſteà prouidiſſe. Nec diſſentit Hieronymus eundem Euangelij locum explicans: *Non quod*, inquit, *in locis Scythiæ, & glaciali niue rigentibus, vnâ quis tunica debeat eſſe contentus; ſed ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus.* Quod ſi duplex tunica permittitur ratione loci, & frigoris, & itineris, multò magis ſimplex calceamentum illis permitti debuit.

Hieron. in Matt.

CAPVT XVII.

In quo idem egregia Diui Chryſoſtomi Authoritate confirmatur.

AVreum planè, & lingua, & calamo Chryſoſtomi dignum Oraculum, di-

rectè

rectè obiectioni reſpondens iuxta D. Thomæ Occumenij, Antonini, & aliorum mentem. Quo ſic fatur: *Operæ pretium his fuerit in medium aliquid afferre, de quo frequens eſt quæſtio, Et quidnam hoc? Dicebam morem Apoſtolicorum Calceorum, nonnihil nobis conferre vtilitatis. Sed cum hoc dico, incidit mihi lex, quam Chriſtus poſuit, dicens: non poßidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in Zonis veſtris, neque calceos, neque virgam in via. Manifeſtum autem eſt, Petrum habuiſſe Sandalia. Vnde cùm Angelus eum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait, calcea te Sandalibus tuis. Et Paulus Timotheo ſcribit penulam, quam reliqui Troade, &c. Quid dices Paule? Chriſtus iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius Sandalia, &c. Cùm videant Gentiles interdum fidelium aliquos pluribus veſtiri amiculis, continuo eis legem Chriſti obiiciunt, & dicunt, nónne præcepit vobis Chriſtus ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta? Quomodo ergo vos legem illam prauaricamini? &c. Videndum eſt in huiuſmodi quibus & quando ea Chriſtus imperauerit. Non enim obiter, & nudè inquirenda ſunt hæc: ſed operæ pretium fuerit ſimul, & perſonam, & tempus, & omnia hæc diligenter præſcrutari.*

Tom 4. in verba Rom. 16. ſalutate Priſcam.

Itaque

ritus Lector adnotat; Primò non ſimpliciter prohibitos Apoſtolos calceamenta portare, ſed vt ſæpius dixi, duplicia; vtpote quia Chriſtus poterat Apoſtolorum calceamenta ſeruare, ſicut per tot annos populus in ſolitudine, nec ſua detriuerat. Secundò per ciuitates Iudeæ abundaturis circumcidiſſe ſollicitudinem, & conſequenter, per ſolitudinem, horridaque loca peregrinaturis, & egituris Apoſtolis poſteà prouidiſſe. Nec diſſentit Hieronymus eundem Euangelij locum explicans: *Non quod,* inquit, *in locis Scythiæ, & glaciali niue rigentibus, vnà quis tunica debeat eſſe contentus; ſed ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus.* Quod ſi duplex tunica permittitur ratione loci, & frigoris, & itineris, multò magis ſimplex calceamentum illis permitti debuit.

Hieron. in Matt.

CAPVT XVII.

In quo idem egregia Diui Chryſoſtomi Authoritate confirmatur.

AVreum planè, & lingua, & calamo Chryſoſtomi dignum Oraculum, directè

Digitized by Google

recte obiectioni reſpondens iuxta D. Thomæ Oecumenij, Antonini, & aliorum mentem. Quo ſic fatur: *Operæ pretium his fuerit in medium aliquid afferre, de quo frequens eſt quæſtio, Et quidnam hoc? Dicebam morem Apoſtolicorum Calceorum, nonnihil nobis conferre vtilitatis. Sed cum hoc dico, incidit mihi lex, quam Chriſtus poſuit, dicens: non poßidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in Zonis veſtris, neque calceos, neque virgam in via. Manifeſtum autem eſt, Petrum habuiſſe Sandalia. Vnde cùm Angelus eum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait, calcea te Sandalibus tuis. Et Paulus Timotheo ſcribit penulam, quam reliqui Troade, &c. Quid dices Paule? Chriſtus iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius Sandalia, &c. Cùm videant Gentiles interdum fidelium aliquos pluribus veſtiri amiculis, continuo eis legem Chriſti obiiciunt, & dicunt, nónne præcepit vobis Chriſtus ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta? Quomodo ergo vos legem illam præuaricamini? &c. Videndum eſt in huiuſmodi quibus & quando ea Chriſtus imperauerit. Non enim obiter, & nudè inquirenda ſunt hæc: ſed operæ pretium fuerit ſimul, & perſonam, & tempus, & omnia hæc diligenter præſcrutari.*

Tom 4. in verba Rom. 16. ſalutate Priſcam.

Itaque

ritus Lector adnotat; Primò non ſimpliciter prohibitos Apoſtolos calceamenta portare, ſed vt ſæpius dixi, duplicia; vtpote quia Chriſtus poterat Apoſtolorum calceamenta ſeruare, ſicut per tot annos populus in ſolitudine, nec ſua detriuerat. Secundò per ciuitates Iudeæ abundaturis circumcidiſſe ſollicitudinem, & conſequenter, per ſolitudinem, horridaque loca peregrinaturis, & egituris Apoſtolis poſteà prouidiſſe. Nec diſſentit Hieronymus eundem Euangelij locum explicans: *Non quod*, inquit, *in locis Scythiæ, & glaciali niue rigentibus, vnà quis tunica debeat eſſe contentus; ſed ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus.* Quod ſi duplex tunica permittitur ratione loci, & frigoris, & itineris, multò magis ſimplex calceamentum illis permitti debuit.

Hieron. in Matt.

Capvt XVII.

In quo idem egregia Diui Chryſoſtomi Authoritate confirmatur.

AVreum planè, & lingua, & calamo Chryſoſtomi dignum Oraculum, directè

recte obiectioni reſpondens iuxta D. Thomæ Oecumenij, Antonini, & aliorum mentem. Quo ſic fatur: *Operæ pretium his fuerit in medium aliquid afferre, de quo frequens eſt quæſtio, Et quidnam hoc? Dicebam morem Apoſtolicorum Calceorum, nonnihil nobis conferre vtilitatis. Sed cum hoc dico, incidit mihi lex, quam Chriſtus poſuit, dicens: non poßidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in Zonis veſtris, neque calceos, neque virgam in via. Manifeſtum autem eſt, Petrum habuiſſe Sandalia. Vnde cùm Angelus eum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait, calcea te Sandalibus tuis. Et Paulus Timotheo ſcribit penulam, quam reliqui Troade, &c. Quid dices Paule? Chriſtus iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius Sandalia, &c. Cùm videant Gentiles interdum fidelium aliquos pluribus veſtiri amiculis, continuo eis legem Chriſti obiiciunt, & dicunt, nónne præcepit vobis Chriſtus ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta? Quomodo ergo vos legem illam præuaricamini? &c. Videndum eſt in huiuſmodi quibus & quando ea Chriſtus imperauerit. Non enim obiter, & nudè inquirenda ſunt hæc: ſed operæ pretium fuerit ſimul, & perſonam, & tempus, & omnia hæc diligenter præſcrutari.*

Tom 4. in verba Rom. 16. ſalutate Priſcam.

Itaque

ritus Lector adnotat; Primò non ſimpliciter prohibitos Apoſtolos calceamenta portare, ſed vt ſæpius dixi, duplicia; vtpote quia Chriſtus poterat Apoſtolorum calceamenta ſeruare, ſicut per tot annos populus in ſolitudine, nec ſua detriuerat. Secundò per ciuitates Iudeæ abundaturis circumcidiſſe ſollicitudinem, & conſequenter, per ſolitudinem, horridaque loca peregrinaturis, & egituris Apoſtolis poſteà prouidiſſe. Nec diſſentit Hieronymus eundem Euangelij locum explicans: *Non quod*, inquit, *in locis Scythiæ, & glaciali niue rigentibus, vnà quis tunica debeat eſſe contentus; ſed ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus.* Quod ſi duplex tunica permittitur ratione loci, & frigoris, & itineris, multò magis ſimplex calceamentum illis permitti debuit.

Hieron. in Matt.

CAPVT XVII.

In quo idem egregia Diui Chryſoſtomi Authoritate confirmatur.

AVreum planè, & lingua, & calamo Chryſoſtomi dignum Oraculum, directè

recte obiectioni reſpondens iuxta D. Thomæ Oecumenij, Antonini, & aliorum mentem. Quo ſic fatur: *Operæ pretium his fuerit in medium aliquid afferre, de quo frequens eſt quæſtio, Et quidnam hoc? Dicebam morem Apoſtolicorum Calceorum, nonnihil nobis conferre vtilitatis. Sed cum hoc dico, incidit mihi lex, quam Chriſtus poſuit, dicens: non poſſidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in Zonis veſtris, neque calceos, neque virgam in via. Manifeſtum autem eſt, Petrum habuiſſe Sandalia. Vnde cùm Angelus eum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait, calcea te Sandalibus tuis. Et Paulus Timotheo ſcribit penulam, quam reliqui Troade, &c. Quid dices Paule? Chriſtus iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius Sandalia, &c. Cùm videant Gentiles interdum fidelium aliquos pluribus veſtiri amiculis, continuo eis legem Chriſti obiiciunt, & dicunt, nónne præcepit vobis Chriſtus ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta? Quomodo ergo vos legem illam præuaricamini? &c. Videndum eſt in huiuſmodi quibus & quando ea Chriſtus imperauerit. Non enim obiter, & nudè inquirenda ſunt hæc: ſed operæ pretium fuerit ſimul, & perſonam, & tempus, & omnia hæc diligenter præſcrutari.*

Tom 4. in verba Rom. 16. ſalutate Priſcam.

Itaque

Digitized by Google

ritus Lector adnotat; Primò non ſimpliciter prohibitos Apoſtolos calceamenta portare, ſed vt ſæpius dixi, duplicia; vtpote quia Chriſtus poterat Apoſtolorum calceamenta ſeruare, ſicut per tot annos populus in ſolitudine, nec ſua detriuerat. Secundò per ciuitates Iudeæ abundaturis circumcidiſſe ſollicitudinem, & conſequenter, per ſolitudinem, horridaque loca peregrinaturis, & egituris Apoſtolis poſteà prouidiſſe. Nec diſſentit Hieronymus eundem Euangelij locum explicans: *Non quod*, inquit, *in locis Scythiæ, & glaciali niue rigentibus, vnà quis tunica debeat eſſe contentus; ſed ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus.* Quod ſi duplex tunica permittitur ratione loci, & frigoris, & itineris, multò magis ſimplex calceamentum illis permitti debuit.

Hieron. in Matt.

Capvt XVII.

In quo idem egregia Diui Chryſoſtomi Authoritate confirmatur.

AVreum planè, & lingua, & calamo Chryſoſtomi dignum Oraculum, directè

Digitized by Google

recte obiectioni reſpondens iuxta D. Thomæ Oecumenij, Antonini, & aliorum mentem. Quo ſic fatur: *Operæ pretium his fuerit in medium aliquid afferre, de quo frequens eſt quæſtio, Et quidnam hoc? Dicebam morem Apoſtolicorum Calceorum, nonnihil nobis conferre vtilitatis. Sed cum hoc dico, incidit mihi lex, quam Chriſtus poſuit, dicens: non poſſidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in Zonis veſtris, neque calceos, neque virgam in via. Manifeſtum autem eſt, Petrum habuiſſe Sandalia. Vnde cùm Angelus eum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait, calcea te Sandalibus tuis. Et Paulus Timotheo ſcribit penulam, quam reliqui Troade, &c. Quid dices Paule? Chriſtus iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius Sandalia, &c. Cùm videant Gentiles interdum fidelium aliquos pluribus veſtiri amiculis, continuo eis legem Chriſti obiiciunt, & dicunt, nónne præcepit vobis Chriſtus ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta? Quomodo ergo vos legem illam præuaricamini? &c. Videndum eſt in huiuſmodi quibus & quando ea Chriſtus imperauerit. Non enim obiter, & nudè inquirenda ſunt hæc: ſed operæ pretium fuerit ſimul, & perſonam, & tempus, & omnia hæc diligenter præſcrutari.*

Tom 4. in verba Rom. 16. ſalutate Priſcam.

Itaque

Digitized by Google

Itaque cùm hæc diligenter conſideramus, inuenimus, quod ipſa non ſint omnibus imperata, ſed Solis Apoſtolis: & neque illis in omne, ſed ad præſcriptum, & determinatum tempus.
Mat. 10. 5. *Et vnde hoc manifeſtum? Ex dictis ipſis: dicit enim, vocatis duodecim Diſcipulis dixit eis: in viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Ite potius ad oues domus Iſrael, quæ perierunt, infirmos curate, dæmones eiicite: gratis accepiſtis, gratis date: ne poßideatis aurum, &c. paupertatem, ſignorum poteſtate leuem, & facilem reddens, &c. Si præcepta ſunt hæc Solis Apoſtolis, quid in cauſa eſt, quòd licet præceptum fuerit ne haberent calceos, vel geminas veſtes, inuenti ſunt eos poßidentes; nam alius poſſedit penulam, alius verò Sandalia? Quid igitur ad hæc dicemus? Chriſtus neque Apoſtolos ſemper huius legis neceßitate obſtringi voluit, ſed & eos abſoluit ab hac lege, cùm iam ad ſalutarem Crucem iturus eſſet, & vn-*
Luc. 22. 36. *de hoc liquet? Ex Saluatoris ſermonibus. Nam Paßionem aggreſſurus, vocatis illis dixit, cùm vos mitterem ſine marſupio, & pera, aliquidne deerat? At hi reſpondentes dixerunt, nihil. Ipſe autem dicebat eis: ſed nunc qui habet marſupium, tollat & peram: & qui non habet, vendat veſtem ſuã, & mercetur gladium, &c.*

Quare

Quare hoc fecit? ſanè hac admodum dignè fecit, pro ſua ſapientia, curaque quam pro diſcipulis gerebat. Ab initio enim vocationis hoc faciebat vt diſcipuli periculum virtutis ſuæ facerent: Et poſthac in orbem terrarum exituri, hoc exemplo animati magis fiderent. Verum vbi iam potentiam ſuam agnoſcere cœperunt, voluit vt & ipſi domi virtutis ſpecimen aliquod præberent, permiſitque ipſoſmet ſuas ferre tentationes ne ſcilicet perpetuo otioſi reſiderent & ad finem vſque in omnibus quaſi pueri geſtarentur. Et quemadmodum qui artem natandi docent, principio multa diligentia diſcipulos geſtant: poſt vnum autem & alterum & tertium diem, ſubtracta dextera illis præcipiunt, vt ſeipſos iuuent. Et nonnunquam illos parumper mergi ſinunt, ita vt & multum ſalſuginis ſorbeant; ita ſanè & cum diſcipulis ſuis Chriſtus faciebat. Nam initio nihil eos pati ſinebat, vel paruum vel magnum, ſed vbique aderat muniens & circumuallans eos, facienſque vt omnia vbertim eis affluerent: cùm verò tempus eſſet, vt ipſi virilitatem ſuam declararent, ſubtraxit aliquandiu beneficium, præcipiens eis, vt etiam per ſeipſos multa perficerent. Atque ob hanc cauſam cùm non habebant calceos, vel Zonam, vel baculum, vel æs, nihil eis deerat, &c. Cæterum qu

Digitized by Google

tempore permiſit eis vt marſupium haberent, & peram, & calceos, inueniebantur & eſurientes, & ſitientes, & nudi incedentes, &c. & quemadmodum aues pullos ſuos fouentes, tamdiu in nido ſedent, donec illorum plumæ increſcant, quas dum increuiſſe viderint, eos primum circa nidum volitare docent, dein adminiculo ſuo totos deſtituunt: ita faciebat, & Chriſtus. In Palæſtina enim quaſi in nido nutricabat diſcipulos, & exin eos volare docuit præſens & geſtans; tandem permiſit eos volare in totum orbem, dato eis mandato ne ſibiipſis deeſſent, &c. Cùm mitterem vos, &c. Sed nunc qui habet marſupium, ad legem priorem obſtrictos nolo, neque à vobis idem quod antea exigo, vt ne quaſi per inanima organa, per vos operari exiſtimet; adhibete & vos veſtram diligentiam, & induſtriam, &c. Noluit priorem legem tam arctam manere, ſed eius ſeueritatem nonnihil relaxauit, vt & ita non eſſet eis grauis, & intolerabilis vita, ſi vbique derelinquerentur, & ſimul duram hanc legem ſeruare cogerentur. Huc vſque proprijs verbis Chryſoſtomus.

Ex quibus Chryſoſtomi dictis ſequentes concluſiones elicio, primo ex ſenſu D. Antonini *ſciendum eſſe quod mandatum iſtud temporale extitit*, triennio nempè, vſum ſacculi,

culi, duplicis tunicæ, & Calceamenti dupli-cis fuiſſe prohibitum.

Secundò, horum omnium vſum ipſis reſtitutum, & expreſsè Calceos.

Tertiò, ex mente Chryſoſtomi plus eſſe Sandalia, quàm ſimplices Calceos: quod patet ponderanti quod dicit *quid dicis Paule? Chriſtus iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius Sandalia.* Quaſi diceret exaggerando, Chriſtus duas tunicas vetat, & tu habes penulam in depoſito: Chriſtus inhibet Calceos, & Petrus etiam iubente Angelo calceat caligas. Et quidem non ignoro in Græco haberi Sandalia. Sed Biblia Sacra vulgatæ editionis Sixti V. iuſſu recognita atque edita, ex linguæ vtriuſque peritiſſimorum verſione, habent pro Sandaliis, Caligas. Quin & Syriacè *Talera* id eſt talares Calceos. Vnde & Feſtus *tibiatim Calcerare*, dixit. Latinis vero, Græcis, Gallis, Hiſpanis, Caligæ tibiarum indumenta ſunt. Et Gaudentius Epiſcopus quæ Marci 6. Sandalia, Caligas ipſe nominat, ideſt Calceamenta ſimul & Caligas. Et D. Antoninus ſuprà, *Petro quoque*, inquit, *in Actibus Apoſtorum dictum fuit ab Angelo, accipe caligas tuas; niſi quis dicat caligatum fuiſſe, & non calceatum, quod non eſt conſuetum.* Gloſ-

Chryſoſt. ſuprà.

Act. 12. 18.

Lib. 16.

Serm. 6. in Exod

Digitized by Google

ſa quoque interlinearis, *exemplum*, inquit, *datur non ambulandi ſine Calceamentis*. Nec inſulsè dixerit quis per Petri Caligas, intelligi ocreas piſcatoris: cum etiam artem piſcatoriam poſt Reſurrectionem Chriſti Apoſtoli exercuiſſe legantur.

Quartò ſi Petrus adhuc in Iudæa verſatus, nec longè profectus pluſquam Calceis vtebatur, quid Romam profecturus, & tam ipſe quàm cæteri Apoſtoli orbem peragraturi, calceamenta non portauerint, Chriſto præſertim ante mortem marſupium, & alia vitæ neceſſaria ipſis ſecum habere permittente. Præter hæc teſtimonia, accedit & illud Oecumenij doctiſſimi; *præcepta*, inquit, *illa ad tempus ſeruanda dabantur*.

Oecum. in Act. 12.

Capvt XVIII.

In quo aliter Reſpondetur obiectioni factæ de Sandaliis Apoſtolorum.

SI authores linguæ Græcæ conſulamus, magnam in Sandalij ſignificatione diuerſitatem videbimus σανδάλιον enim idem ſonat, quod *Pantofalo Italis*, nobiſque Gallis, *Pantoufles*. cum Terentio credidit Iulianus,

lianus, ſpeciem Calceamenti muliebris, Sandalia dixere cum Turnebo, Pollux, & Petrus Victorinus, elegantiſſima mulierum Calceamenta. *Similiter, ait, Clemens Alexandrinus, in Calceamentis quoque, ſuperbæ, arrogante ſque fæminæ magnam oſtendunt mollitiem. Verè ergo turpia ſunt illa Sandalia, in quibus ſunt aurea veluti donaria, &c. multa autem eis quoque amatorias ſalutationes imprimunt, vt vel per terram numeroſè incedentes, meretricios ſpiritus in inceſſu inſculpant. Valere ergo ſunt iubenda aureorum & Gemmeorum Sandaliorum vana artificia, & crepidæ Atticæ, & Sicyoniæ, Cothurníque Perſci & Hetruſci.* Quibu setiam Sacræ paginæ ſuffragantur; dum *Sandalia Iudit rapuerunt oculos Holophernis.* *2. Pedag. cap. 11.* *Iudith. 10. 3.*

Videte nunc ſi longo, difficili, diutino vexàndos itinere pedes, vel muliebri Calceo vel ad ſingulos Greſſus fluida crepida, vel Piſcatoris ocrea, caligaque Coriacea tibiali, diſcipulorum pedes Chriſtus impediuerit magis, quàm munierit. Melius ergo non curioſos & curiales Calceos, ſed viles ac ſimplices, ad iniurias itineris & temporis ſubeundás; oportet intelligere. Vnde Chryſoſtomus cum Apoſtolos & prædicatores, Chriſti pedes appellaſſet, qui- *Tom. 1. Homil. 3. in cap. 3.*

Digitized by Google

bus orbem peragrat vniuerſum, Calceos, horum pedum fortitudinem, & firmitatem putat, qua eos protexit & operuit, iuxta il-
Pſal. 32. 6. lud pſaltis, *verbo Domini cœli firmati ſunt.* præterea cum Gloſſa interlinearis Marci. 6. per Sandalia, occultam ſapientiam adnotet figurari, reſpondeat Lyranus, ſi vt ipſe deſcribit, *Sandalia ſunt quæ non habent Corium deſuper*; quomodo littera poterit adumbrare occultæ ſapientiæ myſterium, per Calceum, cui non ſit corium deſuper, ſed ſit patulum & apertum; Neque veroſimile eſt Apoſtolos hoc genere Calceamenti vſos, quod tam malè audiat apud Origenem, vbi Sandalium innuit ſignificare do-
in Mat. 22. ctrinam hæreticam: *omnis*, inquit, *ſermo hæreticus nec Calceatus omnino, nec omnino excalceatus eſt.* Quaſi dicat Sandaliatum.

Et vt abſoluam myſteria: ſi ideò Apoſtoli ſine Calceamentis incedere iuſſi ſunt, ne quid prædicatores gratiæ Dei, *quæ eſt*
Rom. 6. 23. *vita æterna* mortalitatis circunferrent: quomodo ſtare poteſt hæc myſtica ſignificatio cum Sandaliis, quæ quidquid habent Corij, de morticinio mutuantur?

Quid de Sandaliorum varietate loquar, quibus diuerſi excalceatorum Ordines diuerſimodè vtuntur; & omnes tamẽ Chriſti

&

& Apoſtolorum eius in hac pedum nuditate ſequi veſtigia conteſtantur. Soccíſne ligneis, an Sandaliis coriaceis, vel palea, iunco, funibuſque contextis pedes muniti procedebant? Scitè & lepidè Epiphanius; *vnuſquiſque veſtrum*, inquit, *differentia portat Calceamenta, vnuſquiſque ea propria voluntate, modo, actione ſubligat.*

in epiſt. reſponſoria ad Superiores.

Præterea doctos non latet, Maiores noſtros exemplo Moyſis, Ioſue, aliorumque veterum inſtitutos, ſacra facturos ad altaria proceſſiſſe Nudipedes. Verum ſacroſancta Epiſcoporum Galliæ Synodus à Bonifacio collecta anno 742. præcepit Sacerdotibus, *vt miſſam Sandaliis Calceati celebrent.* Vnde ſic argumentor, ſi Calceamenta quibus vtuntur Excalceati, verè & propriè Sandalia ſunt quid ea deponunt ad altare proceſſuri, & aliud Calceamenti genus opertum, & vt eleganti Lyrani locutione vtar, *habens Corium deſuper*, ſuis pedibus circumponunt, ergo vel ea quæ ex vſu pedibus inducunt, verè Sandalia non ſunt; vel ſi propriè Sandalia ſunt, expreſsè contra ſanctæ Synodi conſtitutionem agunt, dum Sandalia, ſacrificaturi deponunt, Neque multum nos vrget quod obiicere ſolent de rupta ad portam Alexandriæ Ægypti D.

lib. 5. capitul. Carlomãni fol. 161. edit. anni 1588.

Lyranus in Marc. ſup.

Marci Sandalij Corrigia. Nec vexat acrius quod opponunt de Sanċti Bartholomæi Sandaliis 25. annorum ſpatio nil attritis. Primò quidem quia huiuſmodi futiles & vanæ obſeruationes ex quibuſdam Abdiæ Babylonij Apocryphis depromptæ fidem non faciunt. Secundò quia D. Antoninus loco ſupra citato longè fide dignior notat Marcum optimum Petri diſcipulum & imitatorē fideliſſimū, Calceum ſuū (non dixit Sandalium) ſartori dediſſe reſarciendum.

Anton. ſuprà.

CAPVT XIX.

In quo reſpondetur obiectioni facta de imaginibus & Sandaliis Apoſtolorum, lociſque Patrum, Nudipedes vel Sandaligeros commendantibus.

EX ſupradictis facilè diſſoluuntur obiectiones quælibet tam à D. Bonauentura, quam aliis Diſcalceatis Ordinibus factæ, vel faciendæ. Suppoſita enim diſtinctione à D. Chryſoſtomo, & Angelico Doctore præcitata de duobus diuerſis temporibus & præceptis, quæ manifeſtè in textu Euangelico exprimuntur: dico, ſi quæ Apoſtolorum

ſtolorum etiamnũ extant Sandalia, quæ fideles pro reliquiis venerentur; ſi quæ imagines ipſorum vel antiquæ, vel nouæ cum Sandaliis pictæ ſuſpectæue cernuntur; ſi qui Patres, vel omnimodam pedum nuditatem, vel Sandaliorum vſum, ſcriptis ſuis exemplisque ſecundum Apoſtolicam formam praximque Commendant; id totum referendum eſſe ad primum illud tempus quo Nudipedes, vel Sandaliis Calceati Apoſtoli primos veluti ſuæ probationis annos in Iudæa per caſtella & ciuitates prædicaturi pergebant: non autem ad illud quo ſecundum litteram, germanumque eius ſenſum, reſtitutis omnibus, vſque ad marſupium & gladium, quo & Petrus Malchi ſuccidit auriculam, ad totius orbis conuerſionem à Chriſto ſunt miſſi. Inſtat aduerſarius, & D. Thomam ambidextrum Aod æmulum, non nobis ſolum, ſed & ſibiipſi opponit, dum ex mente Pauli *Calceatos* ait, *pedes in præparationem Euangelij pacis. In ſignum huius miſit Apoſtolos Dominus Marci 6. Calceatos Sandaliis quæ habent ſubtus ſoleas: per quod ſignificatur eleuatio mentis à terrenis: & aperta ſunt ſuperius, per quod ſignificatur promptitudo ad Diuinam Sapientiam.* Bene herclè quod non tantum myſticè explicat, ſed

D. Tho. in epiſt. ad Eph. cap. 6.

ſed & Marcum citat Breuiatorem Matthæi
& ad tempus retrotrahit, quo per Iudæam
pacem prædicabant Apoſtoli, tum vt vltrò
fatemur, Sandaligeri. Cæterum Chryſoſto-
mus vbi & de eſu agni Paſchalis, & de Cal-
ceamentis Euangelicis fusè loquitur: *vis*
inquit *iuxta hiſtoriam aut Anagogen dicam?*
quin iuxta vtramque dicam, vos verò ani-
maduertite, &c. Erant præcincti, & baculi
eorum in manibus, ac Calceamenta in pedibus;
atque ita Comedebant Paſcha, &c. Quid igi-
tur vult hiſtoria? beneficiorum Dei facilè obli-
uiſcebantur Iudæi; non igitur beneficia ſua
Deus tempori duntaxat alligauit, ſed & veſ-
centium habitui. Nam ideo nunc præcincti &
Calceati veſcuntur, vt rogati dicant; ex Æ-
gypto in terram promiſſionis egredi parati
eramus, &c. & Paſcha noſtrum Chriſtus eſt.
Quid igitur? & nos Calceati, & nos præcin-
cti comedere debemus; Quamobrem? vt & nos
ad egreſſum, & ad peregrinandum ex hoc ſæ-
culo parati ſimus, &c.

Chryſoſt. in eumdem locũ Pauli ſerm.23.

Subiicit de Calceamentis Euangelicis,
Euangelium, inquit, *pacis eſt. Oſtendit hoc*
verbo, quod pugna nobis aduerſus Dæmonem
habenda ſit, &c. & Calceati pedibus, parati
exiſtentes ad Euangelium pacis. Obſcurius eſt
iſtud quomodo dictum ſit. Quid igitur? bonis
nos

Chryſoſt. ibidem ſerm. 24.

Digitized by Google

nos ocreis Calceauit. Aut ſanè hoc dicit vt prompti ſint ad Euangelium & pedibus ad illud vtantur, viamque illi præſtruant ac præparent. Aut ſi non hoc, iſtud ſaltem vt ad exitum prompti ſint, &c. & Paulus quidem hoc loco armans fidelem & maximè prædicatorem Euangelij, vtitur propriis verbis & nominibus armaturæ ſcilicet ſpiritaliter intelligendæ. Baltheo, Thorace, Scuto, gladio, ita & Calceamento militari; quod ocreas vertit Chryſoſtomus, quibus vtebantur tantum duarum primarum Claſſium milites ex ære factis quibus tibias obtegebant, cum alij caligis tantum eas munirent, *hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit.* *Apuleius*

Et per hæc patet reſponſio ad obiectionẽ Clementis Alexandrini; qui ſi benè intelligatur plus pro nobis quam contra nos eſt; quid quod & *Secundum nomen eius, ita & laus eius*, clementer enim nobiſcum agit. *Pſal. 47.* Cum enim ex profeſſo totum caput impendat in Calceatura deſcribenda, eiuſque vſu multiplici; primò quidem grauiter in ſuperflua & pompatica mulierum Sandalia inuehitur, quod nomen nulli virili, & ne Chriſti quidem Calceamento applicat. Secundò vſum Calceorum duplicem diſtinguit, neutrum reprobat. *Recto*, inquit, *ſco-* *lib 2. pæd. c. 11.*

po

Digitized by Google

po vt veritatis noſtræ mos eſt propoſito, id quod eſt ſecundum naturam, eſt eligendum: Calceorum enim vſus eſt, alius quidem ad tegendos pedes: alius autem ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantam pedis conſeruans, &c. Tertiò notat virum vno in loco conſiſtentem, & plaga moderata, vel regione calida, qualem ipſe Clemens incolebat; nullis Calceis vtentem, & ſanitati corporis, & exercitationi liberæ magis conſulere quam Calceatum: niſi vel neceſſitas, vel iter, aut militia Calceos ſumere ipſum inuitet. *Viro* inquit *pulchrè conuenit nullos habere Calceos, præterquam ſi militet: Calceatum enim eſſe propè accedit ad id quod eſt eſſe ligatum. Optimum quidem eſt genus. Exercitationis nudis vti pedibus, & ad ſanitatem, & ad expeditã facilitatẽ, vbi non prohibeat neceſſitas; quod ſi iter nõ ingrediãtur, nec nudis incedere pedibus pati poſſumus, ſoleis vtendum eſt.* Miror ſanè aduerſæ ſententiæ propugnatores, vindicẽ ſuæ cauſæ aſſumere hunc Patrem, qui ne verbũ quidẽ habet de Sandaliis Apoſtolicis: quinimo eos Calceatos fuiſſe ſupponit, cũ milites & iter agentes expreſsè Calceatos inducat. Vnde cum Apoſtoli ſecundum Paulum à pedibus ad caput armati, & toto orbe peregrinaturi ad Bella militiamque

Clemens Alexãd. ſuprà.

tiamque Domini Sabaoth pro *caſtrorum acie Ordinata*, ſponſa eius Eccleſia, à Chriſto miſſi ſint, non Sandaliis aut ſoleis tanto itineri imparibus, ſed Calceis muniti proceſſerũt. Hinc eſt quod ipſe Cornelius A Lapide qui Sandaligeros aliàs, tum in Euangelia, tum in acta eadem repetens, probat Apoſtolos; ſic concludit *talibus*, inquit, *vſi videntur Petrus & Apoſtoli ex præcepto Chriſti Marci. 6. Calceatos inquit Sandaliis: nam Calceamenta eis vetuit Matthæi* 10. *ſaltem in Iudæa regione calida: ſoleæ enim ſatis pedes muniebant, ne in ſaxa impingerent. An verò proficiſcentes & diſcurrentes per orbẽ, contra frigora, fatigationem, imbres, & cæteras aëris terræque iniurias, non mutarint Sandalia & ſoleas, in Calceos plenos & integros, meritò quis non tantum quærere, ſed & ſuſpicari, opinarique poteſt, ac dicere, illud de Sandaliis, Chriſti præceptum temporaneum tantum fuiſſe, pro eo ſcilicet tempore quo in Iudæa degerent. Ita Sanctus Auguſtinus & S. Chryſoſtomus in cap.* 10. *Matthæi.* Huc vſque propriis verbis Cornelius. *Cornel à Lapide in Acta cap.* 12. *vbi de Caligis Petri.*

Multò magis miror eumdem Corneliũ dixiſſe paulò ſuperius Chriſtum portaſſe Sandalia ſiue ſoleas: idque probaſſe authoritate Clementis Alexandrini: *tales*, inquit, *ſoleas*

Clemens Alex 2. Pedag. cap. 11. *ſoleas geſtaſſe Chriſtum docet Clemens Alexandr. lib. 2. cap. 11. quem etiam citauerat eodem loco ſuadentem Chriſtianis, vt nudipedes incederent.* Sed non credo virum doctiſſimum, ipſum fontem conſuluiſſe, ſed ex aliquo Authore riuulum extortum hauſiſſe. Nullus enim poſt D. Auguſtinum clarius probat Chriſtum propriè dictos habuiſſe Calceos. Cum enim varia Calceamentotorum genera toto capite deſcripſiſſet, & Sandalia lubricis, & Cothurnos Perſicis & Hetruſcis, & crepidas Atticis, & albos Calceos mulieribus, & ſoleas ſeu conipodas his qui non poſſunt omninò nudis ire pedibus, & Calceos propriè dictos militibus & itinerantibus, tribuiſſet ſic concludit, nec Sandalia, nec ſoleas, nec crepidas, nec nudos pedes, ſed Calceos ad tegendos pedes, ſimplices quidem & non curioſos, vt decebat Chriſto adſcribens: Clemens Alex. 2. Ped. cap. 11. *tenuis ac ſimplicis Calceaturæ teſtis ſufficit Ioannes qui dicebat ſe non eſſe dignum ſoluere corrigiam Calceamenti Domini. Non enim curioſos aut ſuperfluos habebat Calceos, qui veræ Philoſophiæ typum oſtendebat Hebræis.* Typum autem non alium, quantum capio, intellexit, quam ſuperfluam rerum temporalium & terrenarum curam conculcandam; vel Paſcha myſticum

ſticum, vt ſuperius expoſuit Chryſoſtomus, pedibus Calceatis eſſe ſumendum: quaſi ex hoc mundo profecturi, velut ex Ægypto ad promiſſam cœli hæreditatem pergeremus. Rurſum inſtat D. Bonauentura ex loco Hieronymi in epiſtola 11. ad Agaruc poſt medium; *diſcipuli toto orbe peregrini, non æs in Zona, nō caligas habuere in pedibus.* nil video quod nos multum vrgeat in hoc textu. Primò enim id intelligi debet de tempore quo in Iudæa verſabantur vt patet, quia, iungit vtramque ſimul prohibitionem tam æris in Zona portandi, quàm caligæ: Secundò ſi obiicias, dixiſſe Hieronymum, toto obe peregrinos: reſpondeo vno in loco Iudææ ſtantes, toto mundo eiuſque rebus contemptis & abdicatis, ex ſenſu Petri & Pauli fuiſſe hoſpites aduenas & peregrinos. Tertiò totum orbem hoc loco ſignificare terrā promiſſam quæ Abrahæ, & poſteris eius pro totius vniuerſi deliciis à Deo in munus fidei, & derelictæ patriæ compenſationem tradita fuit. Sic enim & ipſe Hieronymus exponit in veſte Poderis Pontificis totum fuiſſe orbem terrarum, quod in variis huius veſtis coloribus & materiis, aliquid eſſet Elementa, cœloſque repræſentans. Quartò Iudæos *ex omni na-*

in expoſ. Reg. Fratr. Min.

Actor. 5.

tione

tione quæ ſub cælo eſt, audiuiſſe Apoſtolos omnes ſua voce loquentes, in die Pentecoſtes. Quintò ſi velit D. Bonauentura rigidè, vt ſonant verba, toto orbe peregrinos Apoſtolos non æs in Zona, non caligas habuiſſe in pedibus: primo dicam ipſum non ſolum patribus, ſed & claris Euangelij verbis refragari, quibus certum eſt Chriſtum ante mortem vſum Marſupium, reſtituiſſe Apoſtolis: & quæro inſuper quomodo verum eſſe poſſit, vt abſque caligis fuerint, quas Petrus iubente Angelo reſumpſit. Et ſi caligæ vt ipſemet Bonauentura ex Papia explicat, Sandalia ſunt, quomodo ſine caligis id eſt Sandaliis Apoſtoli, diſcipuli totum orbem peragrarunt quos ipſomet ibidem teſtante iuxta Marcum & Matthæum miſit Calceatos Sandaliis? ſic enim ibidem fatur: *Calceamentorum ergo deportationem ipſa Regula interdicit indirectè. Et quia verbum illud ſumitur de Euangelio, vbi dicit Regula Apoſtolorum: neque Calceamenta; patet hic vſum Sandaliorum minimè prohiberi quoniã ſicut dicitur in Matthæo: neque Calceamenta, Euangelico more hanc complet ſententiam, præcepit eis ne quid tollerent, ſed Calceatos Sandaliis, &c. Marc. 6.* Tandem abſoluo longam obiectionum ſeriem leui ac facili

D. Bonauent. ſupra.

loco

Digitized by Google

loco Hieronymi quem pro ſe ſuiſque idem Seraphicus Doctor opponit. *Hieronymus*, ait, *diſcipuli & ſine Calcementorum honore, & vinculis pellium ad prædicationem Euangelij deſtinantur. Milites veſtimentis Chriſti ſorte diuiſis, caligas non habebat, quas tollerent. Nec poterat enim habere Dominus quod prohibuerat in ſeruis.* Rogo, lector, quid hic probet attende. Vult abſolutè D. Bonauentura Apoſtolos habuiſſe Sandalia: an non vinculis pellium circumligata? quomodo firmo greſſu aliàs incedere potuiſsēt. Quod ſi milites Chriſti caligas partiti non ſunt, quas non habebat, nec igitur Sandalia Chriſtus ipſe portauit, nec benè ſequitur, (pace Reuerendi patris hoc dixerim) quod non poterat habere Dominus, quod prohibuerat in ſeruis: nuſquam enim Sandalia ſeu caligas prohibuit, ſed conceſſit Apoſtolis. Huic præterea difficultati iam ſæpius occurrit Auguſtinus cum dixit *attendamus Dominum noſtrum exemplum verum, &c. Ipſe Dominus noſter loculos habuit in via, & ipſos loculos Iudæ commendauerat, patiebatur quidem furem, &c. Quid autem tibi videtur qui non vis intelligere quemadmodum iſta dicta ſint, & cogeris prauiter ipſi Domino calumniari de loculis & Calceamentis.* Nec dicat hoc *Serm. 42. de Sanctis.*

Digitized by Google

loco Hieronymũ aliter vti nomine Caligarum: gratis enim & nulla prolata ratione id aſſerit. Dicendum ergo milites in veſtimenta Chriſti ſortem mittentes non inueniſſe Caligas, quas vel luderent, vel diuiderent, eas enim, vt eum toto corpore flagellarent, antea detraxerant, vel in horto Gethſemani abſtulerant, vt eum hinc inde raptantes nudipedem grauiori dolore afficerent. Cæterum vt ab initio præmonui, cum vtriuſque loci, vtrinque fundamenta ſufficientia ſint ad diuerſas opiniones in hac Sandaliorum, vel Calceorũ Apoſtolicorum materia ſuſtinendas, neutram reſpuo ſententiam; ſed certò cum Auguſtino concludo, ipſum exemplo Chriſti Domini ſimpliciter licet, & ſine ſuperfluitate Calceati, veros ac proprios Calceos habuiſſe, & propriè dicta Calceamenta ſuis Eremitis in Regula conceſſiſſe. *Audiant* ait *Ildefonſus, B. Auguſtinum cui contradicere fas non eſt.* Et Vincentius Ferrarienſis. *audeo* inquit *dicere, omnes Doctores qui venerunt poſt Auguſtinum, ſuſtentantur ſuper eius doctrinam, Sanctam, puram, &c. & quilibet Doctor eſt contentus ad probandum dictum ſuum, ſi poteſt habere vnam authoritatem Sancti Auguſtini.* Audiant igitur iterum Auguſtinum toties

Serm. de Beata

Ser. de S. Auguſt.

ties in hac materia repetitam, & extremam huic Apologetico manum imponentem, cui ſi contradicere cæteris fas eſſet, Auguſtiniani certè nomine, priuilegio emendicato gaudentibus nefas eſt. De his Calceamentis quibus Calceati ambulamus, conſolatur me idem ipſe Dominus meus. Si enim ipſe Calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret non ſum dignus corrigiam ſoluere Calceamentorum eius: ſit ergo obedientia, non ſubrepat ſuperba duritia. Ego, inquis, Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo: tu potes, ego non poſſum; quod ſimul accepimus, cuſtodiamus quomodo Charitate flagremus, inuicem diligamus: ac ſic fit, vt ego amem fortitudinem tuam & tu portes infirmitatem meam. Calceamenta quid ſunt? Calceamenta quibus vtimur, coria mortuorum ſunt, nobis tegmina pedum. Qui volet huic clariſſimæ & probatiſſimæ veritati, verbo, vel ſcripto, contradicere; Solem meridie lucere negauerit. Vnum eſt quod rogem, ſi quis eſt cui aliquam pro nudipede, vel Sandaligero Auguſtino Apologiam ſcribere meditetur, vt nouas obiectiones proferat, & fidelius loca, tempora, Authores, eorumque textus & capita recenſeat, quàm Frater Athanaſius à Sancta

Digitized by Google

Agnete Auguſtinianus Diſcalceatus ; qui Candelabro ſuo Aureo, imperitiam ſuam in lucem edidit: cuius ego denſiſſimas, & multiplices tenebras, fraudes, ignorantias tota tertia parte ſequenti illuminaturus accedo. *Scrutabor*, ait *Dominus*, *Hieruſalem in lucernis.* Et *quid*, inquit *Bernardus*, *in Babylone tutum, ſi in Ieruſalem manet ſcrutinium*? Babylon Hebræis confuſionem ſignificat, & ſi quod opus confuſum videre cupis, Aureum hoc lector, aſpice Candelabrum.

Sophon. 1.12.
Ser. 55. in Cant.

Finis Secundæ Partis.

TERTIA

Digitized by Google

TERTIA PARS APOLOGETICI pro D. Auguſtino,

In qua excutitur Liber Fratris Athanaſij à Sancta Agnete Auguſtiniani Diſcalceati.

Qui inſcriptus eſt:

Le Chandelier d'Or du Temple de Salomon; ou la Chronologie des Prelats, & des Religions, qui ſuiuent la Reigle de Sainct Auguſtin.

CAPVT I.

HIC mihi Titulus, ex mente Ruperti, Titan futurus operis, magnam prima fronte propoſito meo lucem ſpopondit, ſed in decurſu, nihil ſolidæ veritatis, ſed plurimum fumum vanitatis inueni. Nihil enim Author *In Gen. 1. cap. 2.*

Digitized by Google

toto ſuo opere conficit,quam vt ſe ſuoſque nudipedes,de more,vt lingua ſolent,ſic calamo,tam inſulsè commēdet, vt non modo ſtomacho nauſeam concitet, ſed & bilem, vel placidiſſimæ columbæ ſimpliciſſimis oculis, inanes & tumidos dicendi modos legentibus, moueat.

Georg. Agricola lib. 3. rei metal. A rei metallicæ peritiſſimis didici, ſuas quoque metallis venas & membra deſcribi: adeò vt & caput & cor habere dicantur. Ita planè, vt ſi caput, hoc eſt initium venæ, æneum fuerit, cor & medium aureum profundè ſcrutanti promittat. Verum in huius libri progreſſu res prorſus ex aduerſo contingit, titulus enim aurei Candelabri, in cor & viſcera, non ænea vel ferrea, ſed lutea defecit. *Dan. 2. 32.* Et ſomnio Babylonij Regis non abſimile, aureum ſtatuæ caput,ſenſim deficiendo per metalla, ad ſordidos luto pedes, opuſque fictile degenerans, paruo nedum lapide ſine manibus defluente, ſed immenſa fabularum congerie, ceu mole propria fatiſcens, in fauillam abiit æſtiuæ areæ,quæ à vento circumfertur. Septem ideo tantum lucernas aurei ſui Candelabri accendere viſus eſt, vt omnes qui in magna mundi domo ſunt,videant Auguſtinianos nudipedes, quo ſolo nomine velut excelſa baſi, Coloſ-

ſum

Digitized by Google

ſum pompaticæ reformationis ſuæ collocare ſatagunt. Nec tamẽ in pedibus, Chriſtus, ſed manibus, lucernas præferre præcepit: *vt videant*, inquit, *opera veſtra bona, & glorificent, non vos, ſed Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* *Matth. 5.16.*

Sed ſeptenas, ego pro totidem lucernis, tenebras in hoc Candelabro comperi, cæcutiens fortè & palpans Excalceati iudicio, viderit oculatior animus, ſi aliquo deceptus errore offendi; ſi rectè computo, ſi ſanè ſentio; *Primò in ſtilo improprietatem. Secundò magnam in Chronicis inſcitiam. Tertiò in rerum notabiliorum relatione multiplicem falſitatem. Quartò vaniſſimam quantulæ ſuæ auſteritatis iactantiam. Quintò apertam eadem in cauſa contradictionem. Sextò ridiculam in minutiis & quiſquiliis Fratrum ſuorum deſcribendis narrationem. Septimò intolerabilem & indignam Chriſtiano ſuperbiam.* Nil gratis profero, verba ipſa proprio idiomate fideliſſimè refero, ne ſim ipſa tranſlatione, de aliqua exaggeratione ſuſpectus. Et ſi mecum vis, lector, oleum & operam perdere; totum perlege Candelabrum, & ſubſcribe lubens, pro ſpecioſo titulo Candelabri aurei, &c. inſcribendum fuiſſe: *Fumariolum Officina vanitatis: in quo fornax amo-*

ris propriȷ, Auguſtinianorum Diſcalceatorum Galliæ, fuligines ſuas euaporat.

Mira quoſdam ſcribendi libido exagitat, nec quid ſcribant, nec cui ſcripta ſua dedicent, ſatis aduertunt: & quo plus auent ſibi captare gloriæ, plus, deceptiſſimi vanitatis aucupes, venantur infamiæ. Primò ergo Iudicem teſtor, expurgatiſſimum ab omni nubilo paſſionis oculum, ſi epiſtola nuncupatoria Candelabri aurei, tam pinguis Mineruæ oleo, aptata lampade, ſtilo tam rudi exarata, tota in vnius Aminadab igneis rubri maris vorticibus edomandis ſtrenui, hiſtoria, debuit impendi; & inſulſo, fatuóque ſale condita, & inlepidis ruſticanæ eloquentiæ Veneribus aſperſa, Chriſtianiſſimæ Reginæ dedicari. Multas legi veterum & neotericorū liminares epiſtolas: nullam hactenus tam inſipidam legiſſe me memini. Et ne tempus teram in periodis totius Candelabri retundendis, iam ſatis obtuſis ex genere; Cenſuram perito eloquentiæ hiſtoricæ relinquo; Hoc vnum præmonens quo plus rethoricæ ſuæ margaritis ornari, ſeu potius onerari, & farciri ſtudet; eò pluribus ſalebris, vel oculum lædit, vel aperto faſtu iram concitat, vel inconcinnis modis riſum prouocat perlegentis. In quo & fortè gloriabitur,

Digitized by Google

riabitur, quod eximio Citharœdo, armanti bellico modulo Alexandrum, exarmantique, pacifico, ſe non ſentiat imparem. Ego quidem quoties Heraclitus ad eius lectionem acceſſi, toties receſſi Democritus: id ſaltem fructus ex ſterili ſolo, laborantis Calami vomere exarato metens, quod ex multo eius ſudore, plurimam hilaritatis ſegetem legerim.

Secundò, Chronologum ſe profitetur in fronte: lata quidem phyſionomis non excerebrem, ſed iudicioſum exporrigit animum. Quod quidem à Chronologo expectabam. Sed ſi in Apologetico fas ſit vti & Apologo; recolo vulpeculam, ſeu Simiam officinā figuli ingreſſam, lepido capiti ſubriſiſſe dicentem: *O lepidum caput, ſed cerebrum non habet.* Abſit iniurioſa ſcurrilitas. Sed ad rem pertinet; quod profeſſus Chronologum, non iam dico quid rei, ſed & quid nominis ſit, ignoret. Ita enim ex profeſſo pag. 3. præmonitionis ad lectorem bellè auſpicatur. *Aduiſez premierement que dans la Chronologie ie ne cite pas touſiours expreſſement l'année de leur treſpas; mais bien quelquefois vne année du ſiecle dans lequel ils ont veſcu.* Quid quod & cap. 1. primæ partis pag. 150. ita confusè de ipſis Eremitici Ordinis

dinis fundamentis loquitur, vt ſuam prodat in Chronico ſcribendi genere imperitiam. *L'Ordre des Ermites qui eſt le premier de ceux qui obſeruent vrayement la Reigle de ſainct Auguſtin, a eſté inſtitué par ce grand Docteur en Italie, & en Affrique, l'année 387. ou 388. ou 390. (ſelon l'opinion de diuers Autheurs) dans vn deſert proche de Tagaſte, afin que dans le lieu de ſa naiſſance, ou la liberté de ſa vie, auoit eſté deſauoüée, le miracle de ſa conuerſion y fut aduoüé.* Huius ergo ſenſu miſcetur Africæ, Italia, & ſimul in vtroque loco Ordo inſtituitur. & deſertum Tagaſtenſe confine eſt Italiæ, & miraculum conuerſionis eius, quod primò ſtupuit Italia, in renato baptiſmate, ſimul etiam mirata eſt Africa. Ita nil rectè definit, qui rectè nil diuidit, & ſi ego vitam Auguſtini neſcirem, omnia iuxta authorem Candelabri confunderem, ita ponit lucem clariſſimam tenebras. Sic ſe in ratione temporum reddenda fatetur incurium. Hoc contentus quod ſibi multæ lecturæ famam peperiſſe crediderit, implendo margines ſuperfluis Authorum nominibus, quibus iterum retexendis calcem operis inflat ſeptem vel octo paginis, quas ex tribus aut quatuor hiſtoricis exceptas abſque ceremonia tranſcripſit. Callidè inſuper

Digitized by Google

inſuper, vt Auguſtinianos Eremitas, vel genere, vel doctrina, vel prælatura, vel ſanctitate, principes viros, Diſcalceatos fuiſſe gratis & ſine fundamento venditet, longam in margine Authorum lineam attexit, præteritis ſæpius ex induſtria tractatibus, capitibus, locis, (quæ nunquam fideles Chronologi ad veritatem rerum momenti confirmandam omittunt.) Plures ego ab eo citatos conſului, qui quidem maximos Sanctos, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini alumnos aſſerunt; ſed quod Diſcalceati fuerint, ne leui quidem calamo perſtringunt. Quod tamen vnicum eſt huius egregij Chronographi intentum, ſibi ſcilicet, ſuoque, tantos viros vindicare inſtituto.

Topographiæ æque ſe ac Chronologiæ teſtatur ignarum (ſi tamen vel ipſam vocum calleat energiam) ita enim pag. 130. inſcripto titulo *les Venerables Prelats de la Congregation de S. Quentin en Picardie, &c. l'eminentiſſime Iean Grolaye de la Congregation de S. Quentin, Eueſque de Lambale & Cardinal mourut dans Rome l'année* 1499. Conſului, quam ipſe in margine citat, Galliam Chriſtianam Claudij Roberti Lingonenſis presbyteri qui quidem pag. 398. inter Lombarienſes Epiſcopos recenſet Ioannem

de

de Gsolayea vel de Villariis *de Grolaye ou de villiers*, *qui* (inquit) *creatur Cardinalis. S. Sabinæ in monte Auentino* 1493. 12. *Cal. Octobris ab Alexandro 6. ex. Abbate Sandionyſiano* ſic porro incipit inſcribendo caput: *Lombarienſes Epiſcopi* & iuxta in margine, vocem vulgarem ponit, *Lombez* tum inchoat caput his verbis: *Lombaria, vel Lomberia in Tolozano parlamento, & Archiepiſcopatu, à quo auulſus fuit hic nouus Epiſcopatus Lombarienſis per Ioannem XXII.* 1317. *erectus ex Abbatia B. Virginis Ordinis Sancti Auguſtini ad Sanam fluuium.* Ex quibus ſtupendam miror authoris Candelabri inſcitiam multiplicem, primo quod qui libri ſui margines farcit authoribus, non aduerterit nominis Lombariæ traductionem in margine appoſitam; pro qua ipſe vertit *Lamballe* cũ hoc oppidulum ſit Britanniæ diœceſis. S. Brioci: Lombaria verò, Archiepiſcopatus Tolozani; ſic eruditus Topographus collocat in Occidente Meridiem. Secundò fingit Ioannem de Grolayea contra ipſiſſima verba authoris, ex Congregatione S. Quintini Ordinis. D. Auguſtini, cum fuerit. 60. Abbas S. Djonyſij, & præſes Curiæ Iuuaminum Pariſijs 1483. Tertiò, toto aberrat iudicio, nec lat inè nouit cum præfactus author, dictum

ctum Ioannem XIII. Epiſcopũ Lombarienſem ponat anno 1477.& Epiſcopatus Lomberiæ per Ioannem 22. iam ab anno 1317. erectus fuerit ex Abbatia B. Virginis Ordinis S. Auguſtini. Quo titulo ſibi perſuaſit vir vtrobique peritus, Abbatem Ordinis S. Benedicti, fuiſſe Ordinis S. Auguſtini, quia Epiſcopatum ſuſcepit quondam fundatum ex reditibus Abbatiæ Ordinis Sancti Auguſtini.

Relictis cæteris indiſcuſſis ne tempus rẽ pretioſiſſimam in re ſuperuacanea & oneroſa ludam alterum eiuſdem farinæ exemplum referam quod habet pag. 93. in fine vbi ex Antiquitatibus Germaniæ ſuo more, hoc eſt ignoranti traductis ſic habet *S. Sigebert Eueſque de Laon deuot tres particulier de S. Auguſtin preſſoit & oppreſſoit le ciel par ſes prieres iournalieres* floridum lector mirare verbum; ſed mage mecum rei excute veritatem. Diligenter in Gallia Chriſtiana præmiſſi exactiſſimi authoris ſeriem Epiſcoporum Laudunenſium *de Laon* perlegi, ſed inter 75. Epiſcopos qui huic diœceſi præfuerunt nullum Sigisbertum nomine comperi. Primum quidem omnium fuiſſe S. Genebaldum apud Sigebertum Claudius Robertus Lingonenſis ſe vidiſſe narrat: fortè Venerabilis

Gall. Chriſt. pag. 336. Dicitur Lugdunum Clauatũ Sirmundo. in Gall. Chriſt. pag. 337.

bilis Athanaſius author Candelabri,ſub dubia luce,Lampadis ſuæ fumoſæ Chronologum Sigebertum pro S. Genebaldo, turbato oculo legit,& ſcripſit, ita enim præfatur. *Primus S. Genebaldus apud Sigebertum anno Chriſti* 500. Martyrologium Baronij, conſului & Gallicanum in quo omnes tum vniuerſæ Galliæ, tum Lugdunenſes Epiſcopi ſancti recenſentur & nullum eius nominis inuenire potui. Præterea, cum omnes qui de corde D. Auguſtini per Angelum Sigiſberto dato loquuntur; eum Epiſcopum vel Lugdunenſem, vel Lurudunenſem nuncupent;nec vllus Eccleſiæ Lugdunenſi in Gallia huius appellationis præfuerit Epiſcopus: reſtat vt Lurudunum, dictum alias Lugdunum Batauorum, debeat intelligi. Porro cum nullum S.Sigisbertum Epiſcopum Author probatus aſſerat; Suuitbertum,ſi quid auguror opus eſt accipere;qui primo Coëpiſcopus fuit Vvillibrordi Vltraiectenſis Epiſcopi, cuius è Diœceſi pendebat, dictum Lugdunum Batauorum, cuius proinde & Epiſcopus Suuitbettus non inconcinnè dicendus eſt; cum omnia Epiſcopalia munia, tota in plaga Coëpiſcopus exerceret. Deinde etiam aduertendum, Germanica lingua litteram *G.* per *V.* ſolitam efferri, vnde Su-

uitbertum

Digitized by Google

nitbertum quaſi Sigisbertum vt dicere, ita & ſcribere potuerunt. Sanctus autem Suuitbertus Batauorum, & Friſonum, & Saxonum vocatus Apoſtolus. Natus anno Domini 647. in Anglia ex Comite de Nortingrant, Sigeberto nomine; vnde & patris nomen habere potuit. Obdormiuit autem in Domino anno 717. Epiſcopus Vverdēſis: cui Pipinus ad Saxonicum populum conuertendum donarat vicum Vverdam in inſula ſiue littore Rheni. Claudius itē Ptolemæus ſitum Galliæ Belgicæ deſcribens Lugdunū Batauorum ponit, ſeu Lugodinum, traiectum, Vtrech, vel Leydem, quod bellè conſentit cum ſupra dictis. Quod ipſe fuerit cui Angelus cor D. Auguſtini dedit, conſentit eius cum Angelis familiaritas: vt enim ſancto Suuitberto in extremis agenti Angelus apparuit, & chriſtallinam phialam collectis eius pro Chriſto & ipſius grege ſudoribus effuſis plenam protulit, ſic & in vaſe chriſtallino D. Auguſtini totius Eccleſiæ defenſoris cui erat addictiſſimus cor Deo ſic fauente commiſit. Sola controuerſia oriri poteſt, ex diuerſitate temporum quibus vixit Suuitbertus, & quibus cor Auguſtini recepiſſe refertur: Sed facile tota lis iſta dirimetur, ſi hiſtoria, ex vetuſtiſſimis codicibus

Surius. 1. Mart.

lib. 2. Geographia. cap. 9.

codicibus & manuſcriptis longo annorum ductu corroſis educta penſetur, & affinitas caracterum facilè permiſceri potuiſſe conſideretur. Vt nil veritati hiſtoricæ in re tam graui,& tot authoribus & ſæculis conteſtata detrahatur, ſatis fuerit lectori prælibaſſe cuius fidei ſit hoc Chronicon, in quo nihil penitus diſcutit, omnia perperam ex mente ſua ſcribit,authores nil penè, de eo quod intendit præcipuè probantes multiplicat. Cui plus otij fuerit plus impendat,& ex his articulis immenſam errorum ſarcinā colligat. Abortiuum hunc partum adſcribo Fratri Athanaſio,Iuſto enim,& completo Apologetico, Candelabrum examinandum obtigit. Et *quia multum feſtino , multa neceſſaria prætereo.*

CAPVT II.

In quo error F. Athanaſij conuincitur; quod D. Petrum Damianum Ordinis ſancti Benedicti , fingat Canonicum Regularem.

EAdem bona fide D. Petrum Damianum S. R. E. Cardinalem,Ordini Canonicorum

Digitized by Google

nonicorum attribuit prima parte Chronologiæ cap. 13. pag. 197. *Le bien-heureux Pierre Damien, Cardinal & Chanoine Regulier, aſſeure que ſon Pere ſainct Auguſtin eſt vn Preſtre eſleu par le Souuerain Preſtre, afin de luy offrir iournellement ſon ame, comme vne ſainte offrande ſur l'Autel de ſon cœur.* Sæpè quidem Summus Pontifex circa Sanctorũ reliquias perſonam aliquam induit Suſceptoris: dum è Catacumbis denſata mixtim & confuſa Beatorum oſſa producit, quæ variis ex motu pietatis. nominibus baptizata, fidelibus veneranda diſtribuit. Sed Pontificiæ poteſtatis æmulus Frater Athanaſius, Sanctos, quantumuis habitu & religione diſtinctos animo confuſo permiſcens pro libito huic, illiue ordini adiudicat. Verum dum hunc alterius detrimento exaltat; illũ, huius incremento humiliat. D. Petrum Cardinalem Damiani, virum eloquentia facti & verbi clariſſimum ſurripuit Ordini Benedictinorum, vt furto ſuo ditaret Ordinem Canonicorum Regularium. Multipliciter hallucinatus in ſimilitudine nominis quod habebat commune Peccatoris, cùm alio Petro pariter Rauennate eius fermè cõtemporaneo, cognominato de Honeſtis; *Qui in Portuenſi, Adriatici littoris, à ſe fun-* *Hieron. Rub lib. 5. hiſt. Rauen.*

dato Cœnobio diem extremum clauſit. Petrus autem Damiani Monachus fuit, Eremita, & Prior Monaſterij Sanctæ Crucis de Auellana, non longè ab Eugubio, Ordinis Sancti Benedicti. Alter autem Petrus Clericus fuit, Clericorumque Prior; qui cùm videret multos in Clericis abuſus, vt corruptos eorum mores compeſceret, condito Monaſterio in littore Maris Adriatici in Beatæ Virginis honorem, Regulam ex Sanctis Patribus confectam præſcripſit, & Paſchali II. Pontifici maximo confirmandam tranſmiſit. Petrus autem Damiani Rauennas Monachus fuit Sanctæ Crucis Eremi de Auellana Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Columbæ. S. R. E. Epiſcopus, Cardinalis Oſtienſis creatus à Stephano Papa IX. anno 1058. *Fauentiæ in Monaſterio Beatæ Virginis extra muros ſpiritum Deo reddidit, die* 22. *Februarij, anno* 1072. *ætatis ſuæ* 66. *ibique ſepultus eſt.* Mirum porrò Fratrem Athanaſium Theologum, & Prædicatorem vſque adeò ignorare eximiam hanc concionatorum lucem, vt eius ſcripta, nec aperuerit: & Theologi, & Prædicatores, & Prouincialis, & Vicarius ipſe Generalis approbauerint hunc librum, fingentem Diuum Petrum Damiani Canonicum Regularem, qui in omnibus penè titulis tracta-

Victorellus, & Ferdinandus Huguellus in addit. ad Ciaconium in Stephano IX. anno 1057. pag. 309. Ioan. Monach. in vita eius. Petrus Diacon. lib. 6. Trith. lib. 2. c. 93. de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti.

tuum

tuum inſcribitur; *Monachus Ordinis ſancti Benedicti*; quique tot tractatus de perfectione monachali, & opuſculum 14. de Ordine Eremitarum, & facultatibus Eremi fontis Auellani ſcripſerit.

Quid quod expreſsè profitetur ſe Regulã S. Benedicti obſeruare. *At fortaſsis*, inquit, *obiicitur, quia præter id quod commune eſt, ſpeciale cuiquam venienti de ſæculo ieiunium in Regula non iubetur; ad quod facilè reſpondemus: quia B. Benedictus ſua quidem præcepta Monachis edidit, ſed iudicantes de peccatoribus Sacros Canones non deſtruxit, &c. Nam ſi aliter ieiunare nunquam debemus, nec aliam agere pœnitentiam, niſi quæ in eadem Regula ſancta præcipitur, cur ibi iuſſum eſt: vt ieiunium à Priore frangatur propter hoſpites, niſi præcipuus ieiunij dies ſit, &c. Neceſſario confitere quia S. vir non ſola quæ ſcripſit, obſeruare nos voluit; & dum ſua condidit, edicta præcedentium Patrum non caſſauit.*

Damianus opuſcul. 13. de perfect. Monach. cap 6.

S. Benedictus in Reg. cap. 53.

Sed viri boni Fratres excalceati vnico D. Petri Damiani loco malè intellecto contenti, eum Ordinis S. Auguſtini ſub Canonicorum Regula cenſuerunt, Cenſura ignorantiæ digniſſimi. Ita enim legerunt (ſed nec titulum intellexerunt aut aduerterunt) qui ſic habet: *Domino Alexandro Beatiſſimo Pa-*

Damianus opuſcul. 24. contra Cleric Regul. proprietarios cap. 1.

Digitized by Google

pa Petrus peccator Monachus ſeruitutem titulus autem capitis primi hic præfigitur: *oppugnat verbis S. Auguſtini pertinaciam Clericorum.* Cauſa porro deceptionis hæc fuit quod Canonicos vocet sãctos Fratres, Auguſtinũ autem non aliter, quam communi voce nũcupat reliquos Eccleſiæ Doctores, Patres noſtros: hæc ſunt verba Damiani: *hæc idcircò præmiſimus, quia dolemus nonnullos ſanctos Fratres, Canonici videlicet Ordinis, in tã effrænis prorupiſſe libertatis audaciam, vt non modò ſibi ius habendæ pecuniæ ſibi vindicent, ſed & hanc ſibimet ex Regulari authoritate competere pertinaciter aſſeuerent. Ad quos probabiliter reuincendos, poſſemus quidem plurima ſcripturarum, & veteris, & noui teſtamenti exempla congerere, ſi priores noſtri Patres, ac Doctores Eccleſiæ ſuper hoc themate primitus ſiluiſſent. Sed ſuperfluum eſt, nos vilibus ſarculis illic glebas effringere, vbi tam ſtrenui cultores terræ viuentium acutiſſimo linguæ ſuæ vomere reperiuntur arua ſulcaſſe. Prior igitur Auguſtinus accedat in teſtimonium, & vtrum Canonicus habere proprium debeat, euidentiſſima ſui examinis auctoritate decernat. Ait enim in ſermone, qui titulatur de moribus Clericorum: me*, inquit, *hoc nouerit charitas veſtra dixiſſe Fratribus meis qui mecum*

tum manent, vt quicunque habet aliquid, aut vendat, aut eroget pauperibus, aut donet, aut cõmune illud faciat, &c. Sed nec inter ſermones Damiani, quẽ citat Athanaſius in margine de Sancto Auguſtino ſermonem vllum inueni. Duos autem ſcripſit, vnum in vigilia, alium in feſto S. Benedicti qui pro titulo habet, *homilia 9. in laud. S. Benedicti* quæ ſic incipit: *In huius patris noſtri præcipua ſolemnitate totis eſſet viribus incumbendum niſi nobilis lingua Gregorij totum eius itinerarium ſermone magnifico collegiſſet.* Nec prætoribo ſecretum, quod ſi Frater Athanaſius citiùs agnouiſſet, D. Petrum Damiani Cardinalem nec Canonicorum, nec Benedictinorum Ordini, ſed procul dubio quaſi *cibum electum* famelicæ ſuæ & ieiunæ Congregationi dediſſet in prædam. Diſcalceatus enim fuit Eremita: huc oculos Frater, huc vngues ad ſpolia exacue. Quò quæſo tam fauſta nũtiàs authore? Legiſti vitam eius à Ioanne Monacho eius diſcipulo conſcriptam? *De vini vſu quid memorem, cum niſi pro ſacrificio ſeu forſitan pro ægro, vinum ibidem tunc prorſus deeſſe feratur? Nudipedalia paſſim per Eremum cunctis temporibus exercebant: in Cellis verò nec caligas induebant, &c. Petrus verò hoc commune ſignum longè vigilan-*

Ioan. Monach. in vita eius cap. 5.

ibidem cap.18. *do præueniens, &c.* Et rurſum, *nec quiſpiam abſque ineuitabili neceſſitate Calceamenta ſibi indueret donec communiter pſalterium ſingulis diebus compleuiſſent.* Quin & ipſe Damianus ſic ſcribit: *illud etiam*, inquit, *non minima pars pœnitentiæ eſt, quod omni tempore, ſiue æſtate, ſiue hyeme, non Calceis, non ocreis vtuntur in cellulis; ſed nudis ſemper cruribus & pedibus eſt conſuetudo permanere, exceptis his qui graui moleſtia infirmitatis vrgentur.* Notandum tamen eſt hanc auſteritatem præter communem Regulam S. Benedicti fuiſſe, cuius Monachi Calceati procedunt: ſed id ſeruaſſe iuxta Camaldulenſes Diuumque Romualdum eorum fundatorẽ cuius meminit præcitatus Ioannes, & ipſe Damianus eodem opuſculo vbi de Pſalmodia pro viuis & defunctis, *& illud quidem quod eſt viuorum cum illis dicitur additamentis quæ B. Romualdus appoſuit.*

Opuſc. 14. de Ordine Eremitarum fontis Auellani.

In vita Damiani cap.7.

Caput

Digitized by Google

CAPVT III.

In quo duplex ſimul lampas extincta, & fumans Candelabri aurei demonſtratur.

NE longè abeam A.D.Fulgentio quem reſtauratorem Ordinis Eremitici, ſicut Inſtitutorem eius Auguſtinum reueretur Venerabilis Frater Athanaſius, quid ad Probam ſcribat, attendat; Cùm enim humilem Publicanum, iuxta Euangelium, ſuperbo Phariſæo prætuliſſet ſic concludit, *in conſpectu Iudicis miſericordis & iuſti, non eſt accepta ſuperba iactatio bonorum operum, ſed humilis confeſſio peccatorum.* Et rurſum: *Benè*, inquit, *Sancta Filia in laudem Dei, non de bonis operibus ſuperbiæ vento extolleris, ſed ad implenda Domini præcepta infirmam te inualidamque fateris.* Virginitas porrò ſuperba quantumuis clara, ſimilis eſt lampadi oleo deſtitutæ. Caſtitas ſine humilitate, lampas eſt ſine oleo, oleum ſubtrahe, lampas non lucet, humilitatem tolle, caſtitas non placet. *Audeo dicere nec ipſa Maria Virginitas Deo ſine humilitate placuiſſet.* Et placebit Frater bone exterior pe-

Epiſt 3. c.17.

Epiſt.4. cap.5.

Bernar. homil. 1. in laud. virg.

dum, ſinè humilitate quantulacumque nuditas cum intolerabili iactantia vbique con-
Mat. 26. 73. iuncta? Loquere vt te videam; *nam & loquela tua manifeſtum te facit.* Sic orditur prima parte Candelabri, cap. 1. pag. 150. in fine. *Cette vie ſi auſtere, & engagée dans tant de penitences, & qui donne de l'horreur aux plus forts, a donné du deſir au Bien-heureux Iean Baptiſte Poggio, au tres-zelé Thomas de Ieſus, à l'admirable Louys de Leon, à l'infatigable André Diez, & au courage inuincible du Reuerend Pere Matthieu de Saincte Françoiſe. Le premier a donné iour à cette rigoureuſe obſeruance dans la ville de Genes; le ſecond l'a mis en eſtat dans le Portugal; le troiſieme, l'a eſtablie dans le Royaume de Caſtille; le quatrieme, l'a fait aduoüer à toute l'Italie; le dernier l'a portée en France, qu'elle paſſe pour vn prodige de penitence, de pieté, de modeſtie, d'humilité, & de ſilence.* Subſiſte Lector, & quid hîc modeſtiæ, quid humilitatis, quid ſilentij ſit admirare. Proſequitur eodem humilitatis nouæ & reformatæ tenore. *Cette vie ſi accomplie, toute cachée dans le ſilence du Souuerain Maiſtre, & dont la plus belle partie eſt celle que nous ne ſçauons pas, faiſoit renaiſtre les Saincts Peres, reuiure les Saincts Antoines, & reſuſciter*

ter les Saincts Hilarions, &c. Et cap. 6. eiuſdem primæ partis, *Ie crains que ma plume ne prenne vn vol trop haut, & improportionné à ſa puiſſance en parlant du tres-venerable Louys de Leon, Diſciple de Thomas de Ieſus, qui porta cette tres-auſtere obſeruance des Auguſtins Deſchauſſez dans le Royaume de Caſtille l'année* 1588. Et pagina 171. in fine. Pag. 170. à medio. *Apprenez que le Prophete Ioel, nous promet vne fontaine, qui ſortira de la Maiſon du Seigneur, & arrouſera le torrent des eſpines. Cette viue ſource de perfection eſt la Congregation des Auguſtins Deſchauſſez, laquelle eſt pouſſée du cœur de Dieu dans le cœur de Sainct Auguſtin pour ſe reſpandre dans tout le monde, & deluger les terres des Infideles, leſquelles ſont des buiſſons eſpineux, & heriſſez de mille poinctes de rebellion contre la verité, pour defendre leurs vices, & leurs infames plaiſirs. Cette aggreable fontaine de doctrine, & de bon exemple a fait des profuſions de vertu indifferemment ſur tous les Indiens, &c.* Et pagina 177. In medio cum nomina quorumdam ſuæ Congregationis recenſuiſſet quos ipſe, vt patet iactator vaniſſimus, beatos auſus eſt nominare; ſic concludit: *Laiſſez-vous rauir à la vie de ces admirables Religieux, leſquels marchent*

ſur

Digitized by Google

ſur les veſtiges de Sainct Auguſtin, & confondent par leur ſaincteté les vicieuſes couſtumes de la mondanité: tout le monde profite de leur exēple, qui fournit aux hōmes des moyens pour ſe reünir à Dieu, par les traitez d'vne paix, & d'vne felicité tres-aſſeurée. La Charité, qui entretient leur mutuel amour, eſt l'interprete de leurs penſées, leſquelles ſe nourriſſent dans vne grande intelligence, qui aſſeure tous les intereſts de leur compagnie. L'employ le plus ſerieux de leur eſprit eſt attaché au ſouuenir de noſtre neant, & montre par effet, que la vraye victoire de l'homme conſiſte en la connoiſſance de ſoy-meſme: toutes leurs parolles ſont autant de rayons de lumiere pour eſclairer les ames de l'intelligence de leur ſalut, & autant de flammes pour embrazer les cœurs d'vn amour parfait. Dans leur foibleſſe ils font paroiſtre leurs miracles; dans leur humilité ils font eſclater la grandeur de leurs perfections; & dans le meſpris, leur gloire brille, & ſe reſpand par tout.

Aſſeurez-vous, que leur condition eſt ſi rauiſſante, que ie n'ay pas des idées imparfaites de leur vertu; d'autant que leurs perfections m'eſblouyſſent, au lieu de m'eſclairer. Pour cét effet ie vous laiſſe cōſiderer l'Eminēce de leurs qualitez, à fin que vous en tiriez la cōſequence

deüe

Digitized by Google

deüe à leurs merites. Et pagina 178. plenis concrepans buccis, altum tonat Fratrum Excalceatorum meritum, his verbis: *Ils ſe ſont donnez vn tel aſcendant ſur le cœur des Princes, Comtes, & Barons de l'Empire, que tous les plus Grands ambitionnent leur compagnie, & apprennent d'eux* (notate verba) *à meſpriſer la vanité, laquelle trompe le iugement, arme toutes les paſſions, & ruine les plus glorieux deſſeins: les plus libertins courtiſans les eſcoutent comme les doux Tyrans des hommes, leſquels auec les chaiſnes dorées de leur eloquence, menent les plus mondains dans la volontaire captiuité de la Religion, & en font ce qu'ils veulent.*

Le Cardinal Harac eſcorté de tous les Grands du Royaume de Boheme fut au rencontre des Auguſtins Deſchauſſez de la Congregation d'Italie, qui s'acheminoient en Allemagne, & par ſon adueu releua cette humble troupe, qui eſt vne viuante image de deuotion, & vn rayon eſclattant de la vie de Sainct Auguſtin. Deus bone, quis audiuit de tanto humilitatis Sole, tot vanitatis tenebras emanaſſe? *Le Sereniſſime Leopolde, fils du Roy de Pologne, Prince & Duc Vvluſtein les a recherchez, comme les Anges Tutelaires de ſa perſonne, & ceux qui doiuent ſouſtenir les*

ſaincts

Digitized by Google

ſaincts intereſts de ſa Couronne. Et pagina 179. *La Congregation des Auguſtins Deſchauſſez de France accomplit heureuſement le deſſein de ſon Inſtitution, l'an* 1596. *& fit voir comme ſes Religieux portoient dans leur vie, & dans leurs actions, les traicts les plus expres, & les plus releuez de ſainctteté. Le Reuerendiſſime Guillaume d'Auançon Archeueſque d'Ambrun, qui paſſionnoit de iouïr de la preſence de ces portraicts de perfection, produits par la main de Dieu, les emmena en France, & les eſtablit dans vn Prieuré de ſainct Auguſtin*, (appellé Villar-Benoiſt) *dans le Dauphiné, qui les a toûjours heureuſement poſſedé. La verité nous enſeigne, que les diuers mouuemens des Religieux ſont des marques de la Prouidence Diuine, laquelle entretient la beauté des Religions par la varieté de plus ſaincts effets de perfection; Ce que ie contemple parmy les Auguſtins Deſchauſſez de France; car les vns ont fait toutes les actions d'vn Religieux que la paſſion du martyre maiſtriſe, & ont deſiré d'acheter l'honneur de voir leur Dieu par la perte de leurs vies. Les autres trauerſez de toutes les diſgraces, qui les pouuoient rendre illuſtres, n'ont eu de forces que pour porter toutes les afflictions, qui tomboient ſur leurs perſonnes.*

Les

Digitized by Google

Les vns ſe ſont condamnez à vn extreme ſilence, & ont eu peur de s'oſter l'occaſion de bienfaire, par la liberté de trop dire; les autres ſaintement humiliez n'ont point fait vanité de leur deuotion, mais dans l'excez de leur humiliation ont cherché des profondes nuicts pour ſe cacher, accablés de la honte de leurs imperfections.

Les vns ont marché facilement dans toutes les briſées de vertu, pour ne tomber point dans le meſpris d'vne ſi ſaincte recherche, qui eſt vn effet de l'opiniaſtreté, & enſeuelit l'ame des œuures; les autres ont touſiours porté vn cœur contrit & briſé de douleurs, qui deteſtoit le peché, & les plaiſirs, qui ſollicitoient, & chatoüilloient leur courage. Les vns armés de cruelles diſciplines ont deschargé ſur leurs corps tous les traicts d'vne ſaincte cruauté, les autres ont eſté merueilleuſement patients, & reſignés dans leurs plus rigoureuſes mortifications. Les vns importunés de leur propre volonté ont attaché puiſſamment leur affectiõ à la doctrine, & au pouuoir des ſaincts Peres, nos ſacrés Maiſtres heus Oedipe, profundum nobis interpretare ſermonem, quid hæc ſonant non intelligo. *Les derniers comme vrays enfans de charité, ont ſouhaitté ce que les mondains ont en horreur: car dãs les hoſpitaux des*

Digitized by Google

des peſtiferés ils ont accoſté la mort. Et pagina 322. in fine. *Le monaſtere des filles Ermites de l'ordre de S. Auguſtin d'Amelia en Italie, eſt habité de trente Religieuſes, leſquelles ouurent tout leur cœur à Saincte Monique leur mere protectrice, à l'exemple de Sainte Monique : elles diſpoſent de leurs volontés dans le cœur de Ieſus, en la conformité de ſon ſainct amour, & leurs vertus vont touſiours en croiſſant pour acheuer heureuſement le cercle qui acheue la vie. Les Auguſtins dechauſſés ſont ſouuent appellés à la direction de ces filles & forment ces eſprits ſur les plus pures Idées d'vne ſaincte obſeruance laquelle ils poſſedent comme les plus parfaicts obſeruateurs de la Reigle de Sainct Auguſtin.* Mille alias nugas & vanitates prætereo, quibus aurum Candelabri obſcuratur, quas piget enumerare, & pudere debuit Fratrem Athanaſium in lucem edere; vt monſtruoſiſſimam ſuperbiam in medium proferam. *Page* 180. vbi de laudibus Ludouici Iuſti, cuius ſucceſſorem Ludouicum XIV. hodiè regnantem, ſolius ſuæ Congregationis ſuffragiis & meritis procaciſſimè imputat. *Ce Grand Roy ſi magnifique a continué tous les iours à diſtribuer aux Auguſtins dechauſſés ſes fauorables bienfaicts; d'autant quil a honoré leur Con-*

uent

uent Royal de Paris de l'eſcuſſon de France, auec la couronne fermée & les ſouſtenans:dans les trois fleurs de lys, il a enchaſſé la Vierge de Victoire, laquelle en couronnant vn lys, à couronné ſes grandeurs, & a eſté auſſy ialouſe de ſa gloire, qu'elle a eſté ſoigneuſe de ſon ſalut. Il n'y a rien qui puiſſe empeſcher les Auguſtins dechauſſés, de rendre à vn ſi incomparable Prince mille & mille ſeruices, qu'vne extreme Ingratitude, ou vne criminelle malice, mais ces deux mauuaiſes qualités ſont bien eſloignées de leur vie, laquelle ſçait faire tous les bons offices,& acquiter tous les plus ſaincts deuoirs:(le cœur de ce bon Religieux tout bruſlant d'amour pour la gloire de ſes Maieſtés confirme cete verité.)

Leurs ardentes prieres n'ont elles pas penetré les Cieux, puis qu'elles ont obtenu à la France vn Prince, qui doibt eſtre vn tres-rauiſſant portrait de grandeur, & vne tres-riche copie de pieté, tirée ſur l'Original de la Diuinité.

Heureux Religieux, qui auez veu naiſtre doucement dans voſtre cœur,ce Glorieux Dauphin auparauant qu'il fuſt conceu dans les flancs de ſa tres digne Mere. Heureux Religieux, à qui la Mere de Dieu a preſenté cet enfant de miracle, afin qu'il ſoit le plus doux obiect

obiect de voſtre ame, comme il eſt vn des plus excellẽs chef-d'œuure de la puiſſance de Dieu. Ie ſuis aſſeuré que dans vos entretiens vous n'auez que des immortelles loüanges, pour ſa maiſon, puis que vous luy auez des eternelles obligations.

Mirum tam pudendæ iactantiæ non erubuiſſe paginam; tanto ſuperbiæ ponderi non ingemuiſſe Typographiæ prælum; cum ſolidiores ære fuſili cœlos findere potuiſſet Quid hic dicam neſcio. Solæ ſi creditur Athanaſio, Diſcalceatorum Eremitarum preces cœlos penetrare potuerunt; quibus alis ſubuectæ? Superbiæ, an humilitatis pen-
Eccl. 35. 21. nis aſcenditur, aut ruitur? *Oratio certè humiliantis ſe nubes penetrabit*, quo, ſe, tam glo-
Luc. 10. 18. riosè iactantis? Cœlos? Vnde *videbã Sathanam quaſi fulgur cadentem.* Diſcalceatus prius parit corde, quàm Regina concipiat ventre. De Virgine quidem dictum quod *beatior hinc extitit, mente quàm ventre.* An non potius Annæ Chriſtianiſſimæ Reginæ Ancillæ modeſtiſſimæ reſpexit Deus humilitatem, quàm Diſcalceati huius ſuperbiã? an non ſicut longa pietate & patientia *placuit*; *ſic & humilitate concepit*? Quid non liceat mihi quod olim Chryſologo ad Abraham & Sara, poſt annoſam ſterilitatem,

tem, multa in vno Iſaac fertilitate donatis? *Hinc eſt quod emortua mox ſenis membra reuiuiſcunt, ſterilis vetulæ iam viſcera ſuſcitantur extincta, & natura in viuo cadauere perſepulta, proditura ſuum, reſurgit, Authorem & generat plurimos, tranſacto iam tempore, per vnum, quem crediderat conditorem.* Sed eſto; Frater aliquis ex vobis ſpiritu Prophetico afflatus Regem hodiernum concipiendum præſcierit, vel iam conceptum agnouerit; ideone *laudandus ante mortem, magnificandus ante conſummationem?* neſcis multos in die Iudicij dicturos, *in nomine tuo prophetauimus, quibus dicturus eſt Iudex, neſcio vos?* Ideone ſuis aut tuis precibus Rex impetratus? vbi Chroniſtæ Theologia? an euentus quos Prophetæ prædixerunt, pariter produxerunt? aut ipſius Dei viſio & præſcientia ponit aliquid in rerum natura, & non potius res certiſſimè futuras præſuppponit? & licet vtrumque in hoc caſu indubitata ſcientia certum ratumque foret & veſtris precibus & meritis præfatum & factum vt Gallia Regni ſucceſſorem diù expectatum haberet, non magis ſilentio modeſto reticendum, quàm tuba hypocritæ buccinandum? Sed Pſaltem non audiſti, dicentem, & exemplo ſuo conſulentem;

Serm. 69. à principio.

S. Max. Homil. 59.

Mat. 7. 23.

S

obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis.
Pſal. 38. 3. At Gallina gloſcitantior, tacere non potuiſti, quominus, & vni ſingulariter Fratri Prophetiam, & Diſcalceatorum tuorum in cõmuni meritis, Delphini impetrationem tumidus ac garrulus arrogares. Ad hanc iactantiam proximè accedit quod non præteriit. Pag. 330. *Le monaſtere des Auguſtines deſchauſſées edifié dans Valladolid en Eſpagne à l'honneur de Saincte Catherine Vierge & Martyre; ce Conuent s'eſt authoriſé par des conſiderations que ie ne veux pas oublier. Premierement Dieu departoit de grandes lumieres à ces filles & de grands rayons de cete clarté inacceßible, & leur permettoit de penetrer ſes ſacrés & ſes plus grands deſſeins: Ie ne tiens pas ce diſcours par vn ſentiment de vanité mais de verité.* Et tamen ex mente Bernardi *perfectio humilitatis cognitio veritatis, &c. In culmine humilitatis conſtituitur cognitio veritatis.* Nec vera ſubſiſtit cum aſſidua iactantia humilitas. Bern. de Gradib. Humil. *Puiſque Marguerite d'Auſtriche Reyne d'Eſpagne à cogneu par effect le pouuoir de ces filles proches de Dieu: elle n'auoit point de Prince pour ſucceder à ſa Couronne, mais les Sainctes Religieuſes en obtindrent vn de Dieu, qui s'eſtoit comme impoſé vne loy d'aggréer toutes leurs demandes.*

His

His ergo ſolis, Regem debes ô Gallia. Vacauerunt totius Cleri, omnis Ordinis, populi Regis ipſius Ludouici Iuſti, Annæ Chriſtianiſſimæ preces. Irrita tot animarum piarum vota, caſſa tot vbique ſacrificia, ô verè beatos ſolos quos inter millia millium electos, Diuina clementia tanta in petitione exaudiri dignos cenſuit, huc ſerta, huc Coronas, beatorum Diſcalceatorum pedibus Gallia ſimul & Hiſpania prouoluta ſubſternat. Ades huc Frater: *ad cor reuoca ſermonem, intus reflecte labium*, quid ſcribas, quid loquaris attende. Oblitus es credo, dicti Salomonis, *oculum qui ſubſannat patrem & qui deſpicit partum matris ſuæ, extinguetur lumen eius in mediis tenebris.* Quid patrem iactas Auguſtinum, quem Damianus veriſſimè dixit *ſpiritu ſuperbiæ paupertimum?* non enim ſubſannas hunc patrem, vnam ex præcipuis Candelabri lampadibus humilitatem, eius in laudem accendendo, & lumen eius in te typho ſuperbiæ plenus ore tumido exſuflando, tetro fumi graueolentis odore Candelabri tui lectores vſque ad nauſeam inficiens? non deſpicis partum matris tuæ, non modo Eremitas Calceatos nudipes proculcando, ſed Gallos omnes patria Fratres intolerabili faſtu excludens, Re-

Gregor. lib. 2. in Ezech. Hom. 21.

Prouer. 30. 17. & 20. 20.

Damiano adſcribitur à Lud. de Angelis & Lancelloto. Sed nil tale in ſcriptis eius: fortè ex aliquo manuſcripto deprompt ũ.

ginæ partum vnicæ tuæ Congregationi arrogando? Parce Frater, parce linguæ tuæ, non modò à detractione alienæ famæ, ſed
Prou. 27. à propria laude. *Laudet te os alienum, & non*
2. *tuum.* Parco, ait Paulus, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audi-
Epiſt. 77. uit ex me. Quem locum Bernardus expendens, *Quam pulchrè dixit parco; non parcit ſibi arrogans, non parcit ſibi ſuperbus; non cupidus vanæ gloriæ, & iactator actuum ſuorum, qui vel ſibi arrogat quod eſt, vel mentitur, quod non eſt. Solus qui verè humilis eſt, parcit animæ ſuæ; qui ne putetur, quod non eſt, ſemper quantùm in ſe eſt, vult neſciri quod eſt.*

Meminiſſe debueras compenſatæ ſublimi Chriſti præconio humilitatis Auguſtini, ad Ieſu pedes ſub ſpecie peregrini inclinati, quam bellè ſatis, & graphicè depingis, & florida eloquentía delicatuli calami penicillo depingis, pagina ſexagaſima in principio:
Pſal. 67. *Benjamin adoleſcentulus in mentis exceſſu,*
29. ſic in mentis extaſi poſitus, ordiris.

Ie ne ſuis point raui de vous voir raui à cette occaſion: mais bien ie ſuis raui contemplant le Verbe incarné, lequel priſe grandement l'humilité de Sainct Auguſtin, & deſire d'en faire l'eſpreuue, paroiſſant ſous les haillons

d'vn

d'vn pauure pelerin, qui demande le giſte, & ne reſpire qu'apres cette heure, qu'il verra les humbles mains d'Auguſtin eſtenduës ſur ſes ſacrez pieds pour les lauer, rincer, frotter, & decrotter.

Appreſtez-vous à cette rencontre, pour entendre quelque choſe de rare: Auguſtin n'a pas pluſtoſt approché les benis pieds du Sauueur, que cette humilité eſt releuée, & glorifiée par les paroles du Verbe Incarné, qui ſe deſcouure, & loüe cette action en ces termes: Hola, Auguſtin, ce Pelerin eſt voſtre Maiſtre, & parce que vous vous eſtes declaré le petit Auguſtin, le plus petit de mes ſeruiteurs, ie vous declare, & annonce auiourd'huy, que ie vous canonize le Pere, & le Grand Pere quaſi de tous mes ſeruiteurs.

La ſeule humilité de Ieſus donnoit dans la veüe de l'eſprit de Sainct Auguſtin, & qui ne ſeroit humble, puis que l'humilité a eſté la premiere fauorie du Sauueur: cet exemple n'a point de pareil, ny en prattique, ny en force: la prattique eſt inimitable, la force eſt incomparable: la prattique eſt inimitable, puis que c'eſt vn Dieu, qui a epitomé ſa grandeur dans la baſſeſſe de noſtre humanité: la force eſt incomparable, eſtant l'originaire force de tous ceux qui nous forcent doucement par leur bon

exemple à la prattique de l'humilité : ce que Sainct Auguſtin ne pouuoit trop peſer, diſcourant familierement auec cette vertu : ô ſaincte, (diſoit-il) *& venerable humilité ! vous auez fait deſcendre du ſein du Pere dans les benis flancs de la ſacrée Vierge le Fils de Dieu: ô ſaincte & venerable humilité ! que ie vous honore, que ie vous venere, que ie vous reſpecte, que ie vous adore; mais que i'obeyſſe inceſſamment à vous, conformément à l'exemple que mon Maiſtre m'en a produit.*

Hîc breuiter tria interrogo: primò an Chriſtus viatorem agens, & ſeipſum repræſentans cùm adhuc viuus, *tanquam viator declinabat ad manendum*, vt quondam in Martyriō Monacho ſe leproſum exhibuit; nudipes an Calceatus Auguſtino apparuit? Si Excalceatus, quid non quod de Chriſto ſcripſerat retractauit, ſe Calceatum ambulare dicens, exemplo Chriſti Domini? De ſuis calceamentis, pedum tegminibus conſolationem accipiens, quod eā portaſſe indubiè præcurſoris teſtimonio Chriſtũ Dominum credidiſſet. Si Calceatus ſe hoſpitem præbuit pedeſque de more lauandos, vnde tam ſordidi & lutei finguntur vt tot ſynonimis ineptis affricari, detergi, mundari fingantur? Inſuper rogo num Chriſti pedes vitrei

vitrei aliquando fuiſſe dicantur, vt vaſis inſtar vitrei, vel chryſtallini calicis, lauari ferantur? vt nihil in votis ardentius haberet Chriſtus præter hanc horam qua manus humiles Auguſtini, ad id miniſterij, ſuper ſacros pedes expanderentur, *pour les lauer, rincer, frotter, decrotter.* Vitreas quidem apud Salomonem, & patentes vias hominis, coram oculis Dei, *Firmamentum item chryſtalli horribilis, ſub pedibus Dei, mare etiam vitreum ante pedes, & thronum Agni, eiuſdem pedes ſimiles aurichalco, vel æri candenti, crura eius columnas marmoreas, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.* Et ſi quidē in Aſer adumbretur, *Ferrum & æs calceamentum eius*, quo gentes edomet, *& cornua peccatorum confringat*: Vitreos pedes, qui ad morem poculi vitrei lauari poſſent, nunquam didici: *Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius*: Quam porrò doctrinam, niſi veram ſui ipſius nihili ſcientiam? *Hæc eſt*, inquit, *ſapiens, ſumma ſapientia, ſcire cuius eſt donum*, diſcere ab eo, *quia mitis eſt, & humilis corde.* Vtinam vel Chriſti, vel Auguſtini pedibus propinquaſſes, accepturus planè candelabro tuo oleum deficiens tibi. *Lucerna enim*, ait Vates Regius, *pedibus meis verbum tuum, & lu-*

Prou. 16. 2. *in Hebr. omnes viæ viri vitreæ.* *Ezech.* 1. *Apoc* 4. 6. *Apoc.* 1. 15. *Cant.* 5. 15. *Deut.* 33. 25. *Deut.* 33. 3. *Sap.* 8. 21. *Mat.* 11. *Pſ.* 118.

Digitized by Google

men ſemitis meis. Et iterum: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ.* Plus doctrinæ de hoc Candelabro verè aureo ſuper pedes Cherubin, in ſcientiæ ſupereminenti charitate non inflata, ſed humili, fundato, plus luminis hauſurus de calceato Chriſto, & ſecundùm ipſum gradiente Auguſtino: *Intellectum enim dat paruulis*, & humiliter ad ſe accedentes illuminat. Sed oblitus Athanaſius Regulæ præmonentis, *ſuperbiam bonis operibus inſidiari vt pereant*, vt ſeruus vanitatis, ſub lege, Excalceatus, non ſicut liber ſub gratia humilibus datá conſtitutus, libellum ſuum *tanquam ſpeculum ſeptimanum* non conſuluit: nec ſermonem duodecimum ad Fratres in eremo quem citát cum fructu legit; qui ſic incipit: *Fratres chariſſimi, vbi ſuperbia fuerit, ibi diſcordia & contumelia dominabitur. Non ergo decet ſeruos Dei in eremo conſtitutos ſuperbos eſſe, ſed humiles, non elatos, ſed manſuetos, caſtos, benignos, & omnibus virtutibus ornatos. Cauete enim fratres, & vigilanter attendite, ne ſuperbia inflemini de bonis commiſſis, ſcientes quod ſuperbia ex Angelis dæmones fecit, ſed humilitas homines ſimiles Angelis conſtituit. Superbia gloriam de cælis deiecit Angelicam, ſed humilitas ad cælos aſcendere fecit infirmitatem humanam.*

Regul. Auguſt.

Regul. Auguſt. cap. vlt.

Fratres

Fratres mei cauete, ne orantes, vel legentes, vel ſtantes, vel ſedentes, vel vigilantes dicatis ore, vel corde, habitantes in cinere & cilicio cum Phariſæo, gratias tibi ago Domine, quia non ſum ſicut cæteri homines. Hæc enim vitam ſolitariam ducentes diabolo inſtigante ſæpè cogitant, ſæpè hoc dicere tentantur ab inimico ſeruorum Dei. Potius enim volo vos eremum exire, quam talia dicere, vel cogitare. Et in fine eiuſdem ſermonis, candelabri tui lampades exhauſtas humilitatis oleo, quadruplici vento extinguendas præſagiens, ſic concludit: *Iſti ſunt quatuor venti, qui totum orbem perflant; Arrogantia ſibi adſcribens quod non habet, Inſolentia ſibi appropians quod alteri debetur, ſuperbia multa de ſe credens vltra quam verum ſit, contumacia ſe erigens in Prælatum.* Quæ omnia iam ex parte manifeſtè tibi tuiſque quadrare conuicimus, cætera perbellè conuenire demonſtrabimus. Sed prius breui capitulo ſpiritum ſuperbiæ parum ſibi ipſi in te conſentire videamus.

Aug ſer. 12. ad Fratres *Dan. 7. 2.* *Auguſt. ſerm. 12. ad Fratres.*

CAPVT

Capvt IV.

In quo lampas Candelabri Aurei, contrariis ventis exſufflata monſtratur.

Mat.6. NOn fruſtra Chriſtus monuit, *cum ieiunas, vnge caput, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans*, non fuſtrà docuit, *neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. In dextera*, inquit, *Auguſtinus* Serm.60. de tempore. *intelligitur amor Dei, in ſiniſtra vanitas vel cupiditas mundi. Quid eſt ergo, neſciat ſiniſtra tua, &c. niſi, quod facit amor Dei, non corrumpat aut perdat vanitas, vel cupiditas mundi.* Et in eamdem rem pulchrè Chryſologus Chryſologus Serm.9. *quam alios*, inquit, *neſcire vult, qui teipſum qui facis, aliqua etiam tui parte vult neſcire.* Sed melius in rem noſtram Mat.6.6. Chriſtus ibidem, *Clauſo*, ait, *oſtio ora patrem tuum.* Quid ita?ne fortè ventus vanitatis irrumpens tenuem lucernæ tuæ lucem vertat in fuliginem. Nil iam miror ſi Candelabrum aureum cum omnibps ſuis lucernis à Fratre Athanaſio hominum conſpectui expoſitum, vt gloriam captet, plus iam habens fumi quàm luminis, bipatentibus

bus vndique portis, laxatis valuis, auram vanitatis excipiens, modò videat contrariis inde ventis iactatas lampades extingui. Quid dico aduerſis? dicere debueram & contradictoriis, contradictionum enim vẽto, perflante eodem ore Aquilonem ſimul & Auſtrum, prodigium fuiſſet lumen inextinguibile,& lychnum Aſbeſtum ſubſtitiſſe. *Nunquid*, ait Iacobus, *fons de eodem foramine emanat dulcem & amarã aquam*? vide lector vt ſibi conſtet Author Candelabri, nauiculæ ſimillimus agitatæ *aſcendit vſque ad cælos, deſcendit vſque abyſſos*. Apoſtoli ſcilicet Diſcipulus, *ſciens humiliari & abundare*. Sed credo Salomoni dicenti, *eſſe & qui nequiter humiliet ſe*, & Pſeudoæthitem reperiri, quæ nidum Aquilæ ſublimi cedri vertice non firmet, nec pullorum excluſioni proficiat. Attende quid dicat. Pagina ſecunda præmonitionis ad lectorem; *La Seconde partie eſt aßignée aux Chanoines Reguliers, leſquels ſont par tout des bouches d'or, & des bouches du Paradis: leur condition eſt autant redoutable au vice, qu'elle deſire d'eſtre fauorable à la vertu.*

Iaco. 3. 11.
Pſal. 106. 26.
Philip. 4. 12.
Eccli. 19. 23.

La troiſieſme partie comprend les Reuerends Peres Premonſtrez, les Reuerends Peres de Sainct Dominique, & d'autres, leſquels

ſont

ſont ſi parfaicts, qu'ils ont l'effect & nous n'a-uons quaſi que la volonté. Leur ſçauoir accom-gné de leur exmple produit dans les eſprits la cognoiſſance des vertus, pour les deſirer, l'hu-milité pour les obtenir, & la force pour perſe-uerer dans les ſaincts exertices de perfection. Vtinam & tu Frater in hoc humilitatis ſen-ſu perſeueraſſes. Sed *rectè offerens* hanc lau-dem debitam tam ſanctis Ordinibus, eoſ-que iure tuæ Congregationi præferens, & externa ſaltem humilitatis ſimia modeſtiã

Gen. 4. aliquam præ te ferens, *ſed non recte diuidens, peccaſti.*

Iacob. 1. 23. Et iuxta Iacobum, *comparatus viro conſideranti vultum natiuitatis tuæ in regulæ*

Ibidem. *ſpeculo*, longè à propoſito tuo abiiſti, *& ſta-tim oblitus es qualis fueris* diceret planè Ber-

Gen. 4. nardus ſi viueret, & rurſum inculcaret, *non-ne, ſi rectè offeras & non rectè diuidas, pecca-ſti? & quomodo Deum tibi concilias, diſcors tibi?* Audi Auguſtinum locum Apoſtoli ad

tract. in Pſalm. 18. Romanos 12. explicantem, non alta ſa-pientes, ſed humilibus conſentientes: *tunc enim,* ait, *erit humilitas vera; ſi non ſola oſten-tetur in lingua, vt ſimus ſecundum Apoſtolum non alta ſapiẽtes, ſed humilibus conſentientes, quod non fit ore. Sed tu hypocrita ſi dicis ha-bere, cum credas te non habere peccatum; foris fingis humilitatem, intus amplecteris vani-tatem.*

tatem. Ergo & in ore & in corde non habes veritatem. Quid tibi prodeſt videri ab hominibus humile eſſe quod dicis, ſi Deus videt altum eſſe quod ſapis? Certè ſi auribus Diuinum inſonat & oraculum; noli altum dicere; nec ſic immeritò damnareris: ſi humilis in ore coram hominibus, altum in corde coram Domino loquereris. Cum verò audias, noli altum ſapere, ſed time; & tu in tantum ſapis altum, vt te peccatum æſtimes non habere: ac per hoc quia non vis timere, nihil tibi aliud remanet niſi tumere. Iam reuolue verba, quibus præcedens caput cum eodem Auguſtino clauſimus, & quam ſibi, contra te diſſentientem & diſcordem à teipſo conſentiat & concordet, diligenter aduerte. *Iſti ſunt quatuor venti qui totum orbem perflant*, explicare licebit, de orbe & circulo totius operis Candelabri tui. *Arrogantia ſibi adſcribens quod non habet, inſolentia ſibi approprians quod alteri debetur; ſuperbia multa de ſe credēs vltra quā verū ſit; Contumacia ſe erigēs in prælatū.* Vide quo faſtu te erigas in humilem Auguſtinum Prælatum tuum, eiuſque Regulam, ſcriptáque omnia, vbique veritatem, vndique ſimplicitatem, circumquaque veram & ſinceram cordis humilitatem commendatam legens, qui fieri potuit vt lingua

Dan. 7. 2.

Serm. 12. ad Fratres.

Digitized by Google

Babylonica diuiſus, *labio doloſo in corde, &*
Pſal. 11. 3. *corde*, parum eſt, *ſed & ore loquereris.* Vbique te tuoſque iactitas, vbique ſanctitatis omnis exemplaria perfectiſſima ventilas; & quod notatu dignū, cū Canonicos, Præmōſtratenſes, & Dominicanos, ſic ab exordio tibi, tuiſque præferas Regulæ Auguſtinianæ profeſſores, Sic tandem pagina 322. tui immemor ſuperbiſſimè concludis: *Les Auguſtins Deſchauſſez ſont ſouuent appellez à la direction de ces filles, & forment ces eſprits ſur les plus pures idées d'vne ſaincte Obſeruance, laquelle ils poſſedent*, Quo rogo niſi arrogantiæ ſummæ titulo, quam prætaxauit Auguſtinus? *comme les plus parfaits obſeruateurs de la Reigle de Sainct Auguſtin* vir
Ioan. 5. 31. bone, *tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum*, nec *teſtimonia tua iuſtificata in ſemetipſa, vt non iuſtificaris in ſermonibus tuis, nec vincas, ſed cauſa cadas cum ſapientum arbitrio iudicaris.* Antoninus quidem ſcripturæ compoſuit, & conſenſum Euangeliſtarum, *pennaſque animalium iunctas alterius ad alterum* pulchro
Ezech. 1. 9. connexu texuit Auguſtinus, ſed candelabrum ſuum ductile, longè aliter produxit noſter Athanaſius. Nihil dico de perpetuo hyperbato temporū, quòd à limine chronologus

logus extemporaneus ſe profiteatur Achronon, ſed ſenſus & propoſiti, contextum nullum inuenio, vt ſummæ humilitatis, & ſummæ iactantiæ nulla eſt connexio. Quis arbiter componat hanc litem? *Quæ connexio lucis ad tenebras, & Chriſti ad Belial?* 2. Cor. 6. 15.
Hinc ſe humiliat, *Les Reuerends Peres Premonſtrez, les Reuerends Peres de Sainct Dominique, & d'autres leſquels ſont ſi parfaits, qu'ils ont l'effet, & nous n'auons quaſi que la volonté.* Quid humilius? *Les Auguſtins Deſchauſſez ſont ſouuent appellez à la direction de ces filles, & forment ces eſprits ſur les plus pures idées d'vne ſaincte obſeruance:* Neque iam cognitio, vel idea ſimplex, & rudis, vel imperfecta voluntas, ſed perfectiſſima idea, & actualis obſeruantia: *Laquelle ils poſſedent comme les plus parfaits obſeruateurs de la Reigle de S. Auguſtin.* Et hinc exaltat. Pſ. 74. 9.
Quid altius.

Hic quæſo Frater cui duorum teſtimonio, vis tuum aſſentiri Lectorem? an primo? vel ſecundo? perfectiſſimum credere te obſeruatorem Regulæ & Regularis Obſeruantiæ, quam præ omnibus poſſides? an vix aliqualis voluntatis, & deſiderij perfectionis Dominicanæ, & Præmonſtratenſis amatorem. Mehercule cum Diui Auguſtini

ni Regula & exempla, plenam doceant humilitatem, & te videam totis vlnis cum Ixione nubem cauam, & meram amplecti vanitatem; licet ore tenus id proferas, ego ex intimo cordis ſenſu primæ tuæ propoſitioni aſſentior, Reuerendos Patres Præmonſtratenſes, Dominicanos, cæteroſque qui Diui Auguſtini Regulæ militant, ſic perfectos credo, vt effectum habeant ſolidæ perfectæque virtutis, cuius tu tuique ſimiles ne leuem quidem ſomnij auolantis vmbram extimo pallio teneatis.

Enimverò ſi rectè Theologici dicti memini; *Infimum ſupremi maius eſt ſupremo infimi.* Quod vſquequaque adeò verum eſt, vt minima aquæ ſtillula, dignitate naturæ, tota terra præcellat, ſicut tantillum aëris tota aqua; minima ignis ſcintilla, tota aëris ſphera; cœli particula, vel ſtellula, omnibus elementis; plantula viuens, cunctis cœlis; animalculum, vel formicula, omnibus cedris; apicula, elephantis; rationalis vel vnica creatura, animantibus ſingulis; extremi Chori, poſterioris Hierarchiæ, poſtremus Angelus, omnibus ſimul rationalibus creaturis, hinc, *Qui minor eſt in Regno Cœlorum, maior eſt*, arbittio Chriſti, *Ioanne Baptiſta, maiore ſurgente inter natos mulierum.*

Luc. 7. 28.

Digitized by Google

rum. Sic & mihi liceat de virtute morali ratiocinari, cum anima corpori, ſpiritus carni, externis, interna præpolleant; infimum ſolidæ virtutis, Præmonſtratenſis & Dominicanæ, maius eſt ſupremo infimæ auſteritatis nudipedis, Auguſtinianæ Congregationis Diſcalciatæ. *Omnis enim gloria filiæ Regis ab intus.* Hinc ſponſa Canticorum, *formoſa, perfecta, vnica Columba, præcipuè laudatur, ab eo quod intrinſecus latet, quod hortus ſit concluſus, quod fons ſignatus, quod ſileat à bonis.* Sic enim legerunt alij, *abſque eo quod intrinſecus latet, extra ſilentium tui.* Et iterum labia ſuſpiciens modeſto ſilentij rubore perfuſa, & proinde diffuſiori redundantia gratia, *labia tua ſicut vitta coccinea.* Sed cœlum vereor dicere, à celando dictum, clauſtrum Diſcalceatorum, cum vix à quantulis externis bonis, ſileant, vel media hora. *Factum eſt*, inquit Ioannes, *ſilentium in cælo quaſi media hora. Fœlix*, ait Bernardus, *hora, ſed breuis mora, quia factum eſt ſilentium in cælo, quaſi media hora*; etſi Patrum ſenſu iuxta Scripturam cœlum hominis animus eſt, caro terra, garrienti in ſe Diſcalceati animo, & cum Phariſæo apud ſe ſtultè glorianti, nullum ſit interius in mente ſilentium, cum-

Pſal. 44. 14.
Cant. 2. 10. & 4. v. & *ibid.* 12.
Pſal. 38. 3.
Cant. 4. 3.
Apoc. 8. 1.
Hom. de duobus Diſcipulis eũtib. in Emaus.

que foris oculus, lingua, manus, pes, totus corporis geſtus, laudes proprias perſonet & concrepet, nuſquam de eo dici poterit quod *ſiluerit à facie eius vniuerſa terra*; ſed cum ſancto & humili Iob, *Concentum cœli dormire quis faciet, & gyrum arcturi*, in ſe ſemper reuolubilis laudis, in ſingulis ſphærulis, & lampadibus aurei candelabri pedum nuditatem in tenebris reuelantis, & Septententrionem ſedem Regis ſuperbiſſimi exprimentis, *quis poterit diſſipare*? Heu frater ſi verè filius Auguſtini eſſes, veram humilitatem eius, omni vacuæ auſteritati præferres, & patris opera faceres. Nunquam legiſti, quod idem amantiſſimus veritatis, habet, contra, magis quam par eſt, amatores caſtitatis; qui pro ſeruanda caſtitate, proſtituere mendacio, & corrumpere veritatis integritatem nihil timebant? *quid tantùm apud nos promeruit caſtitas, & offendit veritas?* cùm nulla ſit vera abſque veritate caſtitas, & non ſit corporis, ſed animæ caſtitas.

1. Mach. 1. 3.
Iob. 38. 37.
Et ibid. 31.
Aug. de Mendac. cap. 19.

Dico ego, quid tantum de te promeruit exterior nuditas, & deliquit humilitas, cùm nulla ſit in virtute, ſine humilitate, veritas, nulla coram Deo carnis Auſteritas, aut nuditas, ſi animum

operiat

Digitized by Google

operiat ſicut diploide confuſione ſua, ceu mul- Pſal.108.
tiplex habitus, omnimoda vanitas? 29.

Capvt V.

In quo ſumma Auſteritas ab Auguſtino ſuſcepta, & primis ſuis Eremitis indicta, falſa eſſe conuincitur.

V*Entus*, inquit, *Salomon*, *& nubes*, *&* Prou.25.
pluuia non ſequentes, *vir glorioſus*, *&* 14.
& promiſſa non complens. Quid promiſerat
Athanaſius? Quod præmiſerat titulus, *Candelabrum aureum totum*, nec ſatis, niſi, *& de auro mundiſſimo*. Sed *aurum eius æruginauit*, *& ærugo eius in teſtimonium vobis erit*. Exod.25. 31. Iac.5. 3.
Vana enim ſpe deluſus, cùm auream, perfectionis Euangelicæ Regulam in pedum nuditate, & externæ veſtis auſteritate ponendam, ſe perſuadere credidiſſet, *obſcurato auro*, *mutato colore optimo* corticem pro medulla ſumens, vmbram pro corpore, vanitatem pro virtute, exploſus à cunctis ridebitur; dum apertiſſimis conuictus teſtimoniis inuitus fatebitur, Diuum Auguſtinum non auſteram & rigidam, ſed mitem, Thren. 4 1.

Digitized by Google

& facilem, nec minus inde perfectam viam tenuiſſe, ſuiſque tenendam tradidiſſe. *Ne-*
Luc. 8. 16. *mo*, præter iſtum, *accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper Candelabrum*. Sed venerabilis Frater Athanaſius ſub modio, & menſura, propriique Iudicij tenebris, in neſcio qua habitus externi ſpecie ſummam perfectionis deliteſcere fingit. Sed eſto, decepti ſint omnes, qui hactenus ea de re ſcripſerunt, ſit Candelabrum eius aureum totum, ſint ſeptenæ lampades accenſæ, id eſt, vniuerſalis perfectio per hunc numerum ſignata in hoc ſolo conſtituatur: qua via, ratione, authoritate probabit, Auguſtinum hoc vitæ genus amplexum? appoſitè poſt deſcriptionem Candelabri aurei, & lucernarum eius immediatè ſubiici-
Exod. 25. 38. tur; *Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta ſunt extinguntur, fiant de auro puriſſimo*, & nos ergo fumantes lampades ad clariorem propoſitionis eius veritatem, & lucem, emunctoriis aureis, hoc eſt puriſſimis locis probatiſſimorum Authorum emungamus,
Pſ. 39. 5. & cum pſalte Regio cantemus, *Beatus Vir qui non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas*. Quamuis enim Auguſtinum ieiunio. & abſtinentiæ deditiſſimum nouerimus, ſuoſque primos Eremitas abſtinuiſſe carni-

bus

bus Soliſque contentos oleribus, potuque frigidæ, ac raro vini vſu, maceratos non ignoremus, plus inde Diſcalceati ruboris debent contrahere, quàm præſumere honoris. Cùm vt iam diximus, & proprio eorum ore didicimus, longè lautius Auguſtinianis Calceatis, epulentur, nec ouis, vt illi, per aduentum abſtineant in Monaſterio; & per ſtatuta ſua carnes licitè poſſint hoc etiam tempore veſci dum itinerantur, vel morantur in ſæculo. Huic ſuæ Regulæ, Epichiæ, oculos aptate præſcribit illa, *carnem veſtram domate ieiuniis, & abſtinentia eſcæ, & potus, quantùm valetudo permittit.* Et ipſiuſmet Athanaſij teſtimonio ex Annalibus Ordinis: Pag. 153. Candelabri: *Perſuadez-vous que la vie de Sainct Auguſtin, & de ſes Ermites eſtoit ſi auſtere, qu'il ſemble qu'elle eſt plus admirable, qu'imitable, d'autant qu'il ne faiſoit qu'vn repas d'vn Soleil à l'autre. Ils ieuſnoient perpetuellement, & leurs ieuſnes leur preparoient des delices, dans les plus communes viandes, la chair, les œufs, le laict, & le fromage leur eſtoient interdits; les pois, les féves, les fruicts, & les racines contentoient leur appetit, on ne gouſtoit point de vin dans leur refectoir, que par le congé du Sainct Eueſque* *In Reg. Aug.*

Valere, qui ſe ſeruoit ſouuent de leur table, & les diſpenſoit de l'auſterité de l'eau, mais ils prenoient ſi peu de vin, & l'abiſmoient dans vne ſi grande quantité d'eau qu'il perdoit ſa couleur, ſon gouſt, & ſa qualité. Neſcio quos frequenter nobis ingerit Annales Ordinis Eremitarum, quibus vt plurimum ſuas vanitates, & inſanias falſas confirmare contendit, quæ tanto mihi ſuſpectæ magis, quo, annum, locum, materiam, paginam, & ne quidem Authoris illarum nomen appoſuit: accuratè legi Anaſtaſim Scriptorum omnium Ordinis doctiſſimi Patris Thomæ Gratiani Prouincialis Coloniæ Ordinis Eremitarum, nullum librum hoc inſcriptum nomine reperi: ſed aſſuetus mendaciis
Prou.10. 4. Athanaſius, iiſque ſubnixus, *paſcat ventos, & ſequatur aues volantes:* Nos *non indoctas fabulas ſecuti*, & commenta, Æo-
2.Petr.1. 16. num Valentini ſimillima, ſed ſermonem verum irreprehenſibilium authorum pro-
2.Petr.1. 19. ferimus, cui melius faciet *attendens quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco*, quàm candelabro ſuo fuliginoſo.

Pulchrè quidem vitam Auguſtini, primorumque Fratrum magis admirabilem ſibi quam imitabilem fingit, nos Athanaſij ſuorumque Neotericorumque Reformatorum

ſum Ordinis, nec abſtinentiam inimitabilem, nec auſteritatem admirabilem ſuſpicimus, quam habet non modò cum omnibus Diſcalceatis cæterorum Ordinum, communem, ſed in habitus rigore longè inferiorem, cum relaxato primo habitus ad nudam carnem vſu, iam cum cæteris mitigatis interulis laneis dictum rigorem temperauerint. Nec veſtiti niſi ſola tunicella & non toto in habitu vt Capucini aliiq; dormiant, molliori in ſtramine duplicata ſuper ſtramẽ villoſa proindeq; tenera coopertura lanea. Quid igitur in hoc veſtiendi, veſcendi, dormiendi, genere tam auſterum? Iam vt ſolidè probem, *ſuperbam, vt loquitur Auguſtinus, duritiam & ſtolidam amentiam*, errant qui dicunt D. Auguſtinum ſuoſque primæuos Eremitas, Regulam & diſciplinam rigoroſam fuiſſe ſecutos, quid irrefragabiles authores de hac re ſenſerint ponderate. *Ser. 42. de Sanctis*

Poſſidius ni fallor confictis Annalibus in hac cauſa credibilior eſt quam Frater Athanaſius: ita enim ſcribit. *Ego arbitror plus ex eo proficere potuiſſe, qui eum & loquentem in Eccleſia præſentem audire & videre potuerũt, & eius præſertim inter homines conuerſationem non ignorauerunt. Erat enim non ſolum eruditus ſcriba in regno cælorum de* *In vita Aug. cap. 31. ſub finem.*

theſauro ſuo proferens noua & vetera, & vnus negotiatorum, qui inuentam vnam pretioſam Margaritam quæ habebat, venditis, comparauit. Porrò quantum fidei Poſſidio debeatur, lector, aduerte, ſic enim paulo poſt ſubiunxit; *peto autem impendio veſtro Charitatem, qui hæc ſcripta legitis vt mecum Omnipotenti Deo gratias agatis Dominumque benedicatis, qui tribuit mihi intellectum, vt hæc in notitiam & præſentium & abſentium præſentis temporis & futuri hominum, & vellem deferre, & valuiſſem: & mecum ac pro me oretis vt illius quondam viri, cum quo annis fermè quadraginta Dei Dono abſque amara vlla diſſentione familiariter ac dulciter vixi, & in hoc ſæculo æmulator, & imitator exiſtā, & in futuro Omnipotentis Dei promiſſis cum eodem perfruar.* oculato igitur teſti, non aurito tantum demus aures & oculos, audiamus, videamus, quid de vita & veſtitu D. Auguſtini referat. *veſtis eius & Calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia his plerumque vel iactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abiicere.* Bellè pungit Athanaſium cum Diſcalceatis iactare ſe vbique inſolenter ſolitis de habitus forma, & nudis pedibus. *Ex vtroque non quæ Ieſu,*

Poſſid. ibid.

Poſſid. in vita Aug. cap. 22.

Ieſu, Chriſti, ſed quæ ſua ſunt, iidem quærentes. At iſte Beatus vt dixi medium tenebat, neque in dextram, neque in ſiniſtram declinans. Menſa vſus eſt frugali & parca, quæ quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando propter hoſpites, vel quoſque infirmiores continebat. Neque enim magni conſilij Angelo diſſimilis Auguſtinus, legitimo omnium bonarum creaturarum vſui in communi renuntiauerat, ſed pedem vnum ſuper mare ponens in vſum piſcium, alterum ſuper terram habebat in victum carnium: ſemper autem vinum habebat, vel vt alia verſio habet in margine, bibebat; quia nouerat & docebat, vt Apoſtolus dicit, quod omnis creatura Dei bona ſit, & nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur; Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem & vt idem Auguſtinus Confeſſionum libris poſuit dicens: non ego immunditiam obſonij timeo, ſed immunditiam cupiditatis, ſcio enim nos omne genus carnis quod cibo eſſet vſui, manducare permiſſum: Eliam cibo carnis refectum, Ioannem mirabili abſtinentia præditum, animalibus hoc eſt locuſtis in eſcam cedentibus non fuiſſe pollutum. Scio & Eſaü lenticulæ concupiſcentia deceptum; & Dauid propter aquæ deſiderium à ſeipſo reprehenſum, & Regem noſtrum, non de

Apoc.10. 2.

Poſſid. ibid.

1.Tim.4.

10. Confeſ.cap. 31.

Auguſtinus diſputauit. Capite autem 8. deſcribit metum Epiſcopi Valerij *ne*, inquit, *ab alia Eccleſia Sacerdote priuata ad Epiſcopatum quæreretur, & ſibi auferretur, &c. Egit ſecretis litteris apud Primatem Epiſcoporum Carthaginenſem, allegans imbecillitatem corporis ſui ætatiſque grauitatem, & obſecrans vt Hypponenſi Eccleſiæ Ordinaretur Epiſcopus qui ſuæ Cathedræ non tam ſuccederet, ſed conſacerdos accederet Auguſtinus, &c.*

Poſſid. ibid.

Deinde cap. 11. *proficiente verò doctrina ſub Sancto & cum Sancto Auguſtino in Monaſterio Deo ſeruientes*, ponderet lector vigilans *ſub Sancto*, quaſi patre & ſuperiore ſeu prælato Regulari, licet iam tũ Coëpiſcopo Valerij: & cum Sancto Auguſtino in communi Regularem diſciplinam, Sanctumque propoſitum obſeruanti; *In Monaſterio Deo ſeruientes*, nondum certè elerici vel Canonici, qui nec dum in clerum aſſumpti fuerant; *Eccleſiæ Hypponenſi clerici ordinari cœperunt.* Ergo antea non cœperant, nec de Clericis iam Ordinatis, quod præmiſit, intelligi poteſt, ſed de laicis Fratribus Monachis, *ſub ſancto & cum Sancto Auguſtino in Monaſterio Deo ſeruientibus.*

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

Quod & clarius ſubſequẽtia verba Poſſidij indicant, *ac deinde innoteſcente & clareſcente*

reſcente de die in diem Eccleſiæ Catholicæ prædicationis veritate, Sanctorumque ſeruorum Dei propoſito continentia & paupertate profunda, ex Monaſterio quod per illum memorabilem virum & eſſe, & creſcere cæperat, magno deſiderio poſcere, atque accipere Epiſcopos & clericos pax Eccleſiæ atque vnitas, & cæpit primò, & poſtea conſecuta eſt. Nam fermè decem quos ipſe noui ſanctos ac Venerabiles viros continentes & doctiſſimos B. Auguſtinus diuerſis Eccleſiis, nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipſi ex illorum ſanctorum propoſito venientes, Domini Eccleſiis propagatis & Monaſteria inſtituerunt, & ſtudio creſcente ædificationis verbi Dei cæteris Eccleſiis promotos Fratres ad ſuſcipiendum ſacerdotium præſtiterunt. Poſſid. ibid.

Clarius ipſe totum Religioſæ vitæ ſuæ Monaſteriorumque contextum ediſſerit. *Ego* inquit, *quem Deo propitio videtis Epiſcopum veſtrum iuuenis veni ad iſtam ciuitatem vt multi veſtrum nouerunt, Quærebam vt conſtituerem Monaſterium & viuerem cum Fratribus meis, ſpem quippe omnem ſæculi reliqueram, & quod eſſe potui, eſſe nolui: nec tamen quæſiui eſſe quod ſum, &c. In quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum ne illo accederem cauebam, & hoc agebam quantum poteram, vt* Serm. de communi vita Clericor. qui eſt 49. de diuerſis.

de carne, ſed de pane eſſe tentatum, &c. de vino autem ſumendo Apoſtoli extat ſententia ad 1. Tim. 5. *Timotheum ſcribentis & dicentis: noli vſque adhuc aquam bibere, ſed vino modico vtere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates.* Atque vt vitam huiuſmodi, nemo ad tempus Epiſcopatus eius referat, quaſi eremo relicta, victus, veſtitúſque formam immutauerit, ſubiecit Poſſidius, Sanctum propoſitum tum etiam retinuiſſe, quod vſu communi veterum patrum & ipſius maximè Auguſtini ſtatum Monachalem & religioſum ſonat. Vnde idem Poſſidius cap. 2. *Poſſid in vita Aug.* poſt ſuſceptum baptiſma, *mox* inquit, *ex intimis cordis medullis, ſpem omnem quam habebat in ſæculo dereliquit, iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores ſæculi quærens.* Viden vt iam tum tria Religionis vota amplexatur, tribus mundi illecebris aduerſa. *Poſſid. ibid.* *Sed ſoli Deo cum ſuis ſeruire. Statuit, &c. Et erat tunc annis maior triginta, ſola ſuperſtite matre, ſibique adhærente, & de ſuſcepto eius propoſito ſeruiendi Deo, amplius quam de carnis nepotibus exultante.* *Ibidem.* Et cap. 3. *placuit ei percepta baptiſmi gratia cum aliis ciuibus & Amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus ad Affricam & propriam domum agroſque remeare. Ad quos veniens, & in quibus*

bus conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis curis ſæcularibus cum iis qui eidem adhærebant, Deo viuebat ieiuniis, orationibus, boniſque operibus. Et cap. 4. notat Hypponenſem populum omneſque Catholicos. *Iam*, inquit, *ſcientes Auguſtini propoſitum, & Doctrinam, manu iniecta eum tenuerunt, & Epiſcopo ordinandum intulerunt, &c.* tamdem cap. 5. *Factus* inquit *presbyter Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum & Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique ſicut opus erat, quod iam ipſe prior fecerat dum de trãſmarinis ad ſua remeaſſet.* Vbi notandum eſt ſolum, tum Auguſtinum ex Fratribus eiuſdem propoſiti aſſumptum in clerum: ſubdit enim Poſſidius iubente Valerio Auguſtinum presbyterum prædicaſſe, cum Fortunato presbytero diſputaſſe, contra Affricanas hæreſes mirantibus, & collætantibus Chriſtianis, verbo & ſcripto priuatim & publicè diſceptaſſe. Et ſic concludit cap. 7. *per idem tempus coram Epiſcopis hoc illi iubentibus, qui plenarium totius Affricæ concilium Hyppone agebant, de fide & ſymbolo presbyter adhuc*

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

Auguſti-

de carne, ſed de pane eſſe tentatum, &c. de vino autem ſumendo Apoſtoli extat ſententia ad
1.Tim.5. *Timotheum ſcribentis & dicentis: noli vſque adhuc aquam bibere, ſed vino modico vtere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates.* Atque vt vitam huiuſmodi, nemo ad tempus Epiſcopatus eius referat, quaſi eremo relicta, victus, veſtitúſque formam immutauerit, ſubiecit Poſſidius, Sanctum propoſitum tum etiam retinuiſſe, quod vſu communi veterum patrum & ipſius maximè Auguſtini ſtatum Monachalem & religioſum ſonat. Vnde idem Poſſidius cap. 2.
Poſſid. in vita Aug. poſt ſuſceptum baptiſma, *mox* inquit, *ex intimis cordis medullis, ſpem omnem quam habebat in ſæculo dereliquit, iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores ſæculi quærens.* Viden vt iam tum tria Religionis vota amplexatur, tribus mundi illecebris aduerſa.
Poſſid. ibid. *Sed ſoli Deo cum ſuis ſeruire. Statuit, &c. Et erat tunc annis maior triginta, ſola ſuperſtite matre, ſibique adhærente, & de ſuſcepto eius propoſito ſeruiendi Deo, amplius quam de carnis nepotibus exultante.*
Ibidem. Et cap. 3. *placuit ei percepta baptiſmi gratia cum aliis ciuibus & Amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus ad Affricam & propriam domum agroſque remeare. Ad quos veniens, & in quibus*

bus conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis curis ſæcularibus cum iis qui eidem adhærebant, Deo viuebat ieiuniis, orationibus, boniſque operibus. Et cap. 4. notat Hypponenſem populum omneſque Catholicos. *Iam*, inquit, *ſcientes Auguſtini propoſitum, & Doctrinam, manu iniecta eum tenuerunt, & Epiſcopo ordinandum intulerunt, &c.* tamdem cap. 5. *Factus* inquit *presbyter Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit & cum Dei ſeruis viuere cæpit ſecundum modum & Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique ſicut opus erat, quod iam ipſe prior fecerat dum de trāſmarinis ad ſua remeaſſet.* Vbi notandum eſt ſolum, tum Auguſtinum ex Fratribus eiuſdem propoſiti aſſumptum in clerum: ſubdit enim Poſſidius iubente Valerio Auguſtinum presbyterum prædicaſſe, cum Fortunato presbytero diſputaſſe, contra Affricanas hæreſes mirantibus, & collætantibus Chriſtianis, verbo & ſcripto priuatim & publicè diſceptaſſe. Et ſic concludit cap. 7. *per idem tempus coram Epiſcopis hoc illi iubentibus, qui plenarium totius Affricæ concilium Hyppone agebant, de fide & ſymbolo presbyter adhuc*

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

de carne, ſed de pane eſſe tentatum, &c. de vino autem ſumendo Apoſtoli extat ſententia ad
1. Tim. 5. *Timotheum ſcribentis & dicentis: noli vſque adhuc aquam bibere, ſed vino modico vtere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates.* Atque vt vitam huiuſmodi, nemo ad tempus Epiſcopatus eius referat, quaſi eremo relicta, victus, veſtitúſque formam immutauerit, ſubiecit Poſſidius, Sanctum propoſitum tum etiam retinuiſſe, quod vſu communi veterum patrum & ipſius maximè Auguſtini ſtatum Monachalem & religioſum ſonat. Vnde idem Poſſidius cap. 2.
Poſſid. in vita Aug. poſt ſuſceptum baptiſma, *mox* inquit, *ex intimis cordis medullis, ſpem omnem quam habebat in ſæculo dereliquit, iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores ſæculi quærens.* Viden vt iam tum tria Religionis vota amplexatur, tribus mundi illecebris aduerſa.
Poſſid. ibid. *Sed ſoli Deo cum ſuis ſeruire. Statuit, &c. Et erat tunc annis maior triginta, ſola ſuperſtite matre, ſibique adhærente, & de ſuſcepto eius propoſito ſeruiendi Deo, amplius quam de carnis nepotibus exultante.*
Ibidem. Et cap. 3. *placuit ei percepta baptiſmi gratia cum aliis ciuibus & Amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus ad Affricam & propriam domum agroſque remeare. Ad quos veniens, & in quibus*

bus conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis curis ſæcularibus cum iis qui eidem adhærebant, Deo viuebat ieiuniis, orationibus, boniſque operibus. Et cap.4.notat Hypponenſem populum omneſque Catholicos. *Iam*, inquit, *ſcientes Auguſtini propoſitum, & Doctrinam, manu iniecta eum tenuerunt, & Epiſcopo ordinandum intulerunt, &c.* tamdem cap.5.*Factus* inquit *presbyter Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit & cum Dei ſeruis viuere cæpit ſecundum modum & Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique ſicut opus erat, quod iam ipſe prior fecerat dum de trãſmarinis ad ſua remeaſſet.* Vbi notandum eſt ſolum, tum Auguſtinum ex Fratribus eiuſdem propoſiti aſſumptum in clerum: ſubdit enim Poſſidius iubente Valerio Auguſtinum presbyterum prædicaſſe, cum Fortunato presbytero diſputaſſe, contra Affricanas hæreſes mirantibus, & collætantibus Chriſtianis, verbo & ſcripto priuatim & publicè diſceptaſſe. Et ſic concludit cap.7.*per idem tempus coram Epiſcopis hoc illi iubentibus, qui plenarium totius Affricæ concilium Hyppone agebant, de fide & ſymbolo presbyter adhuc*

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

Poſſidib.

Auguſti

de carne, ſed de pane eſſe tentatum, &c. de *vino autem ſumendo Apoſtoli extat ſententia ad*
1. Tim. 5. *Timotheum ſcribentis & dicentis: noli vſque adhuc aquam bibere, ſed vino modico vtere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates.* Atque vt vitam huiuſmodi, nemo ad tempus Epiſcopatus eius referat, quaſi eremo relicta, victus, veſtitúſque formam immutauerit, ſubiecit Poſſidius, Sanctum propoſitum tum etiam retinuiſſe, quod vſu communi veterum patrum & ipſius maximè Auguſtini ſtatum Monachalem & religioſum ſonat. Vnde idem Poſſidius cap. 2.
Poſſid in vita Aug. poſt ſuſceptum baptiſma, *mox* inquit, *ex intimis cordis medullis, ſpem omnem quam habebat in ſæculo dereliquit, iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores ſæculi quærens.* Viden vt iam tum tria Religionis vota amplexatur, tribus mundi illecebris aduerſa.
Poſſid. ibid. *Sed ſoli Deo cum ſuis ſeruire. Statuit, &c. Et erat tunc annis maior triginta, ſola ſuperſtite matre, ſibique adhærente, & de ſuſcepto eius propoſito ſeruiendi Deo, amplius quam de carnis nepotibus exultante.*
Ibidem. Et cap. 3. *placuit ei percepta baptiſmi gratia cum aliis ciuibus & Amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus ad Affricam & propriam domum agroſque remeare. Ad quos veniens, & in quibus*

bus conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis curis ſæcularibus cum iis qui eidem adhærebant, Deo viuebat ieiuniis, orationibus, boniſque operibus. Et cap. 4. notat Hypponenſem populum omneſque Catholicos. *Iam*, inquit, *ſcientes Auguſtini propoſitum, & Doctrinam, manu iniecta eum tenuerunt, & Epiſcopo ordinandum intulerunt, &c.* tamdem cap. 5. *Factus* inquit *presbyter Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum & Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique ſicut opus erat, quod iam ipſe prior fecerat dum de trãſmarinis ad ſua remeaſſet.* Vbi notandum eſt ſolum, tum Auguſtinum ex Fratribus eiuſdem propoſiti aſſumptum in clerum: ſubdit enim Poſſidius iubente Valerio Auguſtinum presbyterum prædicaſſe, cum Fortunato presbytero diſputaſſe, contra Affricanas hæreſes mirantibus, & collætantibus Chriſtianis, verbo & ſcripto priuatim & publicè diſceptaſſe. Et ſic concludit cap. 7. *per idem tempus coram Epiſcopis hoc illi iubentibus, qui plenarium totius Affricæ concilium Hyppone agebant, de fide & ſymbolo presbyter adhuc*

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

Auguſti

Auguſtinus diſputauit. Capite autem 8.deſcribit metum Epiſcopi Valerij *ne*, inquit, *ab alia Eccleſia Sacerdote priuata ad Epiſcopatum quæreretur, & ſibi auferretur,&c.Egit ſecretis litteris apud Primatem Epiſcoporum Carthaginenſem,allegans imbecillitatem corporis ſui ætatiſque grauitatem, & obſecrans vt Hypponenſi Eccleſiæ Ordinaretur Epiſcopus qui ſuæ Cathedræ non tam ſuccederet, ſed conſacerdos accederet Auguſtinus, &c.*

Poſſid. ibid.

Deinde cap. 11. *proficiente verò doctrina ſub Sancto & cum Sancto Auguſtino in Monaſterio Deo ſeruientes,* ponderet lector vigilans *ſub Sancto,* quaſi patre & ſuperiore ſeu prælato Regulari, licet iam tũ Coëpiſcopo Valerij: & cum Sancto Auguſtino in communi Regularem diſciplinam,Sanctumque propoſitum obſeruanti; *In Monaſterio Deo ſeruientes*, nondum certè clerici vel Canonici, qui nec dum in clerum aſſumpti fuerant; *Eccleſia Hypponenſi clerici ordinari cœperunt.* Ergo antea non cœperant, nec de Clericis iam Ordinatis, quod præmiſit, intelligi poteſt, ſed de laicis Fratribus Monachis, *ſub ſancto & cum Sancto Auguſtino in Monaſterio Deo ſeruientibus.*

Poſſid. ibid.

Poſſid. ibid.

Quod & clarius ſubſequẽtia verba Poſſidij indicant, *ac deinde innoteſcente & clareſcente*

reſcente de die in diem Eccleſiæ Catholicæ prædicationis veritate, Sanctorumque ſeruorum Dei propoſito continentia & paupertate profunda, ex Monaſterio quod per illum memorabilem virum & eſſe, & creſcere cœperat, magno deſiderio poſcere, atque accipere Epiſcopos & clericos pax Eccleſiæ atque vnitas, & cœpit primò, & poſtea conſecuta eſt. Nam fermè decem quos ipſe noui ſanctos ac Venerabiles viros continentes & doctiſſimos B. Auguſtinus diuerſis Eccleſiis, nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipſi ex illorum ſanctorum propoſito venientes, Domini Eccleſiis propagatis & Monaſteria inſtituerunt, & ſtudio creſcente ædificationis verbi Dei cæteris Eccleſiis promotos Fratres ad ſuſcipiendum ſacerdotium præſtiterunt. Poſſid. ibid.

Clarius ipſe totum Religioſæ vitæ ſuæ Monaſteriorumque contextum ediſſerit. *Ego* inquit, *quem Deo propitio videtis Epiſcopum veſtrum iuuenis veni ad iſtam ciuitatem vt multi veſtrum nouerunt, Quærebam vt conſtituerem Monaſterium & viuerem cum Fratribus meis, ſpem quippe omnem ſæculi reliqueram, & quod eſſe potui, eſſe nolui: nec tamen quæſiui eſſe quod ſum, &c. In quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum ne illo accederem cauebam, & hoc agebam quantum poteram, vt* Serm. de communi vita Clericor. qui eſt 49. de diuerſis.

in

in loco humili ſaluarer, ne in alto periclitarer &c. Veni ad iſtam ciuitatem propter videndum amicum quem putabam me lucrari poſſe Deo, vt nobiſcum eſſet in Monaſterio. Quaſi ſecurus peruenit, quia locus habebat Epiſcopum. Hactenus laicum ſe fuiſſe profitetur Auguſtinus, ſed dum Monachum, Fratres habentem, ſed quærentem locum idoneum. Hyppone ad propagationem ſui Ordinis & nouum Monaſterium extruendum; proſequitur *apprehenſus presbyter factus ſum, & per hunc gradum perueni ad Epiſcopatum. Non attuli aliquid, non veni ad hanc Eccleſiam niſi cum ijs indumentis quibus illo tempore veſtiebar.* Monachales veſtes procul dubio intelligit. *Et quia hic diſponebã eſſe in Monaſterio cum Fratribus meis* quibuſnam? Canonicis forte & Clericis? Sole clarius patet Fratres Eremitas intelligere; cum non niſi poſt Epiſcopatum ſuſceptum, vt ipſe verbis apertiſſimis dicit, Clericos in vnum collegerit, vt ipſis in Monaſterio conuiueret, ne Fratres Eremitæ aduentantium in Epiſcopatum inquietudine turbarentur. *Et quia*, inquit, *hic diſponebam eſſe in Monaſterio cum Fratribus, cognito inſtituto & voluntate mea, beatæ memoriæ Senex Valerius dedit mihi hortum illum; in quo nunc eſt Monaſterium.*

Aug. ibid.

Aug. ibid.

Aug. ibid.

Cœpi

Cæpi boni propoſiti Fratres colligere compares meos. In quo? Clericatu, vel presbyteratu? Quis ſic cæcutit & delirat vt ſic intelligat, cum hoc referat ad tempus quo ipſe presbyter inuitus factus eſt ſolus ex Fratribus? Sed ipſe explicat in quo pares. *Nihil habentes*, inquit, *ſicut nihil habebam, & inuitantes me, &c. perueni ad Epiſcopatum: vidi neceſſe habere Epiſcopum exhibere humanitatem aßiduam quibuſque venientibus ſiue tranſeuntibus, quod ſi non feciſſem Epiſcopus inhumanus dicerer. Si autem conſuetudo iſta in Monaſterio permiſſa eſſet, indecens eſſet, & ideo volui habere in iſta domo Epiſcopi mecum Monaſterium Clericorum. Ecce quomodo viuimus, nulli licet in ſocietate noſtra habere aliquid proprium.* *Aug. ibid.*

Hîc vides apertiſſimè inſtitutionem Clericorum longe poſteriorem inſtituto Monachorum, nec hunc ſermonem clerici poſſunt reuocare in dubium, cum tomus decimus Clericorum Louanenſium cenſuræ ſubiectus vt ipſe fatetur Molanus, reiectis ſermonibus ad Fratres per ipſoſmet Clericos, iſte de communi vita Clericorum per eoſdem ſit retentus quaſi legitimus Auguſtini partus & inter ſermones de diuerſis recenſitus 49.

Ex

Ex dictis colligitur Auguſtinum propoſitum vitæ Monachalis iam ab Italia primò ſuſcepiſſe, Secundò in Affricam primum omnium inuexiſſe, ibique vendito patrimonio laicum adhuc pluribus annis in Eremo cum aliquot eiuſdem propoſiti Fratribus vixiſſe. Tertiò presbyterum factum apud Hypponem Monaſterium Fratrum Eremitarum in horto Valerij ædificaſſe, quod ideò fortè Poſſidius ſupra intra Eccleſiam inſtitutum dicit, quod intra fundum ad Eccleſiam pertinentem illud erexerit. Quartò tamdem iam Epiſcopum, in Epiſcopali domo poſt obitum Valerij Monaſterium Clericorum ædificaſſe, quos vt clare ſuprà dixit Poſſidius ex Monaſterio Eremitarum, in horto Valerij prius collectorum, & aſſumptorum ad Clerum, collegit, vel ex aliis recenter à ſæculo venientibus in vnam ſocietatem adduxit, ſicut innuit Auguſtinus eodem ſermone, *Cæpi boni propoſiti colligere compares meos, nihil habentes ſicut nihil habebam & imitantes me: vt quomodo ego tenuem paupertatulam meam vendidi, & pauperibus erogaui; ſic facerent & illi qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus.* *Aug. ſupra.*

Quocumque porrò in ſtatu, ſiue laico poſt conuerſionem, ſiue Clericali poſt ordinationem,

nationem, ſiue Epiſcopali poſt conſecrationem ſancti tenax propoſiti Auguſtinus, nunquam illud deſeruit, ſed cum inſignibus Epiſcopalibus, licet modeſtiſſimis Monachales veſtes, victumque ſobrium retinuit, & iuxta B. Antoninum, Dominicani Ordinis, Archiepiſcopum Florentinũ, *etiam Epiſcopus factus Monachum ſe profiteri non erubuit.* 3. p. cap. 14. §. 2. Ita enim & D. Gregorius Nazianzenus S. Baſilium ad Epiſcopatum promotum humilem Monachi habitũ non exuiſſe collaudat. Orat. funeb. in Laud. Baſil. Quin & Synodus S. Generalis celebrata anno 896. ſub Adriano. II. *Monachi qui vita & doctrina vt Epiſcopi creentur meruerint, non mutent habitum, veſtiſque rationem? Ob nouam dignitatem, non minus enim hoc arrogans eſſet quam pallio ineptè vti. Quiſquis ergo Epiſcopus præter definita tempora ſe pallio induerit, aut Monaſticam veſtem depoſuerit, aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur.* Canone 27. Et in cõcilio Lateranenſi, ſub. Innocent. III. *Niſi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem.* Et de B. Fulgentio Epiſcopo Ruſpenſi Surius *orario*, (id eſt ſtola ſupra pectus in formam Crucis decuſſata,) *ſicut omnes Epiſcopi nunquam vtebatur: pellices cingulo tanquam Monachus vtebatur.* Non eſt Prima die Ianuarij.

ergo credibile D. Auguſtinum factum Epiſcopum veſtem Monachi expoliaſſe, ſed primam victus & veſtitus formam ad Canos vſque ſeruaſſe. Sic enim concludit Poſſidius ſupra *Coclearibus tantum argenteis vtens, cætera vaſa quibus menſæ inferebantur cibi vel teſtea, vel lignea, vel marmorea erāt: non tamen neceſſitatis inopia, ſed propoſito voluntatis* vt ergo *veſtis*, eodem referēte Poſſidio, *& Calceamenta & lectualia, ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum*, ſupereſt vt videamus quàm mentiatur Frater Athanaſius & hiſtoriæ veritati & ſibi ipſi ſuiſque iniuriis, qui hinc inducat Auguſtinum cum primis Eremitis auſteriſſimi victus & veſtitus authorem, inde ſe ſuamque Congregationem Diſcalceatorum toto cœlo ab hoc ſuppoſititio frigore diſtare conuincatur.

Digitized by Google

CAPVT VI.

In quo ficta extrema Auſteritas habitus & victus D. Auguſtini à Fratre Athanaſio inuecta explodıtur.

SIc præfatur Frater Athanaſius in cap. 2. primæ partis ſui Candelabri; *La marque de Religion que Sainct Auguſtin portoit & de laquelle il auoit faict part à tous ſes enfans, eſtoit vn habit noir gros & peſant, qui s'eſtendoit iuſques aux talons, & d'iceluy (ſelon l'opinion de quelques vns)* nullum tamen hic citat in margine, vt ipſummet Authorem huius fabulæ intelligas: *naiſſoit vn Capuce de meſme eſtoffe, long et pointu, mais ſi rude & ſi poignant que Sainct Auguſtin ne ſçachant comme exprimer ſon auſterité, l'appelle vn Cilice noir. Dans ce triſte veſtement heriſſé de poils tres poignans, ils viuoient, dormoient, mouroient, & eſtoient enterrés. Vne groſſe & large Ceinture, faicte de Cuir de Chameau ceignoit leurs reins, & eſtoit la marque eſſentielle de leur Religion.* Bellè ſatis & ornatè in hac ſubiectione auſteri habitus ſibi blanditur noſter Athanaſius. Naſceba-

tur, inquit, ex habitu rudi, oneroſo, hirſuto longum & acutum Caputium. Benè herclè, naſcebatur, ait, nec enim iam tum cuſpidis eius plena maturitas; cum nec ſummi omnium opificis opera, à mundi exordio perfecta conſtiterint. *Nam & tenebræ totæ adhuc, ſine cultu ſyderum informes, & triſtis abyſſus, & terra imparata, & cælum rude.* Sic paruum cornu cucullæ naſcebatur ex habitu poderis, donec multo proceſſu temporis, pinguiora Fratrum pœnitentiæ capita offendens, poſtremo tamdem in Diſcalceatorum vertice velut opimiori ſolo plantatum, in perfectam & plenam pyramidis cuſpidem protelatum excreſceret. Nil gratis affero. Sic enim cap. 27. primæ partis Candelabri. *L'ordre des Freres de la penitence de Ieſus Chriſt fut eſtably dans Marſeille en Prouence long temps auparauant le Concile de Latran, &c. Les hiſtoriens les appellent les Freres de la penitence de Ieſus Chriſt, les Freres du ſac ou ſachet, les Ermites de Sainct Auguſtin. Leur vie tres auſtere leur acquit le nom de penitẽce de Ieſus Chriſt. Ils marchoient pieds nuds, & portoient vn habit noir faict comme celuy des Reuerends Peres Capucins & ſe ceignoient d'vne groſſe Ceinture de Cuir, Leur Obſeruance eſtoit ſi bien*

Tertul. de Bapt. cap. 3.

bien accomplie, & eſtablie, qu'ils ſubſiſterent long-temps apres l'vnion Generale des Ermites, &c. & ſeruirent de bon exemple aux Ermites de Sainct Auguſtin. Neſcio quomodo ſarcinator iſte hiſtoriæ in Eremitarũ exemplum ponit Fratres de ſacco, quorum Monaſteria extincto prorſus eorum Ordine in Gallia Philippus Pulcher Beato Ægidio Romano quondam Generali Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Epiſcopo Bituricenſi, necnon S. E. R. Cardinali, Confeſſario ſuo ad vſum Fratrum Eremitarum tranſtulit, vnde fortè factum eſt vt Pictores huius ætatis in ſpoliorum pœnitentium memoriam prolixiori caputio dicti Beati Ægidij caput humeroſque contexerint.

Sed vt ad fratrem Athanaſium regrediar, & lepidæ digreſſionis gratia, ſeria interpolans tædio confectum lectoris animum refocillem Hermogenis cum Excalceatis Eremitis ſimilitudinem nuper adorſus, abſoluo; vt enim ille materiam ſuam Deo coæuam inſipienter adſtruxit: ſic noſter Excalceatus informis materiæ, ideoque multiformis, multiuolæ, inſatiabilis ad Conuentus Ordinis non extincti, ſed vigentis appetitus, proindeque principij corruptionis, veteris & veræ formæ habitus & diſciplinæ

Digitized by Google

deuotus excultor ; ſe cœuum Auguſtino primiſque eius Fratribus, & ſimilis ad vnguem inſtituti ſtultiſſimè gloriatur. *Hermogenes pingit illicitè*, Excalceatus Diuum Auguſtinum, ſanctoſque Eremitas contra formam veterum imaginum, contraque expreſſam Breuis Apoſtolici Vrbani VIII. prohibitionem, ſubreptitia eiuſdem Bulla abutens ſuo in habitu pingit licitè? *Hermogenes nubit aſſiduè*. Diſcalceatus non iam digamus vt Lamech, ſed in ſuo Fundatore Matthæo Trigamus, Auguſtinianæ primo, inde Capucinæ, tertio primi refuga thori, transfugaque ſecundi, cuidam Amphibiæ, hoc eſt, nec Auguſtinianæ, nec Capucinæ, ſed tertiæ ex vtraque mixtæ, & temperatæ Fratrum Excalceatorum Congregationi, nupſit vxori. Cui quidem, non aliundè formatæ, ſed ex capite confictæ, ſapiente ſcilicet Iouis cerebro Palladi prodeunti, vel vt alter Polydorus eburnea ſua raptus imagine, dilectiori præ cæteris, firmior & fidelior ſponſus adhæſit. Quid loquor? Tetragamum inſuper ſe Frater Athanaſius profitetur : dum nouellus Hermogenes, aſſiduè nubilis vetulam, & quadringentorum amplius annorum viduam, Congregationem Fratrum Pœnitentiæ, ſeu de ſacco,

Tertull. cont. Hermog. c.1.

Ibid.

ſacco, è veteris monumenti cineribus, ſibi ſuſcitat coniugem; quam multa & ſagaci indagine ſimilem ſibi ex omnimoda ſimilitudine habitus, odoratus venatur vt ſponſam, veneratur vt matrem. Præluſi facetus, congredior ſerius. Quid mihi viuendi normam, quid habitus, & victus ſpeciem horrendam Auguſtino ingeris, vitæ moderatiſſimæ ſimul & perfectiſſimæ viro? Et primo quidem quod ad cilicium Beatus Iordanus de Saxonia Ordinis Fratrum Eremitarum ponderans verba Regulæ, *non ſit notabilis habitus veſter* referens verba Hugonis Victorini, de Beato Auguſtino iuxta Poſſidium ſic loquentis: *Iſte*, inquit, *Vir Sanctus, fecit quod docuit, ſcriptum eſt enim, quia veſtimenta eius, & calceamenta, nec nimium nitida, nec abiecta plurimum, ſed ex moderato, & competenti habitu erant.* Subiungit etiam ex eodem Hugone, *Quatuor*, inquit, *ſunt in habitu Religionis notabilia, ſcilicet vilitas, pretioſitas, paucitas, ſuperfluitas. In vilitate, vana gloria, & ſimulatio; in pretioſitate ſuperbia, aut delectatio; in paucitate intolerantia, ſiue deſperatio; in ſuperfluitate amor ſæculi, non amor Cæli; amor palatij non Paradiſi notatur, &c. Volunt quidam inter purpuram & ſaccum, inter ſericum*

In vitas Fratrũ, lib. 4. de communi proportionali, c. 13.

Lib. 2. de clauſt. anima, c. 9.

& cilicium lineum eſſe medium. Nos autem qui non ſumus de domo Regia, ſed de Eccleſia; in medium lanam vocamus, quæ nec aſperitate nimia quempiam pungit, nec recedit multum à ſuauitate lineæ veſtis. Vnde colligitur veſtem Auguſtini non fuiſſe notabilem, nec abiectam plurimum, ſed moderatam, & mediam ex lana, eaque craſſa, vili & inculta non molli, & compta quales Au-
Serm. 5. ad Fratres guſtinus dicit Fratrum Eremitarum fuiſſe veſtes.

Pſal. 34. 13. De cilicio vbi Pſaltes loquitur, *cùm mihi moleſti eſſent induebar cilicio :* Miratur Ianſenius cilicium ab interprete poſitum in Pſalmo 68. vbi idem ait : *Poſui veſtimentum meum cilicium.* Quo loco Hieronymus, retinuit ſaccum, qua voce Hebræa & Græca vtuntur cùm Aquila, & Symmacho. Nec Lorino hîc placet, reticulatum illud veſtimenti genus ex pilis equorum, vel ſetis caprarum, per quod nuda caro inſpici poterat ſatis honeſtè palam circumferri potuiſſe. Sed in luctu, lugubris veſtis ſaccus erat craſſior & rudior; quo ſe indutum foris Dauid inſinuat ſigna dediſſe exterioris mœroris, quæ cognoſci poſſent etiam ab aduer-
Pſal. 68. 12. ſariis, vnde dicit : *Poſui veſtimentum meum cilicium, & factus ſum illis in parabolam.*

De

De Chriſto negant Hieronymus, Caſſiodorus, Thomas, eum vſum Cilicio. Diuus item Auguſtinus in præcitata verba Pſalmi 34. *Euangelio*, inquit, *perſpecto & diligentiſsimè perſcrutato, non inuenimus Dominum in aliqua paſsione, & tribulatione ſua induiſſe ſe cilicio, ieiunaſſe quidem eum legimus poſtquam baptizatus eſt; cilicium ibi nullum audiuimus, nullum legimus.* Libro autem de opere Monachorum, cap. 31. in quo ſolo, male intellecto cilicium ſuum fundauit Frater Athanaſius. Sic habet, *tondeant, & cilicio caput velent.* Quod vel ignoranter, vel malitioſè truncauit; vel imprudenter, quibus, de quo, quid loqueretur Sanctiſſimus Doctor, non aduertit. Inuehitur ſiquidem hoc loco in quoſdam Monachos comatos contra præceptum Apoſtoli: *Quo*, inquit, *pertinet quæſo tam apertè contra Apoſtoli verba comari? an ita vacandum eſt, vt nec tonſores operentur; an quia Euangelicas volucres imitari ſe dicunt, quaſi depilari timent, ne volare non poſsint? Vereor in hoc vitium plura dicere propter quoſdam crinitos Fratres quorum præter hoc, multa & pene omnia veneramur, &c.* Deinde ſubiicit; *Illi*, inquit, *venalem circumferentes hypocriſim, timent ne vilior habeatur tonſa ſanctitas, quam comata, vt*

Aug. in Pſal. 34.

De opere Monach. c. 31.

vt videlicet qui eos videt, antiquos illos quos legimus cogitet, Samuelem, & cæteros, qui non tondebantur, &c. Et ſic concludit; *Sed ſi hanc ignominiam tempore Euangelij*, (ſuprà dixerat ex Paulo, vir quidem ſi comatus ſit, ignominia eſt illi;) *quod erat Sacramentum tempore Prophetiæ præ humilitate iſti appetunt, tondeant, & cilicio caput velent: ſed non erit tunc ſpecies illa venalis, quia Samſon non cilicio, ſed coma velabatur.* Vult ergo Auguſtinus dictos Monachos nutriendæ comæ cum affectatione ſtudioſos, ſi id vel ex veterum Nazaræorum æmulata ſanctitate, vel ex iactata auſteritate hirſuti capitis id præſtent, melius eſſe vt cilicium de crinibus, & pilis animalium contextum ſuis capitibus imponant. Quod autem ſuis id Eremitis præceperit, falſum eſſe conſtat: moderatum enim vt ſibi, ita & ſuis veſtitum indixit. Ne ergo Frater Athanaſius, portentum illud Apocalypſis anticipet, quo Ioannes Solem cilicio nigro induendum prænuntiat, quo referente Beato Antonio Patauino peccatores ad pœnitentiam inuitet, Solem enim Doctorum Auguſtinum licet Monachali ſacco, & veſte religioſa præcinctum nouerimus, ipſum indutum cilicio, vt nec Chriſtum Dominum,

Apoc. 6. 12.

victus

victus veſtituſque communis vna cum perfectione Euangelica authorem, nullibi vidimus. *Quamobrem, ait B. Iordanus, legitur in inſtitutis Patrum lib. 1. cap. 3. quod antiqui Patres Monaſteriorum cilicinam veſtem tanquam notabilem refutauerunt, tum quia nulla ſpiritui emolumenta conferat, tum quia inexpeditum & inhabilem reddit Monachum ad opera Monaſterij. Etſi legamus quoſdam ſanctos vſos ciliciis, non ex hoc, eſt communis Regula Monaſterij ſancienda, nec paucorum priuilegium Generali Patrum inſtituto eſt præferendum, &c.* Paulò poſt ſubiicit, *B. Frater Nicolaus de Tolentino humilibus ſuæ Religionis veſtibus deſuper contentus fuit, ſubtus verò ad carnem aſperis vtebatur.* *Lib. 4. de Comm. Prop. cap. 13.*

Hic concludo, ſtupens quod Fr. Athanaſius cum ſuis Excalceatis, vt certa ſcientia didicimus, ad carnem interulis ſeu camiſiis laneis cum cæteris Calceatis vtatur, & veſtimentum eius externum, ex meliori & molliori panno contextũ ſit, cùm tantoperè in Candelabro ſuo ciliciũ extollat, & rudes, pannoſáſque Capucinorum veſtes ſuæ Cõgregationi arrogare velle videatur. Quin etiam ſub reformati habitus & nudipedis colore famoſo, Calceatorum domos inuadere præſumat. Audiat Auguſtinum in hanc

De opere Monac. cap. 30.

hanc rem caput hoc aptè claudentem. *Cæterum quis ferat homines contumaces ſaluberrimis Apoſtoli monitis reſiſtentes, non ſicut infirmiores tolerari,* ſcilicet viuere ſub nomine & priuilegiis Eremitarum S. Auguſtini: *Sed ſicut etiam Sanctiores prædicari vt Monaſteria doctrina ſaniore fundata gemina illecebra corrumpantur, & diſſoluta licentia vocationis, & falſo nomine ſanctitatis? Sciant ergo etiam cæteri Fratres & filij noſtri qui fauere talibus & huiuſmodi præſumptionem per ignorantiam defendere conſueuerunt, ſe potiſsimè corrigendos, vt illi corrigi poſsint, vi vt infirmentur benefacere*: Diceres Auguſtinum hic prophetaſſe, & Excalceatos indigitaſſe, qui gemina illecebra cupiditatis, & vanitatis, ſuo Conuentu Maſſilienſi non contenti, niſi & dolo malo veterem in eadem vrbe Calceatorum Conuentum, quæſito Reformationis prætextu, veterem formam noua ſua in eum inuecta corruperint.

CAPVT

CAPVT VII.

In quo de Pallio quo Excalceati tecti ſunt deſuper, & ſandaliis quibus fingunt Calceatum Auguſtinum.

SI Frater Athanaſius honorabilem in ſuo Candelabro aureo fecerit, & cilicij & pallij mentionem, nil mirum: cum & iuſſerit Moyſi Deus, *facies & ſaga cilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi*: Exod. 26.7.
ad tranſgreſſiones Decalogi tabulis Saphirinis inſculpti, per cilicia, pœnitētiæ ſymbola contegendas: vt cum pſalte canerent, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Pſal. 31. 1.
Et de pallio ſcriptum legamus: *Sument & pallium Hyacinthinum quo operient Candelabrum cum lucernis & forcipibus ſuis & emunctoriis, & cunctis vaſis olei, quæ ad concinnandas lucernas neceſſaria ſunt.* Num. 4. 9.
Pallio vidimus ſupra, ſubveſtitum D. Fulgentium, *Subtus caſulam, vt ait author vitæ eius, pallio nigello vel lactineo vtebatur.* In vita S. Fulgent.
Nec palliolum dixit, nec ſuper Caſulam quam nos Cappam dicimus, ſed ſubtus Caſulam. Pallium iuxta Ambroſium Calepinum

num Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, *eſt veſtimenti genus extimum, quod tunicæ ſuperindui ſolet, Gallicè* (*vne Robbe longue, Manteau.*) *Dictum autem putatur pallium, quod palam, hoc eſt foris geſtaretur; propriè autem Græcorum habitus, vnde & palliati Græci dicti ſunt.* De Excalceato Eremita, dici poſſit illud Iſaiæ, *opertus eſt quaſi pallio zeli*: Sed fruſtra gloriatur imitationis Auguſtini zelo.

Iſaia 49. 17.

Et quod idem Prophetes minarum intentat mulieribus Hebræis, tollenda ſcilicet inter cætera ornamenta corporis in quibus pompaticè incedebant, *tam palliola, quàm Sandalia.* Prorſus non eminus comminor, ſed comminus exequor.

Iſaia cap. 3.

Vbi enim in probato aliquo authore Auguſtinum inuenient, vel palliatum, vel excalceatum? Byrrhum inuenio Epiſcopali iam dignitate fulgentem impoſuiſſe capiti, licet non purpura rubens, tunicam lineam Monachalibus ſuperinduiſſe non diffiteor, licet non pretioſam, quia ſuæ profeſſionis inquit, id eſt, Monachalis non decebat Auguſtinum. De pallio nihil inuenio, vt nec de Pyramidali caputio. *Offertur mihi, verbi gratia, Byrrhum pretioſum, fortè decet Epiſcopum, quamuis non deceat Auguſtinum, fateor enim vobis de pretio-*

De Communi vita Cleric.

ſa

ſa veſte erubeſco: vt quando veſtis non poteſt eſſe communis, pretium veſtis ſit commune. Adeò paupertatis amans, vt oblatas pretioſas veſtes vendi præciperet, & de pretio eius, & veſtiario communi cum Fratribus indueretur.

Vt reuertar ad pallium licet eo vſus fuiſſet Auguſtinus, certè Affricano more illud ad imos vſque pedes defluens iuxta Calepini definitionem geſtaſſe probarem. Dicat Tertulianus & ipſe Affer, deſcribat nobis pallium. Cum togæ formam & curam ſollicitam pulchrè deſcripſiſſet & artificem *pridiè rugas ab exordio formantem, inde deducentem in talias*, ſic facilem pallij amictum exaggerat: *at enim*, inquit, *pallio nihil expeditius, etiam ſi duplex, quod Cratetis. Mora nuſquam veſtiendo, cum ponitur: quippe tota molitio eius, operire eſt ſolutim, id ex vno circuniectu licet, equidem nuſquam inhumano, ita omnia hominis, ſimul contegit.* Tanta eſt in pallio, inquit, humanitas, vt totum hominis corpus operiat. Nec tamen terram ita effuſum verrat vt greſſum impediat, vel Calceis, vel pedibus nudis, luto ſordidis inquinetur, quæ propriè veſtis eſt poderis.

Lib. de pallio cap. 5.

Sed hoc pallio Tertulliani (licet pedes

omnino

omnino nudos ibidem in viro laudet) veſtitos excalceatos Eremitas dicere non audeo. Tantum enim ſub Athanaſij palliolo vidimus latere ignorantiæ quantum Tertullianus ſub ſuo pallio profitetur congeſtum eſſe, & modeſtiæ & ſcientiæ. Atque vtinam boni ſic veſtra Sandalia plateas & vicos quotidiè terentia, & cum antelucanis ſalutatoribus Magiſtratuum fores obſidētia loquerentur: *hæc*, inquit, *pro pallio interim quantum nomine comitiaſti. Iam verò & de negotio prouocat. Ego* inquit, *nil foro, nihil campo, nil curia debeo: nulli officio aduigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſeruo, &c. Iura non conturbo, cauſas non elatro, non iudico, non milito, ſeceßi de populo. In meo vnicum negotium mihi eſt, niſi aliud non curo, quàm ne curem. Vita meliore magis in ſeceſſu fruare, quam in promptu, &c. de occurſu meo vitia ſuffundo, &c. grande pallij beneficium eſt, ſub cuius recogitatu improbi mores vel erubeſcunt. Viderit nunc Philoſophia quid proſit: nec enim ſola mecum eſt, habeo & alias artes in publico vtiles, de meo veſtiuntur, & primus informator litterarum, & primus numerorum Arenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophiſta, & Medicus, & poëta, & qui Muſicam pulſat, & qui ſtellarem coniectat,*

De pallio cap. 5.

ctat, & qui volaticam ſpectat. Omnis liberalitas ſtudiorum, quatuor meis angulis tegitur, &c. Sed iſta pallium loquitur. At ego iam illi etiam diuinæ ſectæ ac diſciplinæ commercium confero. Gaude pallium & exulta, melior iam te Philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianum veſtire cœpiſti. Quanto exultantius gloriaretur palliolum Eremitæ Excalceati ſi Religioſum humilem & modeſtum veſtire inciperet? Hactenus de palliolo, de Sandaliis modo & nudis pedibus agendum eſt, quorum puluerem vaniſſimum, licet probè prima Apologetici parte Excuſſerimus, quia tamen importunus nobis occurrit Frater Athanaſius, præterita hactenus mihi inquirere occaſio fuit. Sic igitur cap. 2. Primæ partis Candelabri.

Ie crois que ce Papier rougiroit de honte, ſi ie couchois ſur les opinions de certains perſonnages, qui refuſent de comprendre Sainct Auguſtin parmy les ſouffrances, & la nudité des pieds de ſes enfans; il ſemble qu'ils deuoiét deſiſter d'armer leurs plumes contre ces tres-auſteres penitences, puiſque la ſaincte vie dont le grand ſeruiteur de Dieu a daigné preuenir leur merites, doit ſurmonter toutes leurs repugnances, & leur perſuader que la recherche d'vne vie Apoſtolique a beaucoup de diſ-

ficulté pour vn cœur laſche, mais non pas pour celuy de Sainct Auguſtin, qui eſtant animé d'vn tres-grand amour de Dieu, ſe faiſoit vne habitude des plus ſanglantes mortifications. Nous liſons dans l'hiſtoire. In margine nihil citat præter annales Eremitarum, qui vel confícti ſunt, vel nihil prorſus, vt moris eſt huius authoris in cæteris citationibus, de pedũ nuditate loquuntur. *Que les Hermites de Sainct Auguſtin eſtoient comme diuiſés en deux bandes. Les vns marchoient tout à faict à pieds nuds comme Sainct Alipe ſon premier diſciple, & les autres portoient des ſoles ou des Sandales, des Galliques, ou des Galloches comme Sainct Fulgence. Tous ployioent ſoubs les loix de l'Obeiſſance de ce grand Prelat, lequel à cauſe qu'il eſtoit accablé d'infirmité, n'alloit point totalement pieds nuds, mais ſe contentoit des Sandales, puis que la vie des Apoſtres luy en permettoit l'vſage.*

Ego verò aliquo hic Charitatis pudore ſuffundor, compatiens Fratri Athanaſio, quod ſe lectorum exponat ludibrio, in texendis fabulis. Quaſi verò ſanctus non potuerit eſſe Auguſtinus, niſi Excalceatus proceſſiſſet, & tota virtus, & perfectio Charitatis pendeat à Sandaliis. Quid iactas Frater, pro auſteriſſimis pœnitentiis, pedes omnino

nino nudos, quos ſaltem Sandaliis protegis? Quid laudator eximius Alipij, nuda eius veſtigia non ſequeris? Quid rigidiſſimam vitam in eo ſolo conſtituis, quo mitiori hyeme, & frigore temperato in Affrica, plerumque ſæculares, plantis ex toto nudatis ſolum illæſi proterunt? Quid capite 3. Secundæ partis Candelabri eumdem Alipium ſemper abſque Sandaliis ambulaſſe gratis aſſeris? Cum ne verbum quidem vllus Author referat ipſum, ex quo in Affricam cum Auguſtino remeauit, Excalceatum inceſſiſſe? Laudat quidem & miratur Auguſtinus, feruorem eius, qui ſemel, dum relicto rure ſecum baptiſandus Mediolanum remearet, fortiſſimus domitor corporis, Italicum etiam ſolum glaciale, nudo pede obtriuerit, inſolito auſu: ſed quod hanc viuendi formam retinuerit, nihil conſtat; nec id prætieriiſſet, vt nec hiſtorici ſilentio preſſerunt quod D. Epiphanio, dum baptiſaretur accidit, cũ enim ſponte labentes caligæ eius tibias denudaſſent, quaſi Dei nutu id factum imputans, nunquam eas poſtea reſumere voluit. At de Alipio, Auguſtino, cæteriſque primis Fratribus clarum eſt referente ſic Beato Antonino Archiepiſcopo Florentino *ipſe*, inquit, *Auguſtinus in quo-*

Lib 9. Confeſſ. cap. 6.

Ribad in vita eius.

De habitu & Conuerſatione S. Auguſtini.

dam ſermone ſic ait, duodecim fuimus Fratres qui induimus Cucullam nigram, Calceamenta, & Zonam nigram deſuper cinctam ad differentiam Monachorum. Nomina autem iſtorum duodecim, ſunt, Auguſtinus ipſe primus, ſecundus Nebridius, tertius Euodius, quartus Alipius, quintus Pontianus, Sextus Adeodatus, Septimus Simplicianus, Octauus Fauſtinus Græcus, nonus Cordulius, decimus valerius, vndecimus Iuſtus, Duodecimus Paulus. Remeans igitur ad Affricam poſt mortem matris in Oſtiis Tyberinis, relictis propriis bonis & pauperibus erogando, Monaſterium in nemore apud Hypponem ciuitatem primum conſtruxit. Enimuero quam imprudens perpetuam Alipio pedum nuditatem imponat Frater Athanaſius, quamque parum ſit in ſcriptis Auguſtini verſatus, aperrè declarat. Certum quippe eſt eum Confeſſionum ſuarum libros non ſcripſiſſe in Italia ſed in Affrica. In his autem dum meminit feruoris Alipij, non Affricanum ſolum, ſed Italicum nudis pedibus attriuiſſe commemorat. Quam formam ſi reliqua vita tenuiſſet, vel ſemel regreſſus in patriam id feciſſet, haud dubiè D. Auguſtinus in amico cariſſimo celebrando narraſſet. Fortiſſimum autem laudat ſui corporis domitorem quod etiam

etiam glaciali frigore calentem tum fortè libidinem temperarit, vt mediis niuibus prouolutum Franciſcum Aſſiſinatem, ſpinis Benedictum, Carbonibus Martinianum, æſtũ prurientis concupiſcentiæ propriæ, vt & alienæ D. Ignatium in lacu gelido immerſum domitores extitiſſe legimus. Nec tamen inde quis tam ſtultè philoſophatus eſt, vt eos ſemper in ſpinis, in glacie, niuibus, Carbonibus, vitam egiſſe cenſuerit, multo minus Ordines inſtituiſſe Fratrum ſemper inter ſpinas, glacies, niues, Carbones deſolatorios agentium. Quod tamen ex vnico actu & repentino motu feruentis Alipij, *inſiliente tum in eum, & corripiente ſpiritum eius Spiritus Sancti impetu*, ſicut ex vnico textu Au[illegible]uſtini, id in Italia limitantis, perpetuum in eo concludere voluit ſapiens & profundus Athanaſius, Sabellicus autem de habitu & Calceamentis Auguſtini & primorum Eremitarum eius differens, *præcipua* inquit, *nominis celebritas eſt penes eos qui ab Eremo nomen ſortiti ſunt: hi nigra tunica amiciuntur: concolor tegmen à ſcapulis ad caput inducitur: ſubter candida tunicula cum candida liſta: ſcortea cinguntur Zona bubulo cornu fibulata: Calceatus nihil à communi diuerſus, &c.* Enead. 7. l. 9.

Sed quiquid referat verè an falsè Athanaſius de variis Congregationibus Eremitarum, quas Excalceatas inducit, nihil eſt hac in re clarius quam quod Prima parte Apologetici ex B. Antonino retulimus. Magnam deformitatem in habitu Fratrum Eremitarum ſuccreuiſſe, hinc inde perſecutionum cauſa diſperſorum. Sed apertius omnibus litem omnem dirimit duplex conſtitutio, Prima Gregorij I X. Secunda Alexandri I V. ſupra citatæ in quibus dicitur *adeò ſuarum veſtium longitudinem temperent, quod à quibuſque ipſorum Calceamenta liberè videantur: vt ſic habitus confuſione ſemota, & ſublata materia ſcandali, à prædictorũ Ordinũ Fratribus poſſit virtutũ Domino liberius & gratius deſeruiri.* Vbi neſcio quis imperitus, niſi Excalceatus, ad marginem hæc attexuit, omninò contraria ſenſui & fini bullæ; cum Fratres minores iuxta exemplar & Regulam D. Franciſci fundatoris Excalceati procedant, nec Calcei Eremitarum veſte diffuſiori apparerent. *Forma habitus Sancti Auguſtini, debent apparere Calceamenta, Diſcalceatis pedibus incedere, eſt ſecundum Ordinem S. Auguſtini.* Nec hoc loco veterem litem Fratrum Minorum cum Eremitis renouare molior, qua D.

Prima Parte Apolog. cap. 24.

Franciſcum

Franciſcum ante ſui Ordinis fundationem, nunquam Eremitæ habitum geſtaſſe contendunt. Sed in rem noſtram plurimum facit illud D. Antonini *habitum*, inquit, *Eremiticum tunc temporis habuit, baculumque manu geſtans, pedibus Calceatis, & corrigia corporis cinctus incedebat.* Clarè indicans meliore gloſſa, ad habitum Auguſtinenſem pertinere Calceaturam pedum. Alexander verò quartus conſtitutione vigeſima prima renouat, & confirmat ſui prædeceſſoris Gregorij IX. ſtatutum, quod de verbo ad verbum repetit poſt vnionem Generalem totius Ordinis. Et concludit, mandans omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis; vt: *ſinguli*, inquit, *veſtrum per ſuas ciuitates & diœceſes, ſublato cuiuſlibet appellationis obſtaculo, &c. monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam diſtrictius compellatis, & in eos qui contra fecerint excommunicationis ſententiam promulgetis.* tit. 24. cap. 2.

CAPVT VIII.

In quo multiplex error, & vanitas Authoris Candelabri aurei examinatur circa duplicem ſpeciem Excalceatorum Eremitarum, quos fingit ab Auguſtino inſtitutos; & de variis Congregationibus, & Sanctis, quos conficto ſuo Ordini Excalceato falsò adiudicat.

Typotius in hierographia. MEmini egregij emblematis Ioannis, Georgij Comitis Palatini Rheni, Bauariæ Ducis; in quo viſitur lampas ardens, & fumans, vna cum ſymbolo *ex fumo lucem.* In quo iuxta Typotium interpretem, alluſit ad Cleſippum Fullonem, qui cùm *Plin. lib. 34. c. 3.* à Geganea amaſia Candelabrum æneum immenſi pretij accepiſſet, in quo amorem ſuum impurum expreſſerat: hunc vt ſupprimeret Cleſippus, magnificum Geganeæ ſepulchrum erexit, quo teſte Plinio magis vtriuſque libido refulſit. Quid ſimile in Athanaſium authorem Candelabri torqueri poteſt, in quo nulla lampas, nulla inquam penè pagina, vel linea Philautia non ardet, vanitate

vanitate non fumat, quidquid fulgidum, quidquid magnificum, quidquid Sanctum ſibi ſuæque Congregationi Excalceatæ, cum mendaciſſima iactantia arrogat. Vtinam qui fumo lampadis ſuæ paſcitur, & aura vanitatis, pondus Candelabri aurei Salomonis appendiſſet; & vim aureæ ſententiæ Aurelij Auguſtini attendiſſet. *Omne pondus Candelabri cum vniuerſis vaſis ſuis habebit talentum auri puriſſimi. Inſpice & fac ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* Exod. 25 39. Credo ego nullum pondus & ſtateram, menſuram nullam æqualem reperiri, quæ *menſurare poſſit flatum venti iactantiæ, pondus ignis amoris proprij*, talentum fumi vanitatis, euaporatæ ex Candelabro noſtri Athanaſij. Quis tibi mons Frater? Auguſtinus planè quem tibi fingis patrem. Et quid tibi in hoc monte monſtratum eſt? Quod niſi profundiſſimæ humilitatis exemplar? Quid manu, quid lingua, quid calamo, quid verbo, quid ſcripto monſtratum, *Nec*, inquit, *pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius eſt ponderis fumus.* 5. de ciuit. c. 17. Et iterum: *Erigitur*, inquit, *in altum fumus, & in globum tumidum pergit; quantò magis attollitur, tantò amplius intumeſcit; ſed cùm tranſieris, attende poſt te:* Aug. in Pſal. 36. 35.

poſt

Aug. in eundem Pſalm.

poſt te enim ſumus, ſi eſt ante te Deus. Et rurſum vbi ponderat verba Pſaltis, deficientes ſicut fumus deficient. *Ex ipſa*, inquit, *ſimilitudine rem quam inſinuat agnoſcite. Fumus à loco ignis erumpens in altum extollitur, & ipſa elatione in globum magnum intumeſcit. Sed quantò fuerit globus ille grandior, tantò fit vanior. Ab illa enim magnitudine non fundata, & ſolidata, ſed pendente, & inflata, it in auras, atque dilabitur, vt videas ipſam ei obfuiſſe magnitudinem. Quantò enim plus erectus eſt, tantò extentus: quantò diffuſus vndique in maiorem ambitum, tantò fit vanior, tantò fit exilior, & deficiens, & non apparens.* Viden vt fumum tuæ lampadis exagitet; extenderis, diffunderis, omnia circum ambis, circum amplecteris; & euaneſcis, & deficis in omnibus probationibus tuis: *Ab illa enim magnitudine non fundata, & ſolidata, ſed pendente & inflata, is in auras, & dilaberis.* Sed agedum, ex fumo vanitatis, lucem veritatis eruamus, & excuſſis nebulis, Solem. Quo dic mihi ſolido fundamento fulcitur opinio tua? qua baſi nititur candelabrum tuum, ſuper pedes Cherub legi ſubnixum aureum candelabrum templi: tuum vt video in aura & vento fundatur. Nec mihi iam Cle-

Ex Heb. ſuper femur. Villalp. de templo, c. 60. ſuper quatuor femora Cherub.

ſippi

ſippi mauſoleum adeundum, ſed veterum conſulo monumenta ſcriptorum, & primo quidem ex abundantia iuris, plenaque cauſæ fiducia, vltro tibi gladium præbeo, tutus de *Scuto circumdante me veritatis vt non timeam à timore nocturno, & à negotio perambulante in tenebris*, vel ignorantiæ, vel malitiæ. Quod fundamentum, quæ tibi ratio perſuaſit, vt diceres: *Que les Ermites de Sainct Auguſtin eſtoient comme diuiſez en deux bandes; les vns marchoient tout à fait pieds nuds, comme Sainct Alipe, ſon premier Diſciple; & les autres portoient des ſoles, des gallioques, ou des galloches, comme Sainct Fulgence; tous plioyent ſous les loix, & obeyſſance de ce Grand Prelat, lequel à cauſe qu'il eſtoit accablé d'infirmité n'alloit point tout à fait à pied nud, mais ſe contentoit de Sandales.* Cùm in probatione deficias, nec locum Annalium Ordinis, vel authorem eorum cites, & Benedictus Alquinus quem in margine profers, nihil ſcribat de re quam intendis, ſed ſolùm, quid ſolea ſit, deſcribat; tibi Ludouicum de Angelis gratis porrigo, qui de calceamentis ſic loquitur: *Sic pedibus ambulabat, vt ſuos informauit Affricanos Monachos, qui ſi officio fungerentur Clericali, calceamenta corij; ſi laici eſſent, caligas geſta*

Pſ. 90.5.

Lib. 4. de vita, & laud. Auguſt. pag. 60.

geſtabant, quæ ſunt Sandalia pedibus immiſſa, aut caligulas id eſt paruas Sandaliolas, ſuper pectus pedum alligatas, aut ſoleas; vel, ſi valetudo permitteret nudos pedes. Hæc autem omnia ſatis patent ex vita S. Fulgentij Monachi planè Auguſtiniani, qui tantum Monaſterialia ſeruauit exercitia etiam Epiſcopus, vt referente authore vitæ eius cap. 8. *nec ipſa Calceamenta ſuſcipiens Clericorum, viliſſimis caligis in tempore hyemis, aut caligulis tempore æſtatis vteretur, &c.*

Præter ea quæ tam in hac quam 1. Parte diximus; quæro primò, cur qui apud vos officio funguntur Clericali Calceamenta propriè dicta non ferant; ſi quidem ſic ſuos Auguſtinus informauit Affricanos monachos. 2. rogo, vbi taliter eos informaſſe legatur, & vbi verbulum de Sandaliis, Caligulis, Sandaliolis ſcripſerit, vel nudos pedes valetudine permittente habere præſcripſerit? Tertiò vbi Fulgentium, planè Monachum Auguſtinienſem, apud diſcipulum eius vitæ ſcriptorem inuenerit, cum nihil prorſus de Auguſtini Regula vel inſtituto eius à Fulgentio ſuſcepto referat: Quinimo alterius planè inſtituti eum fuiſſe inſinuet ex Abbatis nomine in Eremitano Ordine inſolito. Vnde & Ambroſius Coriolanus Generalis

Digitized by Google

Generalis eiuſdem Ordinis, hoc nomen nullo modo Ordini Eremitano in vſu fuiſſe, vel D. Auguſtinum, eius, in ſcriptis vllo loco meminiſſe conteſtatur. Adhæc accedit quod præfatus ſancti Fulgentij diſcipulus, tanquam prodigium referat extremum eius victus, veſtitus, & Calceamenti rigorem, quem præter communem Regulam ex ſpeciali feruore & priuato inſtinctu ſpiritus ſibi impoſuerat, cæteris Fratribus mitiorem viuendi normam obſeruantibus. Si enim tanta nuditas & paupertas omnibus à communi Regula præfixa fuiſſet, B. Fulgentij vita tam ſingulari encomio celebrata non eſſet; nec de eo illud Pſalmi cantandum ipſimet foret: *tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.* Quartò ad amuſſim Auguſtini verba planè aurea de Alipij feruore differentis ponderanti liquet, nihil omninò ad Athanaſij ſcopum pertinere, vt inde colligat omninò nudipedes Eremitas ab Auguſtino inſtitutos. *Inde vbi tempus aduenit quo me nomen dare oporteret, relicto rure Mediolanum remeauimus*; agit iuxta caput præcedens, de proximè ſuſcipiẽdo baptiſmo & nomine dando militiæ Chriſtianæ, cuius cauſa peractis vindemialibus feriis; Autumno iam tran

Pſal. 70. 7.

Lib. 9. *Confeſſ. cap* 6.

Digitized by Google

tranſacto, ineunte hyeme, frigidiori tum plus ſolito aëre, Mediolanum cum Alipio ſocio remeauit: *placuit & Alipio renaſci in te mecum, iam induto humilitate Sacramentis tuis congrua.* Non quod velit iam Alipium Monachalibus veſtibus indutum, ſed humilitatis habitu, quo Chriſtus indutus erat propriæ virtutis eius ſyntheſi, antequam, ſecundum Paulum *baptizatus, plenè Dominum Ieſum indueret*, Innocentiæ byſſo, & purpura Charitatis Agni ſanguine rubricata, fortis mulieris Eccleſiæ *Domeſticus, veſtiretur duplicibus.* Quam enim humilis eſſet indicauit, quámque iam indutus humilitate Sacramentis congrua, cum Auguſtino ad vocem pueri inculcantis, tolle lege, tolle lege, codicem Apoſtolicum aperiente & legente, *non in Commeſſationibus & ebrietatibus, &c. Sed induite Dominum Ieſum, &c.* Alipius eius affixus lateri, petiit videre quid legiſſet; *oſtendi*, ait, *& attendit etiam vltra quàm ego legeram, & ignorabam quid ſequeretur. Sequebatur ergo: Infirmum autem in fide aſſumite. Quod ille ad ſe retulit, mihique aperuit.*

Rom. 13. 14. *Prouerb.* 31. 8. *Confeſ. cap.* 12. *Rom.* 13. 13. *Auguſt. Sup.*

Quod ſubiicit de *fortiſſimo domitore corporis vſque ad Italicum ſolum glaciale nudo pede obterendum inſolito auſu*; contra aduerſa

9. *Confeſſ. cap.* 6.

Digitized by Google

uerſarios ſic torqueo; Primò dicendo iuxta vetus adagium, cum vna hirundo nō faciat ver, nec proinde vnum aut alterum diem, ex impetu & feruore animi ab Alipio in pedum nuditate trāſactum, eum potuiſſe ſimpliciter & abſolutè facere, & denominare nudipedem hyemalem.

Secundò, idipſum ſonare textum Auguſtini dicentis, *inſolito auſu* quaſi diceret non hoc de more feciſſe, ſed ex quodam animi impetu & motu præcipiti & extraordinario ſemel aut iterum glaciē pedibus obtriuiſſe.

Tertiò falſum eſſe, (pace dixerim Ludouici de Angelis) quod Auguſtinus ibi dixerit B. Alipium ad Monaſticam conuerſationem ideò aptum eſſe, quod corporis fortiſſimus domitor eſſet, vſque ad Italicum ſolum, &c.

Quartò nihil hoc loco conuinci poſſe omninò nudis plantis, vt fingunt Excalceati, Alipium ſolum glaciale obtriuiſſe: ait enim textus, *nudo pede*, non planta; quod tum ex Euangelio, tum ex D. Bonauentura pro Excalceatis minoribus fortiter depugnante, tum ex clariſſimis verbis Auguſtini, tum denique ex non inſolita Fratrum Excalceatorum iactantia, clarius innoteſcit recolat lector quæ iam ſecunda Parte diximus

indu

inducentes D. Auguſtinum pro ſuorum Calceamentorum vſu loquentem : *dicis, Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo; tu potes ego non poſſum*, ecce eadem omninò vox, vtrobique enim legis, nudo pede. Quomodo nudo? eo prorſus quo Apoſtolis in Euangelio indictum eſt; apud Matthæum quidem, *neque duas tunicas, neque Calceamenta*, ſupple duplicia, vel iuxta Marcum, interprete Bonauentura, *vt irent tantum calceati Sandaliis.* Quod Sandalia ſtrictè & propriè Calceamenta non ſint, eo quod pedem non tegant, ſed nudū deſuper, & apertum frigori, & glaciali ſolo, circumfuſum aërem infrigidanti exponant vndique. Inde factum eſt, vt communi ſenſu & more loquendi, omnes Religioſi Excalceati, licet cum Sandaliis incedant, vocentur nudipedes. Quin & Regina Margarita Valeſia dum Fratres cõmunitatis Bituricenſis Calceatos, eiectis Diſcalceatis in ſuum Monaſterium Suburbiorum S. Germani introduxit, dictos Fratres Sandaligeros, patria lingua nudipedes nominauit. *Auguſtins pieds déchaux.*

Quintò conſequenter quoties Auguſtinus in Regula, ſermonibus, aliiſque ſcriptis ſuis Calceamenta ponit, non Sandalia,

ſed

ſed Calceos propriè dictos,pedem circumquaque obtegentes intellexiſſe.

Sextò cum Baronio Auguſtinus primus ex Italia in Affricam inſtituta Monaſtica inuexerit, & talia, qualia ipſe videret in Italia, cum Monachis conuerſatus,& inſolitum auſum, vſumque(ſi Excalceatis placet aliquamdiù etiam in vſu habuiſſe Alipium,huius vitæ rigorē,dum in Italia verſaretur) dixerit, & ex eo miratus fuerit,quaſi nouum ſui proprij corporis domitorem, non nouum hunc, & inſuetum morem, ſed communia inſtituta Monaſtica, ex Italia in Affricam tranſuexiſſe credendus eſt.

Tandem demus vltro & Fulgentium indubiè Auguſtinianum Eremitam & Alipium omninò nudipedem; rectene conſequitur duas claſſes Eremitarum ab Auguſtino inſtitutas, nudipedum vt erat Alipius, Sandaligerorum qualis erat Fulgentius? an veroſimile D. Auguſtinum ſapientiſſimum Doctorem,tantæ diuerſitatis authorem extitiſſe, quæ ſimplicium oculos læderet, & infirmiores zelo indiſcreto, ad audendum plus viribus, vel de imbecillitate cum gemitu erubeſcēdum,aſſiduè coëgiſſet? Quid de maiori Fratrum minorum conuentu Pariſiis vbique murmuris? & vbique ludi-

Digitized by Google

brij? Quod mira varietate, hi ſoccis ligneis, iſti Sandaliis Coriaceis, plerique tibiatim caligati, pars maxima probè Calceati procedant? *Reprehenſibile eſt*, ait B. Iſidorus *diuerſum habere cultum, vbi non eſt diuerſum propoſitum.* Quod etſi dicat de diſſimili tonſura, perinde & verum eſt de cœtero habitu & Calceatura, & quid tota regula communitatem ſonat? vnum cellarium, veſtiarium vnum? vt cor vnum & animam vnam in Deo primum præ cæteris commendat. *ſicut paſcimini ex vno cellario, ſic induimini ex vno veſtiario.* Et iterum *veſtes veſtras in vnum habeatis*, &c. *Indumenta verò & Calceamenta, quando indigentibus fuerint neceſſaria, dare non differant ſub quorum cuſtodia ſunt quæ poſcuntur.* En prouidentia Patris, ſed indiſcriminatim Calceamenta omnibus, indiſtinctim omnibus veſtimenta, in veſtiario ſeruari iubet, indiuiſim proinde ſine dilatione proferri, non Calceamenta iſtis infirmioribus, & ideo indigentibus, (vt perperam exponunt Excalceati) & Sandalia his vegetioribus: ſed vtriſque ſine diſtinctione, vt indumenta, ſic Calceamenta; aliter, rogo Fratrem Excalceatum, ſi indumento non indiget vt nec Calceamento, nudiceps vt nupides, humeros expoliatus, femora denuda

Iſidorus Hiſpal. in Reg. Monach. cap. 12.

Digitized by Google

nudatus, toto denique corpore Gymnoſophiſta nouus incedat. Voluit ergo prudens Pater, indigentibus vtraque proferri; cum ſcilicet vtraque detrita reſarciri, vel noua de veſtiario communi proferri juſſit.

Nec prætereundum quod præteriere Excalceati, auſteritatis apparentis magis, quãtumuis iniuſſæ, quam licitæ per Regulam, & domi latentis abſtinentiæ Zelatores: nunquam enim dixit Auguſtinus, nudipedes incedatis, vel Sandaliati, quantum valetudo permittit, vel quando non indigueritis; ſicut dixit, *carnem veſtram domate ieiuniis & abſtinentia eſcæ & potus, quantum valetudo permittit.* Quod attinet ad infirmitatem corporis, per quam fingit Frater Athanaſius D. Auguſtinum omninò nudipedem cum cæteris incedere non potuiſſe, ſed coactum vti Sandaliis: præter dicta in priori parte Apologetici, multa notatu digna hîc Subtexo. Ac primò quidem ipſiuſmet Auguſtini verba perpendo: ſic enim ipſe. *Ego ſicut videtis per ætatem iam ſenui, & per infirmitatem corporis, olim ſenex fui.* Quaſi diceret nunquam ſe firmæ & robuſtæ fuiſſe valetudinis, nunquam iuuenem vigore roboris, ſed ſemper inter eos de quibus in Regula dicit, *qui ex ſæculo ex moribus delicatioribus*

Serm. de Communi vita Cleric. in Fine.

venerunt ad Monaſterium. nemo ergo hinc iudicet, Auguſtinum principio quidem vitæ Monaſticæ per validam corporis ſanitatem potuiſſe rigidam hanc nuditatem amplecti, poſteà verò confecta valetudine ad Sandalia Apoſtolica relaxatum: multominùs tantum cæteris indixiſſe rigorem, quem ipſe infirmitatis cauſa exemplo ſuo docere non potuiſſet.

Secundò, quæro vbinam tale præceptum Diui Auguſtini legerint, quo ſuos Eremitas partim Excalceatos, partim calceatos Sandaliis ambulare iuſſerit, cum his omnibus contrarium tam expreſsè in Regula, & ſermonibus eius videatur.

Tertiò, ſi duæ claſſes & ordines gymnopodum ab initio fuerunt inter primos Diui Auguſtini Eremitas, & nudis plantis procedentes longè fuerint auſteriores Sandaligeris, quid tantum de ſua reformatione ſandaliata gloriatur Frater Athanaſius, cùm inter Mitigatos, & non Reformatos, vel hoc nomine cùm ſuis extremæ claſſis condiſcipulis debeat recenſeri?

Quartò, ſi Diuus Auguſtinus ſola infirmitatis cauſa diſpenſante ſandalia portauit, ſine qua fortis, & ſanus penitus nudipes, & nudis etiam plantis vdo ſolo inſtitiſſet; quàm

quàm molles, & ignaui inter vos, qui licet forti, ſano, obeſo corpore, cum infirmo Auguſtino cæteriſque delicatioribus, adhuc ſandalia geſtant.

Quintò præterea, quam parum inter vos Apoſtolicæ Regulæ, & Auguſtinianæ charitas viget, ſi iuxta præclaros Gloſſatores veſtros, textus ſic exponendus eſt: *Indumenta vero & calceamenta, quando indigentibus neceſſaria, &c.* Id eſt, quando infirmitas, aut imbecillitas corporis id exiget: cum multis macilentis, & infirmis, id contra frigus ſubſidium denegetur. *Non æqualiter*, inquit, *omnibus, quia non æqualiter valetis omnes.* *Aug. in Reg.* *Auguſt. ibidem.*

Sextò, libenter hîc quærerem, ſi ſanctæ Reformationi tamen non ſim importunus; vtrùm apud vos, præfectos aliquos habeatis, vt iubet Regula, cuſtodiæ tibialium, & calceorum quæ plena piiſſimi Patris prouidentia, calceamentorum intellexit, vt *Indumenta, & calceamenta ſaltem cum indigentibus, id eſt, veſtro intellectu infirmantibus fuerint neceſſaria, dare non differant ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur?* Sed & hoc vobis ſacrilegium eſſet, & reſiduum quid de Anathemate Iericho, ſi tibialia, & calceamenta in veſtro veſtiario ſeruarentur. *Aug. in Reg.*

Septimò, certè ſi paucis calceamenta fuiſſent neceſſaria, vt de victu delicatiori indigentibus loquitur Regula: *Nec debent velle omnes, quod paucos vident amplius, non quia honorantur, ſed quia tolerantur accipere:* Ita & de Sandaliis prouidiſſet, vt potius aliquos Sandaliorum, quàm calceamentorum cuſtodiæ præficeret. A maiori enim parte cum ſolita ſit fieri denominatio; de Sandaliis tamen, ne minima quidem pro ſe ſuiſvè Eremitis, tam in Regula, quàm ſermonibus facta eſt à Diuo Auguſtino Eremitici Ordinis Fundatore mentio.

Aug. ibidem.

CAPVT IX.

In quo multa magnaque mendacia, & impoſturæ incredibiles fratris Athanaſij in conſpicuo candelabro ſuo expoſitæ ſunt circa plures Congregationes ſacras, Viroſque ſanctos & illuſtres, quos Excalceatos ſuæ Congregationi Diſcalceatæ falſiſſimè attribuit.

Apoc. 2. 5

HAbeo, inquit, *ſimilis filio hominis* Auguſtinus, *in medio ſeptem candelabrorũ aureorum,* Fratri Athanaſio tenebras pro luce ponenti,

ponenti, in medio ſeptẽ lampadarum, *habeo aduerſum te, quod charitatem primã reliquiſti.* Quid ita? quia charitas in Regula præ omnibus commendata, *non quærit, quæ ſua ſunt*, quantominùs aliena? *Non eſt ambitioſa.* Et tu Frater quidquid toto terræ ambitu, ſublime, glorioſum, ſanctum continetur id, Auguſtino dilectiſſimæ veritatis, & cariſſimæ humilitatis zelatori, congregationi tuæ Diſcalceatæ, inflandæ, multiformi mendacio, & vanitate vaniſſima, ambis vndequaque corradere. *Memor eſto itaque vnde excideris, ſi tamen vnquam in veritate Regulæ Auguſtinianæ ſtetiſti, & age pænitentiam, & prima opera fac.* Fac, inquam, opera patris Abrahæ, patris multarum nationum, hoc eſt Ordinum Auguſtini. *Fac, tibi ſicut in monte præmonſtratum eſt:* tuo conformare principio. *Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo*, & quò tandem? *Candelabrum pones in latere tabernaculi Meridiano.* Et rurſum: *Cùm poſueris lucernas, Candelabrum in Auſtrali parte erigatur:* Nimirum ibi paſcit, ibi cubat, ibi lucet verus Paſtor Eccleſiæ, lux & candelabrum Doctorum Auguſtinus, in Meridie, in ſplendoribus, & ardoribus Sanctorum. Tu verò frater cum tuis conuerſus ad

Apocal. ibidem.

Exod. 25 40.

Apocal. ſup.

Exod. 26 35.

Et Num. 8. 2.

veſperam, quid reſtat, niſi vt quod & ſequitur impleas, famem videlicet patiaris, vt canis, & qui cum Æſopico ad Lunam, vmbram corpore maiorem conſpicatus, ſolido cibo, laxato dente fruſtratus, vmbræ craſſiori inhians, vtroque fruſtreris, venatione
Pſal. 58. 15. deceptus. *Conuertentur*, ait Pſaltes, *ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Adeò nulla Ciuitas, Prouincia, Regio, Congregatio ſancta, nullus alicuius meriti vir Beatus, quem ſibi veneranda Diſcalceatorum Congregatio non arroget, cui ceu canis non allatret, famem famæ patiens, eſuriens laudem, totiſque viſceribus applauſum ſitibunda ſorbillans, vt quid de longè olfecerit toto ſpiritu trahit ad ſeſe, & deglutit.

Nos verò tenebras veſpertinas illumi-
2. Paral. 13. 21. naturi accedamus. *Eſt enim apud nos Candelabrum aureum, & lucernæ eius, vt accendantur ſemper ad veſperam.* Cæteris numeroſiſſimis, vel familiis, vel priuatis perſonis ſilentio ſuppreſſis, quas ſibi Diſcalceati ſemper iactabundi vindicant, paucas perſtringam, quibus ſufficienter aurum candelabri ſuper carbones obſcuratum oſtendam. Neque verò extremo loco ponendum eſt commentum eius & temporum ratione, & in

in hoc ſaltem ab eo ſeruato Chronici Ordinis, primum, quod conſtituit in prima parte Chronologiæ ſuæ, cap. 3. pag. 155. *La Congregation de la tres-Sainćte Trinité erigée dans la Toſcane à Centcelle, autrement la Cité vieille, Sainćt Auguſtin paſſant de Milan en Affrique en fut l'Inſtituteur, les Religieux de cette Inſtitution eſtoient Deſchauſſez, habitoient dans des cellules, eſloignées les vnes des autres; à certains iours ils s'aſſembloient pour eſtre inſtruits de leur Superieur, & rendre raiſon de leur vie. Six Congregatiõs ont tiré leur origine de celle-cy, & ſe ſont reſpanduës dans diuers lieux d'Italie, pour edifier par leur façon de viure les plus ſainćts, & preſcher la penitence par leurs diſcours, & auſterité de vie aux plus libertins.* Concatenat aptiſſimè concinnatque inſertis inter ſe annulis mendacia frater Athanaſius; primò enim Inſtitutorem, per modum tranſeuntis vmbræ, inducit Auguſtinum, qui ipſa ex Italia Religioſæ vitæ inſtitutis vix initiatus, teſte Baronio ea poſtea primus inuexit in Affricam. Secundò, apud Ambroſium Coriolanum didici tranſeundo quidem, Auguſtinum in monte Piſano rogatum à quibuſdam Fratribus breuiſſimam per modum Regulæ exhortatiunculam ad ipſos

ipſos habuiſſe, & ad vitam communem, & concordiam excitaſſe, quam & legi apud ipſum Auguſtinum. Sed nihil ibi penitus de Fratribus Excalceatis habetur. Tertiò, quod ridiculum magis ſimul, & temerarium, citat in margine Beatum Iordanum, cuius hîc verba tranſcribo nihil ad rem eius probantia. *Fratres qui habitabant in eremo de Centumcellis in Romanis partibus: vbi adhuc manere dicitur Monaſterium ex antiquioribus, quæ ſunt de Italia, vbi vt fertur, erat duplex viuendi modus, & fuit vſque ad tempora Gregorij Papæ IV. Nam plures alij habitabant ſimul in communi loco, ſcilicet in Monaſterio; alij verò habitabant per cellas ſuas diſtinctas circumquaque, & conueniebant certis diebus ad communem locum ad celebrandum, & ſumendum Sacramentum.* Nihil ibi de tranſitu & inſtitutione Auguſtini, nihil de Sandaliis, & quomodo, qui ex Diuo Antonino, & proprio ſermone, recenter cum habitu monaſtico calceamenta ſe in Italia ſumpſiſſe dixerat, Diſcalceatos Auguſtinianos inſtituiſſet. Hinc ſequitur & ſex Congregationes Diſcalceatas commemoratas, commentitias eſſe.

Tom. 1.

Lib. Primò in vitas Fratrum. cap. 16.

Et quo clarius innoteſcant impoſturæ Auctoris candelabri, ibidem refert in margine

gine epitomen hiſtoriæ Gonſales, vt probet Auguſtinum tranſeundo ab Italia in Affricam, inſtituiſſe Congregationem Sanctiſſimæ Trinitatis apud Centumcellas, eamque Diſcalceatam; ex qua ſex prodierint Cõgregationes Diſcalceatæ. Accuratè perlegi dictum paragraphum: & duo omninò contraria inueni tam in eo quàm in cap. 2. §. 1. Inde enim dicit apertè iam Eremitas & Monachos Centumcellas habitaſſe, eoſque D. Auguſtinum tranſeuntem inueniſſe: & hinc exactè probat D. Auguſtinum nuditatem pedum nunquam fuiſſe profeſſum imò perfectè Calceatum. *Deniquè*, inquit, *vt ferunt Bergomenſis Anno* 833. *Petrarcha lib.*2.*de vita Solitaria cap.*14. *S. Antoninus loco ſupra citato, & alij, in monte Piſano aliquamdiù moratus, ac demum Centumcellis cum Monachis Eremitis, qui eas deſerti partes incolebant, quo maius ſui periculum in Eremitico inſtituto faceret conuerſatus, eorum vitæ genus ad Apoſtolicam redegit, Regulam eis præſcribens, &c.* Et in fine paragraphi, *Inerant ibi Monaſteria duo, Sancti Pucij vnũ, alterum Sanctiſſimæ Trinitatis, ſcilicet ob id ſic dictum, quod ibi Auguſtino altum Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium ingenij ſui alueo excipere contendenti, è cælo Angelus apparuerit.*

Epitome Hiſtor. cap. 1. §. 7.

Digitized by Google

rit. Inde Congregationes ſex prodiere , &c. nihil ibi de Excalceatis. Immo verò paragraphum primum capitis ſecundi ſic inſcribit:

Qualis Auguſtini habitus; quodque nuditatem pedum non ſit profeſſus.

Sic autem in dicto capite fatur iuxta Poſſidium,& textus ipſius Auguſtini: *nudo*, inquit,*non inceßit pede , nec Fratres qui incederent,inſtituit, licet id minimè damnarit.* Tum adducto loco Auguſtini ſæpè à nobis ex ratione repetito , ſic concludit: *ex quo loco apertè conſtat , quod non ſit nec fuerit inſtituti Auguſtiniani nuditatem pedum profiteri. Quod ſi ſanctos ex Eremitarum familia Fulgentium & Ioannem Bonum eam nuditatem amplexatos inuenerimus , hoc ſuperiorum permiſſu factitatum iudicemus*, &c. *Et quamuis è noſtris*,agit de Hiſpanis, Hiſpanus & ipſe; *quidam in vnum conuenientes , hac nuditate à nobis ſeſe ſegregarint : Nihilominus, nec nudis pedibus ambulaſſe Auguſtinum,nec huiuſmodi Monachos inſtituiſſe , certiſsimum.* Hactenus Gonſales.

Monaſterium verò Lirinenſe ſi ſimpliciter antiquo Eremitarum Ordini adſcriberet, nec ſuæ nouellæ Diſcalceatæ familiæ tribueret , ferendũ quidem eſſet, cum multi

ti graues Authores non ſolum dicti Ordinis, ſed & Yepes Ordinis Sancti Benedicti in eo viguiſſe Regulã D. Auguſtini fateatur, ante ortum S. Benedicti. Quin & ipſe Baronius reprehẽdit Trithemium quod S. Cæſarium alioſque è Monaſterio Lyrinenſi, faciat Ordinis Sancti Benedicti cum tamen in dicto loco ducenti vel trecenti nonnunquàm Monachi ſine Regula non potuerint conſeruari: hanc porrò Regulam fuiſſe, Auguſtini, clarè ſatis inſinuat Surius: *Arcadius*, inquit, *Pſeudomonachus ad horam tertiam ſanctis viris cibos & pocula offert, & tanquam illorum dolores miſerans hortatur, vt ſe reficerent, at illi licet extrinſecus angerentur, non tamen propoſiti, & regularis conſuetudinis obliuiſcuntur: reſpondent ſibi fas non eſſe venire contra Regularia inſtituta, quæ iuberent in horam vſque nonam ieiunia perduci: Itaque amotis eſcis, ad canonicam horam dilata refectio eſt.* Rurſum S. Trucharius & cæteri Lyrinenſes Eremitæ Mommolo Tyranno pecunias extorquere volenti, reſponderunt; *nunquam ſibi ſub Aigulpho licuiſſe habere aliquid proprij: ſed eſſe ipſis omnia communia.* Quid clarius & conformius Regulæ Auguſtini quam exactè ad mortem S. Monachi & Martyres Lyrinenſes Eremitani

Surius 3. Nonas Septembris.

mitani

mitani Ordinis coluerunt? Quid per Canonicam horam, niſi eam intelligit de qua in Regula ſcribitur, *quando aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cum ægrotat.* Et quid pecuniæ priuatæ poterant habere Lyrinenſes Eremitæ quorum Regulâ proprietas omnis damnata, omnia communia identidem inculcat? *nec dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia.* Sed Frater Athanaſius longam Sanctorum dicti Monaſterij texuit litaniam, qua eos omnes non tantum Eremitas Auguſtiniani, Ordinis, ſed inſuper nullo authore referente Diſcalceatos atteſtatur.

Aug. in Reg.

Aug. ibid.

Ita enim in prima parte Candelabri aurei pag. 105. *S. Honoré Eueſque d'Arles iſſu de la tres-illuſtre race des Roys & Senateurs de Nicomedie ſelon quelques vns, eſtoit Ermite Déchauſſé de S. Auguſtin.*

Saint Ceſarie Eueſque d'Arles Religieux Déchauſſé de l'Ordre des Ermites de ſainct Auguſtin, &c.

Sainte Ceſarie ſa Sœur receuoit ſes loix Religieuſes & les departoit à toutes ſes ſaintes Filles qui viuoient ſous ſon obeiſſance.

Saint Veredeme Religieux Ermite Déchauſſé de l'Ordre de S. Auguſtin diſciple de S. Ceſa

S. Cæſarie fut crée Eueſque d'Auignon.

S. Hilaire Eueſque d'Arles parent de ſaint Honoré & ſucceſſeur à la meſme charge, eſtoit Religieux Ermite Déchauſſé de S. Auguſtin. Pag.106. Candelabri.

Saint Honoré Auguſtin Déchauſſé Eueſque de Marſeille & diſciple de S. Cæſarée Eueſque d'Arles. Pag.114. Candelabri.

Non inficior multo plures ex Lyrinenſi Monaſterio viros, pietate, doctrina, martyrio etiam illuſtriſſimos quaſi examen apum ex floridiſſimo alueario exortos Eccleſiam ſuam luce & ſanguine decoraſſe, eos Eremitano Ordini non inuideo, cariſſima Auguſtini pignora non diffiteor, Diſcalceatos fuiſſe, quod præcipuè Fratri Athanaſio probandum erat nullibi comperio : cum iuxta morem eius fallacem, quotquot in margine producit Authores conſului, multo labore, & tempore fruſtra impenſo, vel eos Epiſcopos & viros ſanctos, vel ad ſummum Eremitani Ordinis fuiſſe, ſed ne vnum quidem Excalceatum inueni. De Hilario Arelatenſi quidem, conſtat eum diſcipulum fuiſſe S. Auguſtini, vt patet ex Epiſtola eius ad eundem his verbis : *Sufficiat mihi pœna mea, quod à præſentiæ tuæ deliciis exulatus, vbi ſalubribus tuis vberibus nutriebar, non ſolum abſentia tua crucior, &c.* Quin & teſtis

eſt

Tom. 5. Annal. 426. eſt Baronius : *Hac Eucherius cum creatus eſt Petronius Epiſcopus Bononienſis, perſeuerante Hilario in vita Monaſtica.* Conſule & Iſidorum de hominibus Illuſtribus cap. 28.

In Martyrol. 24. Auguſti. De Cæſario verò Idem Baronius ſic contra Trithemium quod ſubſcripſerit vt Metropolitanus Concilio Vaſenſi, Carpentoracenſi, & Agathenſi, quod celebratum eſt ſedis illius temporibus, nimirum ſub conſulatu Meſſalæ anno Domini 506. *Ex his,* inquit, *videas quo iure Trithemius hunc ſibi vindicet inter monachos Sancti Benedicti, cum ante ipſum S. Benedictum vixerit, qui anno 529. in Caſſino monte cœpit ſui Ordinis fundamenta iacere: fuit autem Cæſarius profeſſor Cœnobij inſulæ Lerini ſub Porchario Abbate, vt prædicta acta teſtantur; quod etiam profitetur ipſe homilia vigeſima: vbi multa locutus de laudibus illius Cœnobij, addit, ego,* inquit, *peculiaris alumnus veſter, &c. longè ante tempora S. Benedicti Monaſticam Obſeruantiam in eadem Inſula viguiſſe, exploratum, certumque habetur. Cum autem idem Trithemius citet eiuſdem Cæſarij ſermonem tertium, quo ſe profitetur S. Benedicti eſſe diſcipulum nihil huiuſmodi in Sermonibus Cæſarij recens editis inuenire potui :quod ſi in aliquo tamen codice id reperitur, alterius potius*

potius Authoris ſermo eſt exiſtimandus.

De Monaſterio Seruitano, ſurripiendo Ordini, & ſibi ſuiſque inuadendo, non minor quam de Lyrinenſi, Fratri Athanaſio auiditas? Dracone enim ſitibundior excubias agente in medio Fluminum, *abſorbebit Fluuium & non mirabitur, fiduciam quoque habet quod Iordanis influat in os eius.* *Iob.40. 18.* *Sainct Leandre Ermite Deſchauſſé du meſme Ordre parent de Leonigilde Roy d'Eſpagne fut crée Eueſque d'Hiſpale ou de Seuille, &c.* *Pag.106. Candelabri.*

Sainct Iſidore ſon Frere eſtant de la meſme Obſeruance Religieux ſucceda à la meſme charge Epiſcopale.

Sainct Eutrope Religieux Ermite du Monaſtere Serbitain ſoubz les loix de Sainct Auguſtin, fut Eueſque de Valence en Eſpagne l'année 600.

Sainct Donat Eueſque de Beſançon Religieux Ermite Dechauſſé de Sainct Auguſtin.

Quod facit ad honorem Eremitani Ordinis in genere non tacebo, quod ad Mendacium Fratris Athanaſij detegendum, non præteribo. Monaſterium ergo Serbitanum verè ad Auguſtinianos pertinere conuincit aduentus B. Donati Eremitani, ex Affrica in Hiſpaniam, quo primum Ordinem Mo- *Ildefonſus cap. 4. de viris Illuſtribus.*

Digitized by Google

naſticũ Auguſtinianum inuectum eſſe conſtat hoc irrefragabili,& autentico teſtimonio ſancti Ildefonſi *Donatus & profeßione, & opere Monachus cuiuſdam Eremitæ fertur in Affrica extitiſſe diſcipulus; hic violentias barbararum Gentium imminere conſpiciens, atque ouilis diſsipationem, & gregis Monachorum pericula pertimeſcens, fermè cum Septuaginta Monachalis copioſiſq; librorũ codicibus nauali vehiculo in Hiſpaniam commeauit: cui ab illuſtri Religioſaque fœmina Mincaa ſubſidiis ac rerum opibus miniſtratis Seruitanum Monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe. Hîc prior in Hiſpanian Monaſticæ Obſeruantiæ vſum & Regulam dicitur adduxiſſe.* Qualem autem Regulam ex Affrica inuexerit expreſsè docuit S. Maximus Cæſarauguſtanus Epiſcopus de quo S. Iſidorus his verbis: *S. Donatus Regulam Eremitarum Sancti Auguſtini locupletiorem, mitioremque, in Hiſpaniam inuexit, & in agro Securitano Monaſterium Seruitanorum inſtruxit, vi verborum, meritis & miraculis abundè nobilitatus, glorioſus migrat ad Dominum, coliturque calendis Nouembris.* Quibus verbis, non intelligit ſolum Monaſticam vitam in melius reparatam, ſed ſecundum Ildefonſum ſuprà, primò inductam. Ita enim Mariana *Grego-*

Vaſcus in Chronicis Anno 569.

Marianal. 5. De reb. Hiſpan. cap. 11. Garibay Lib. 8. cap. 20. Maleanda, Morales, Beuterius & alij communiter.

Era 612. Anno Chri. 574. apud Marq. de Orig. de ſcript. cap. 33. Lib. 5. de Rebus Hiſpan. cap 11.

rio

rio æqualis Donatus Monachus adiunctis Septuaginta ſociis ex Affrica venit inHiſpaniã & opibus Mincææ præpotentis fæminæ & copioſæ, Seruitano Monaſterio extructo Setaui, vt pleriſque placet, Monaſticam viuendi rationem certis nimirum legibus, inſtitutiſque temperatam inuexit, primus in Hiſpaniam, vt Ildefonſus ſcribit; Monachi enim quorum in actis conciliorum Hiſpaniæ ante hæc tempora mentio extat, aut nulla votorum Religione conſtricti erant, aut diſſipati per ſyluas vitam exigebant ſolitariam.

S. porrò Donati diſcipulus fuit S. Eutropius, de quo ſequens elogium ſcripſit S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus S. Leandri Frater eiuſdem Monaſterij. *S. Eutropius Eccleſiæ Valentinæ Epiſcopus, dum adhuc in Monaſterio Sirbitano degeret, & pater eſſet Monachorum, ſcripſit ad Papam Licianum, cuius ſupra fecimus mentionem, valdè vtilem Epiſtolam; in qua petit ab eodem pro qua re Baptizatis infantibus, Chriſmæ poſt hæc vnctio tribuatur. Scripſit & ad Petrum Epiſcopum Hircauincenſem de diſtinctione Monachorum, ſalubri ſermone compoſitam Epiſtolam, & valdè Monachis neceſſariam.*

de ſcript. Eccl cap. 32.

Sed quid ex his, Excalceatis accedat, non video. Tantum enim abeſt, vt auſteriſſi-

mã & rigidiſſimã *Regulã, & viuendi normã, qualẽ toto ſuo* Candelabro Excalceatã fingit Athanaſius, Seruitani Monachi ſeruarent, quinimo S. teſtante Maximo mitiorẽ omnibus Regulis Auguſtinianã, nec minus tamẽ
1. Cor. 13. 13. locupletẽ, imo verò *in maiori omniũ Charitate*, fundatã ſibi ſuiſque præfixit. Verũ nihil Cyclo ſanctuarij Athanaſij põdere librãdum eſt, præter hoc vnũ, quod vnicè præ cæteris commendat. Si enim ab hoc graui authore ſolo fide digno quęratur, quid luce dignum, quid poſterûm memoriæ commendabile, Honoratus, Cæſarius, Hilarius, reliquique Lyrinenſes, quid Donatus, Leander, Iſidorus, Eutropius, cæterique Seruitani Monachi geſſerint Diſcalceati, nudipedes, Gymnopodæ fuerunt. Hoc vnum ſonat, hoc
Luc. 10. 42. buccinat, hoc tonat. Quaſi vero hæc ſit *optima pars Mariæ vnum porro neceſſarium,*
Pſalm 26. 4. *vna petita à Domino hæc requiſita; hæc pre-*
Matth. 13. 46. *tioſa margarita, hoc quod continet omnia, vnũ*
Sap. 1. 7. *quod cæteris Calceatis deeſt, in quo omnia in-*
Luc 18. 22. *ſtaurantur*, ſine quo marceſcunt violæ Cõ-
Rom. 13. 9. feſſorum, langueſcunt lilia Virginum, decolores palleſcunt roſæ purpuratorum Martyrum, quos concluſit hortus floridus copioſiſſimo numero Ordinis Eremitarum; ſine quo tot Doctorum Candelabra aurea

non

non lucent, tot Cœnobitarum vigiliæ dormitant, tot vtriuſque ſexus Sanctorum eminentiſſima merita in puluere ſordeſcũt: Quid agitis D. Benedicti, Brunonis, Bernardi, Norberti, Dominici, Franciſci de Paula diſcipuli? quid vobis ſolitudo, ieiunia, cilicia, nudæ ſemper affixa carni, quid vtriuſque hominis iugis & congeminata maceratio, quid *montis myrrhæ, & collis thuris*, orationis inquam, & mortificationis perpetuus aſcenſus? quid virtus denique omnis exercitatiſſima proderit, quid tam laudabilem, tam ſanctam, tam excelſam, tam prælatam cunctis, Athanaſij iudicio, Sandaliorum auſteritatem deſpexiſtis? Vide Frater quam aberres à ſcopo, quantorum hominum & ſæculorum ſano arbitrio condemneris, quamque plagiarius arguaris, qui aliena merita & Monaſteria *perperam agens contra charitatem* tibi, tuiſque arroges. Si enim S. Donatus teſte S. Maximo Regulam locupletem æque, ac mitem in Monaſterium Seruitanum introduxit, eamque non aliam quam Eremiticam, & Auguſtinienſem; Planè concludas neceſſe eſt, ibidem iuxta Regulam, *Indumenta & Calceamenta indigentibus neceſſaria ſine mora data fuiſſe poſcentibus.* Et certò inſuper S.

Cant. 4. 6.

1. *Cor.* 13. 4.

Aug. in Reg.

Iſidori Hiſpalēſis Epiſcopi teſtimonio probatur, id loci Monachos probè vtrinque Calceatos, cum enim in tota Regula Monachorum, excepto Abbatis nomine Auguſtino inſolito, in omnibus penè Capitulis, Sanctiſſimi Doctoris inſtitutis, circa Diuinum Officium, codices, menſæ lectionem, ieiunia, lauacra corporis iiſdem penè verbis inſtitiſſet; ſic de habitu Monachorum, *cultus veſtium vel indumentorum inſignes Monacho deponendi. Munitus debet eſſe Monachus non delicatus. Sicut autem nō oportet in Monacho ſit notabilis habitus; ita nec ſatis abiectus. Nam pretioſa veſtis ad laſciuiam pertrahit: nimis vilis aut dolorem cordis parit, aut morbum vanæ gloriæ contrahit, &c.* Poſt hæc, quæ veſtes & Calceamenta veris Monachis illicita ſint, ſic deſcribit, quorumdam Canonicorum ſui temporis molliuſculè induentium, & calceantium ſe, vanitatem carpens: *Porrò linteo* (*ideſt ſuperpelliceo lineo*) *non oportet Monachum indui, Orario, Byrris, planetis non eſt fas vti, neque indumentis, vel Calceamentis quibus generaliter cætera Monaſteria abutuntur.* Tum demum ſpecies veſtium quibus ſui temporis Monachi vtebantur, proſequitur dicens. *Ternis autem tunicis, & binis palliis* (*id eſt*

Iſidor. Hiſpal. in Reg. Monach. cap. 12.

vt ſuprà

vt ſuprà vidimus cappis ſeu veſtibus talaribus totum corpus obtegentibus) & ſingulis cucullis contenti erunt ſerui Chriſti, quibus ſuperadiicietur melotes pellicea, mapula, manicæ quoque, pedules & caligæ. Ad calcem autem capitis Scholiaſtes Iſidori ſubiecit: *Pedules, & Caligæ Sanctus Benedictus in Regula indumenta pedum pedules & caligas.* Smaragdus, *pedules modo dicimus calceos, &c.* De facto omnes Religioſi Ordinis Sancti Benedicti, & calceos propriè dictos, & caligas, ſeu tibialia pedibus, & tibiis induendis circunferunt. Et adhuc nobis poſt hæc ſua Sandalia frater Athanaſius ventilabit? *Reg. Bened. c. 55*

Capvt X.

In quo eadem Excalceatorum mendacia conuincuntur & exagitantur.

NEc dum tot epulis impleta fames, nec tam amplis Monaſteriis deuorandis exſaturata libido Excalceatorum, niſi & Congregationes integras Guillielmitarum, Ioambonitarum, Iliceetanorum, aliorumque abliguriendis illicitè, toto rictu patente inhiet tanquam Iſraëlitæ populo, ſi tamen

Ioan.1. 47. *Iſraëlitæ veri eſſe poſſunt quibus dolus ineſt*, ſibi dictum autumant; *Omnis locus quem cal-*
Deut.11. 24. *cauerit pes tuus, tuus erit*, quinimò niſi calceatus fuerit, tuus eſſe non poterit. Dictum eſt enim, & Prophetatum de Christo per
Epheſ.6. 16. Apoſtolicos *pedes calceatos in præparationem*
Pſal. 59. 10. *Euangelÿ pacis*, Gentiles, per Idumæos expreſſos poſſeſſuro; *in Idumæam extendam calceamentum meum.* Quid inde? pulchrè
Ibidem. ſequitur, *mihi gentes ſubditæ ſunt.* Quomo-
Gal.4.31 do ergo boni Fratres, *non liberæ*, proindeque
Cant.7. 1. *calceatæ, & filiæ Principis Aminadab, filÿ, ſed Ancillæ*, Excalceatæ, præfatas Congregationes hæreditario iure poſſidebunt, confictis ad id inſtrumentis, cui ſoluto calceamento ceſſerunt, & à patriis legibus receſſerunt? Vt omnia paucis fratris Athanaſij fundamenta reuellam. Dico primo, ſi ante vnionem Generalem omnium Congregationum, vero, aut falſo titulo Eremitarum Sancti Auguſtini nomine gaudentium, factam ab Alexandro IV. aliquæ Congregationes, & Familiæ Nudipedes extiterunt, ſic inceſſiſſe, non vi Regulæ, & primæuæ Auguſtini ſuorumque Fratrum formæ, & exempli; ſed vt verbis Diui Antonini, &
Anton. 3. p. tit. 24. c.14. §.5. Bullæ Summi Pontificis Alexandri IV. vtar; *quia poſt tranſitum Beati Auguſtini, Fratres hinc*

hinc inde fuerunt diſperſi ; tunc excreuit deformitas tam in habitu, quàm in Diuino Officio, & cæteris Obſeruantiis, vſque ad tempus recollectionis, ſeu vnionis. Vnde os dicti Pontificis, *quaſi os Dei Patris ſeparans pretioſum à vili*, Et confuſionem duorum Ordinum, Minorum ſcilicet & Eremitarum dirimens, ſtatuit, *vt Eremitæ ita veſtium ſuarum longitudinem temperarent, quod ab omnibus eorum calceamenta viderentur, & cuius eſſent Ordinis omnibus appareret: Minoribus iuxta Regulam ſuam Excalceatis, vt & Eremitis ſecundùm ſuam calceandis.* *Ier. 15. 19.*

Secundò, vel hinc liquet, quàm ineptè frater Athanaſius captet gloriam, inſinuare volendo primum Generalem Ordinis Eremitarum poſt reunionem factam, Lantfrancum, fuiſſe Excalceatum, Ita enim prima parte Candelabri. *Le Bien-heureux Guillaume Segham Religieux ſous l'obeyſſance du Bien-heureux Lanfranc Septala, Auguſtin Deſchauſſé, premier General de l'Ordre des Ermites de Sainct Auguſtin fut creé Cardinal par Alexandre Pape IV.* Huic enim Lantfranco Bulla dicti Alexandri IV. inſcribitur, & expreſsè iniungitur, vt omnes ſui Ordinis Fratres Calceati procedant. *Pag. 102.*

Tertiò, falſitatis apertè arguitur frater

Atha

Athanaſius quod Congregationem Guillielmitarum ante dictam reunionem Generalem Diſcalceatam inducat. Ita enim prima parte Candelabri. *La Congregation des Ermites de Sainct Auguſtin du Mont-prunier dans les Mareſmes de Toſcane fut reſtaurée par Sainct Guillaume, Duc d'Aquitaine, & Comte de Poictiers, lequel a donné à cette Congregation le nom de Guilliemites, cette famille tiroit ſon origine de la Congregation de Cent-celle, ou de la Cité vieille. Les Religieux de cette Inſtitution eſtoient veſtus de noir, portoient la ceinture de cuir, & marchoient pieds nuds.* Diuum Guillielmum nemo ſanus negare poſſit, fuiſſe Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Gregorio XIII. in vna Bulla expedita Romæ 25. Iulij anno 1576. Pontificatus ſui 5. Sic loquente Fidelibus vtriuſque ſexus viſitaturis Eccleſias eiuſdem Ordinis fundatas in Prouincia Indiæ Orientalis: *Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Fidelibus, qui futuris temporibus domos & Eccleſias prædictas Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini dicti Ordinis Fundatoris, & Sanctæ Monicæ matris eius, ac Sancti Nicolai, & Sancti Guillielmi dicti Ordinis profeſſorum diebus, pro tempore viſitauerint, &c.* Aliam etiam Bullam profert

Cap. 3. pag. 155.

Pater

Pater Diego du Brueil Ordinis S. Benedicti datum anno 1250. qua D. Guillelmus Ordinis S. Auguſtini fuiſſe declaratur. Sed & licet demus. S. Guillelmum, & B. Ioannem Bonum non tantum eiuſdem Ordinis profeſſos, ſed & vltrò concedamus fuiſſe Excalceaturæ profeſſores, non inde ſequitur ipſorum Congregationes nudipedes extitiſſe, vt fruſtra quis contra apertam veritatem luctaretur aërem verberans, & contendens, Præmonſtratenſes, Prædicatores, Minimos, Ieſuitas, Congregationum eſſe Diſcalceatarum alumnos, quamuis certum ſit earum Fundatores, & Primipilos, ac Principes, Norbertum, Dominicum, Franciſcũ de Paula Ignatium principio conuerſionis ſuæ, Xauerium in miſſione Indiæ, ſæpè ambulaſſe nudipedes. At omnem hanc litem ſoluit tam pro Guillelmitis quam Ioambonitis, Pontificum Bulla quæ dictas Congregationes calceatas fuiſſe declarat. *du Brueil Ordinis S. Benedict. pag. 895. antiq. Pariſ.*

De Guillelmitis quidem R. P. Marquez oculatus teſtis dicit ſe legiſſe in Archiuiis Breue Innocentij IV. datum Lugduni 9. Ianuarij Pontificatus ſui anno 6. his verbis. *Cum igitur dilecti filij, Prior, & Fratres Eremitarum in partibus Alemaniæ Ordinis S. Guillelmi, veſtiti laneis cucullis, & curtis vſq;* *Libr. Orig. Eremit. cap. 13. §. 13 pagin. 190.*

ad

ad cauillam ſeu iuncturam pedis, cum manicis bene latis, & longis, nullo alio ſuperducto colore, niſi quem ſecum lana earum cauſa materiæ primordialis ipſa contraxit, latis quoque circuncincti corrigiis deſuper, cum congruis Religioni cultellis; & baculos deferentes in manibus, & calceati incedere teneantur ſecundum ſui Ordinis inſtituta. De Ioambonitis verò conſtat ex præcitata Bulla Greg. IX. data ante dictam reunionem Generalem, quam ſimilibus verbis poſt eamdem vnionem Generalem factam confirmauit Alexander IV. & ſic incipit, *dudum Apparuit* in rem autem noſtram ſic præcisè de Ioambonitis præcipit; *adeò ſuarum veſtium longitudinem temperent, quod à quibuſuis ipſorum Calceamenta liberè videantur.* Vnde R.P. M. Thomas de Herrera ſic concludit: *Potuit quidem S. Ioannes Bonus vti ligneis ſotularibus, ſicut & S. Fulgentius, vt dicitur, nudis pedibus ambulare, tamen communis inſtitutio ſuæ Congregationis Calceis vtebatur.* Hîc rogo Iudices an ſummis Pontificibus, an Fratri Athanaſio fidem habere debeamus.

In Reſp. Pacifica ad §. 4. Apol.

CAPVT

CAPVT XI.

In quo D. Hilarium Papam, & S. Nicolaum Tolentinatem, impudentiſſimè Fr. Athanaſius Excalceatæ ſuæ Congregationi adſcribere probatur.

NEc ſtetit Fratris Athanaſij iactantia, niſi etiam ad ſummi Pontificatus apicem ſua Sandalia, palliolum, longumque Caputium proueheret. D. enim Hilarium S. Leonis ſucceſſorem ex Excalceato Ordine Eremitano, factum Pontificem Maximum, maximus ipſe Pſeudo-Chronologus aſſeuerat. Ita enim Regiſtrum Prælatorum Ordinis Eremitarum fœliciter & hilariter à ſancto Hilario auſpicatur, quem quidem iure meritiſſimo, ſi verum ſcriberet in capite ſuit Regiſtri præfigeret.

Saint Hilaire Pape natif de Sardaigne, eſtoit Religieux Deſchauſſé de l'Ordre des Ermites de Saint Auguſtin qui eſtablit dans ſes Iſles ſa Religion paſſant d'Italie en Affrique.

Nimirum vt Moyſes ad rubum igneum, viſionem grandem, paſtoris vniuerſi populi Hebræi dignitatem non potuit niſi *ſoluto*

prius

Digitized by Google

prius Calceamento de pedibus accedere ; ita nec Hilarius niſi prius Excalceatus, Pontificia Sandalia, Summis Principibus oſculanda tradere, niſi cinctim palliatus, purpuratus in veſte poderis incedere, niſi denique Pyramidali Caputio galeatus, caput Thiara coronare. Ita enim apud B. Iordanum de Saxonia legiſſe me memini ex Sozomeno lib. 3. cap. 13. de Monachis agente. *Caput*, inquit, *integumento quod Cucullum appellare ſolent, operiebant, quo oſtenderent ſe vitam perinde ſimplicem atque ſinceram agere, atque pueros lacte nutritos, quorum caput eiuſmodi Thiaris obuoluitur.* Vt & de S. Hilario dicere mihi liceat quod de ſancto Hilarione, Hieronymo; *omnes* inquit, *diuitias ſuas ei relinquens, Euangelium ſcilicet, tunicam Saxeam, Cucullum & palliolum.*

Lib. 1. de Com. Locali cap. 15. In notis ad Finem Capitis.

Hieron. in Vita S. Hilarionis.

Si quæram à Fratre Athanaſio quibus Authoribus, qua ratione vel coniectura ſubnixus, Monachatum Eremitanum Ordinem, Excalceatum pedem D. Hilario adſcribat? In margine mihi Platinam, Omphrium, Pamphylum, & neſcio quod templum Eremitanum adſtruit. Conſului Platinam, Omphrium legi qui & ipſe Eremitani Ordinis hunc Pontificem ſuomet non ſubtraxiſſet Ordini, Baronium inſuper tam

in

Digitized by Google

In Annalibus, quàm Martyrologio Romano, nec Ciaconium de vitis Pontificum, peream, ſi Iota vnum aut apicem non iam de Excalceato, de Eremita Auguſtiniano, ſed ne quidem de cuiuſcunque Ordinis Monacho vnquam facto S. Hilario Pontifice fecerint mentionem. Nec poſſum credere ſi mihi præ manibus dictum templum eſſet, aliud in eo præter fumum hac de materia cernere liceret.

Verùm enimuero genium noſtri Athanaſij prope naſcenti conſtat, eum hac forte ridicula coniectura ductum quod Sardiniæ natus Hilarius referatur, vrbe Calaritana Oriundus. Sic enim præcitatus Ciaconius: *Hilarius Sardus, Calaritanus, Criſpini Filius, S.R.Eccl. Diaconus Cardinalis, Imperatoribus Flauio, Leone, Flauio Vibio Seuero, & Flauio Anthemio Auguſtis ſedit annos 6. menſes 3. dies 10. Creatus & Conſecratus 3. Calendas Maij.* Iiſdem omninò verbis Calaritanum vocat Omphrius. Totum hoc fundamentum Athanaſij, cum nullum aliud augurari poſſim, quod Sardus & Calaritanus fuerit, vnde bellè ſuo more ſic potuit argumentari: S. Hilarius patria Sardus & Calaritanus fuit, D. Fulgentius in Sardiniam relegatus tranſuecto ſecum corpore Beatiſſimi patris

In vita & Geſt. Pont. in Hilario Pont. 47. Anno 461.

Augu

Auguſtini, Monaſterium in vrbe Calaritana extruxit: ita enim teſtatur eius diſcipulus *Brumaſio Calaritanæ ciuitatis Antiſtite Venerabili, prius ſicut docuit poſtulato conſenſu, nouum propriis ſumptibus Monaſterium fabricauit, in quo XXXX. & amplius Fratribus Cõgregatis diſciplinæ Cœnobialis Ordinem cuſtodiuit illæſum, nemini dans licentiam profeſſionis ſanctæ Regulam præterire, ſed principaliter hoc obſeruandũ tradens Monachis, vt nullus eorum quidquam proprium ſibi vindicaret, ſed eſſent omnibus omnia communia.* Ergo S. Hilarius fuit Eremita Diſcalceatus, quia D. Fulgentius in eius patria vixit & Monaſterium extruxit Excalceatus; benè herclè ſi Chronicus noſter multoties vt vidimus in ratione temporum hallucinatus, hoc etiam loco non exiguo errore laberetur, ſupputanti enim cum Baronio innotuit Hilarium Papam mortuum anno 467. *hoc namque anno 4. Idus Septembris, idem Hilarius Pontifex moritur cum ſediſſet annos 6. &c.* D. autem Fulgentius exceſſit è viuis *anno Chriſti 529. poſtremo die Calendarum Ianuariarum poſt peractam veſperam beatum ſpiritum fœliciter in manibus Domini tradidit* hinc patet ſexaginta duobus annis D. Hilarium præceſſiſſe tempora D. Fulgentij, proin

In vita S. Fulgẽt. cap. 27. tom. 6. Bibliothec. Patrũ pag. 1.

Tom. 6. Annalium Anno Chriſti 467. Baro. to. 7. Annal. Anno Chriſti 529.

proindeque nõ potuiſſe Anteceſſorem eius ſimul eſſe, & diſcipulum ſucceſſorem. Quo igitur mihi nugas iſtas & fabulas, quo deliramenta & ſomnia? *parauı*, *fortè dicis*, *lucernam Chriſto meo.* Pontifici maximo in Candelabro meo collocandam. Bene, ſed tamen ſi verè, bonum enim verumque conuertuntur, atenim non recolis oleum ſanctum vnctionis inaugurandis fabellis impendi, piaculum? Enimuero Carbunculum referunt curioſi naturæ Venatores dictum Lychnitem Indis probatiſſimam à lucernarum præcipua gratia, tenebras noctis vincere, vnde & vaſa potoria fieri dicunt. Vtinam & Candelabrum tuum ſeptena veritatis lampade ſimili fulgeret, & propinaſſes nobis de Lychnitis vaſis pocula veræ ac ſolidæ narrationis, & non fumum atramque fuliginem multimodi mendacij & vanitatis: verum à D. Iſidoro didici alteram Carbunculi ſpeciem dictam Lychnitem remiſſum, à rubore aliorum declinantem, (ita pudorem omnem & verecundiã excuſſiſti) qui aqua ſuperfuſus incaleſcit, & attritu digitorum perfricatus paleas attrahit & libri fila ad ſe rapit. Quam rapax & auidus ſtilus Athanaſij, quanta digitorum prurigo, quanta in Sole & manifeſto quantuli ſui ingenij mo-

Plinius Lib. 37. *cap.* 7. à Sole Excalfactas paleas, aut digitorũ attritu & Chartarum fila ad ſe rapere, &c. Potoria vaſa ex Lychnite factitata inuenio.

Lib. 16. *Etym. cap.* 13. Lychnis ex eodẽ genere ardentiũ eſt appellata, a lucernarũ flagrantia igi gnitur in multis locis, ſed probatiſſima apud Indos. Quidam eam remiſſiorem Carbunculũ eſſe dixerunt.

Digitized by Google

numenta prodere, geſtit libidine; quam pernix ad omnia librorum fila vel tenues fibras exſugendas, quantumuis abſonum, quantum remotum, ſiue quid leuiuſculum ſuboleat quod ſuo poſſit guttulam olei ſuffundere Candelabro, ſtatim ad ſe rapit, nulla ſuccini, nulla magnetis vis occulta potentior ad paleas, ferrum, quidquid volueris quiſquiliarum pelliciendum, cuncta proſunt, omnia faciunt ad Athanaſij negotium. Sed aduerte lector remiſſum Carbunculum non ineptè dici quod à vero Carbunculi rubore deficiat, à natiuo ſplendore & feruore Charitatis, quæ nedum aliena ſubripit,
1. Cor. 13. 5. ſed *nec quæ ſua ſunt quærit. Scripturis*, ait ſuprà Iſidorus, *reſiſtit, ac ſi quando ſculpta fuerit, dum ſigna imprimit, quaſi quodam animali morſu partem Ceræ in ſigno tenet.* Dura namque ceruice & incircunciſo corde, ſemper reſiſtit ſpiritui veritatis, nec fideliter quidquam refert, partem aliquam ſibi ſuiſque retinet laudis, quam & totam corriperet, ſi valeret omnes Diuos Excalceatæ ſuæ Congregationi inſolenter arrogans.

Neque enim minori impudentia D. Nicolaum Tolentinatē ſuis adiudicat, æquus arbiter, ni libra ancipiti, hinc inde fluctuaret: duabus enim, paginis interiectis, hunc Sanctum

Sanctum Congregationibus diuerſis attribuit, parum ſibi conſtans, Camæleon alter, *vt quid acceſſerit, inde ſuffunditur.* Sic nempe, ait, *La Congregation des Ermites de Sainct Auguſtin de Brittine eſtablie ſoubz le nom de Saint Blaiſe dans le dioceſe de Fane, proche de Peſare, fit de grands progré dans la Marque d'Ancone, apres auoir veſcu long-temps ſous vn ſuperieur General, ils ſe ſoubmirent à l'Obeiſſance de S. Iean le Bon, et furent incorporés dans ſa compagnie. Saint Nicolas de Tolentin a eſté eſleué dans cette Congregation, où l'on viuoit dans vn general meſpris de tout ce qui eſt dans le monde. Gregoire IX. Pape commande à ſes Religieux des veſtir des habits humbles et pauures à l'exemple de Ieſus Chriſt; de porter de larges Ceintures de Cuir & d'aller pieds nuds auec des Sabots, & leur permet ſeulement la poſſeſſion d'vn iardin, & d'vne petite foreſt, ce qu'il dict eſtre conforme à la Regle de S. Auguſtin, S. Iean le Bon, de Mantouë, de l'Obſeruance des pieds nuds auec ſes diſciples, Hugues de Mantoüe ſon diſciple, Matthieu, Marc, Philippe, &c. auſquels il faut ioindre S. Nicolas de Tolentin, & le B. Soccius ſon diſciple.*

Tertull. de Pall. cap. 3.

Prima Parte Candelabri cap. 3. Pag. 156.

cap. autẽ 4 eiuſdẽ Prima Partis, Pag. 161.

Neſcio qua fronte, *mendax filius hominis*

Pſal. 61. 10.

in ſtatera decipit de Vanitate in idipſum: authores ex conſuetudine citat in margine, vt & in corpore, ſuo contextui contraria omnino dicentes. Bullam enim legi Gregorij IX. ſecundã & tertiam, quarum prima ſic incipit: *Dilectis filiis Fratribus Eremi de Brictinis Fanenſis diœceſis, &c. Cum olim ſicut intelleximus, motu proprio quemdam nouum Ordinem inueneritis, &c. Cum non eſſet de Ordinibus approbatis, &c.* Poſtrema autem, §. 8. ſic habet: *Super habendis caligis, Calceis, & ſimilibus, Prior ſecundum ſuum arbitrium, poteſtatem habeat diſponendi.* Vt ſcilicet Curæ prioris non ſuæ prouidentiæ relinquatur hæc diſpoſitio, Marquez autẽ citatus in margine vir doctiſſimus & acutiſſimus perſcrutator antiquitatũ Ordinis Eremitani cum notaſſet ſucceſſionem Generalium veri & proprij Eremitani Ordinis, abſque vlla cõfuſione, Generalium Congregationis S. Ioannis Boni; & §. 20. pariter ſucceſſionem Generalium dictæ Congregationis, abſq; confuſione ſucceſſionis Generaliũ Eremitani Ordinis S. Auguſtini: tandẽ probat D. Nicolaum Tolentinatẽ iuxta Suriũ & Baronium mortuum anno 1306. Vnde colligit cum non plus ſeptuaginta annis vixerit, natum anno 1236. habitum ſuſcepiſſe anno

In Bullario Ordinis Eremit Pag. 123. & 124.

Marquez cap. 13. §. 19.

Cap. 18 §. 8. per totum.

Digitized by Google

anno ætatis ſuæ 18. vel 19. à Sæculo, vel Ordine Canonicorum S. Saluatoris, ad Ordinem Eremitarum S. Auguſtini approbatum ab Eccleſia conuolaſſe: vt & expreſſis verbis teſtatur Bulla Canonizationis eius: ſic enim fatur Eugenius. *Æternus itaque Deus qui facit mirabilia magna ſolus, Confeſſorem ſuum eximium Nicolaum de Tolentino, in approbata Religione Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ab eius pueritia educatum, puritate candidum, Charitate fæcundum, electum ex millibus, exemplar præfulgidum ſapientia eius infinita produxit.* Non dixit educatum ſiue nouitium apud Bictrinos, aut profeſſum apud Ioambonitas, ſed & Nouitium & profeſſum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini approbati ab Eccleſia vti & Surius conuerſum narrat prædicatione feruẽtis Eremitæ eiuſdem voti, à quo & habitum Religionis accepit. Quid hîc Athanaſius reſpondeat neſcio, niſi quod præfulgidum hoc lumen, hæc lampas ardens mirum in modum Candelabrum aureum ſuum illuſtraſſet, ſi Diſcalceatum probare potuiſſet: Sed idem Surius, cæterique virtutum eius & admirabilium auſteritatum tubicines, nil de pedum nuditate buccinant. Vnum inuenio apud eruditiſſimum patrem magiſtrũ

Eugenius 4. Conſtit. 2. §. 2. Bullariũ Ordinis Pag. 112.

Surius 10. Septẽbris.

In ſpeculo Clariſſimo vtriuſque habitus Ordinis Eremitarum cap. 18

Thomam Talambellenſem quod prætermittere nefas duxi: *amplius*, inquit, *Eugenius IV. Summus Pontifex adſcribens in Sanctorum numerum D. Nicolaum noſtrum Tolentinatem profeſſum in approbata Religione noſtra Eremitica D. Auguſtini, dedit eidem D. Nicolao geſtandum in manibus libellum, in quo notata habentur hæc verba: Præcepta patris mei Auguſtini ſeruaui, &c. anno Domini* 1446. *die* 5. *Iunij*. Quid plura? Verum vis dicam quod de te ſentio? Cui te comparem?
Apoc 4. 6. *animalibus pennatis intus, foris in circuitu oculatis?* circunſpicis vndique, luſtras vndique circunuolas vndique: in hoc æquaris;
Ezech. 1. 13. eſt & *aſpectus quaſi Carbonum ignis ardentium, & quaſi lampadarum*, quibus viſus es inſtruxiſſe Candelabrum. Sunt & manus ſub pennis ſed longè diſſimiles, vt & pedes:
Ezech. 1. 7. *pedes eorum pedes recti*. Quæ enim in te rectitudo pedis, cum ſemper obliquè gradiaris, itinere à veſtigiis Auguſtini primiſque Eremitis, planè diſtorto? manus quoque
Ezech. 1. 8. operis impares qui *non lampades manibus, ſub penna ſilentij latentibus*: Operibus, etiam
Pſal. 143. 8. alienis, *dextera iniquitatis*, clam ſubductis totus es in nudis pedibus, ſeptena lampade accenſa, totoque ardente Candelabro, omnium oculis in luce ponendis. Sed ſacra pro-
phanis

phanis tuis iactantiis miſcere nefas. Mollius & melius in te tuoſque torquebo, quod olim Caſſiodorus decurrens hunc verſum, *irritat aduerſarius nomen tuum, &c.* in ſui temporis Cauſidicos auidiſſimos auri; te cernens auidiorem ornandi Candelabri aurei: *Hi ſunt, quorum ſi nares afflauerit, cuiuſquam rubiginoſi aura marſupij; confeſtim videbis illic oculos Argi, & manus Briarei, & Sphyngarum vngues, & periuria Laomedontis, Vliſſis argutias, Sinonis fallacias, fidem Polymneſtoris, & pietatem pigri Leonis,* &c. dicamus & nos de Excalceatis Eremitis, hi ſunt, quorum ſi mentes afflauerit veteris alicuius Eremitæ fama beati, exemplo videas illic tot pennas aduolare, tot oculos, linguas, manus, certatim ad rapinam Concurrere. Ibi, vt proſequitur Caſſiodorus, *eſt Garges de furoribus fabularum, de concinnatoribus carminum, de publicatoribus ſiniſtrarum opinionum, qui cum non habeant, olera pro pomis ſpargunt, verba pro foliis, & cum non adſit medulla ſenſuum, abundat ſpuma verborum.* Quid plura, niſi mutuas & lampades, ad eaſque aptandas oleum à Calceatis de Eremitarum Ordine virginibus mendicarent, non haberet Candelabrum Athanaſij tenebroſum, vnde luceret. Inde cum

In Pſal. 73.

Digitized by Google

fatuis virginibus , non ſumpto ſecum oleo,
Matth. 25.8. prudentibus, ait, Calceatis; *date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguũtur.*

Capvt XII.

In quo eiuſdem Fratris Athanaſij impoſturæ & deliramenta, extincta lampade eius in nocte ignorantiæ, altera lampade accenſa deteguntur.

IMpudenter ſatis, (vel vt aſperitudinem duriuſculæ vocis excaudicem, aptius loquar,) imprudenter prudentum Virginum Eremitici Ordinis lampades, ſuo Candelabro adaptauit eximius Chroniſta Frater Athanaſius, dum finxit impune D. Auguſtinum Excalceatas Moniales inſtituiſſe, longoque & aſperrimo tenella corpuſcula Cilicio vexaſſe, vel à D. Alipio Tagaſte iuxta ſe prorſus Nudipedes factas, ex eoque Ordine Melaniam & Paulam iuniores, Claram à Montefalco, Rittam aliaſque vel ſanctas viduas, vel illibatas virgines, Ordini ſuo Diſcalceato deputauit. Sic enim orditur
Cap 1. primam partem Chronologiæ Monialium
Pag 295. *Lordre des filles Ermites a fleury dans l'Affri-*

que

que l'année 388. ou 390. ſous l'Inſtitution, la Regle & le gouuernement du grand Saint Auguſtin. Pluſieures filles on Profeßés cete rigoureuſe Obſeruance, &c. obiter nota immemorem mendacem. Prima enim parte Candelabri & Chronologiæ Ordinum ſub Regula Auguſtini militantium cap. 1. dixit Eremitas eodem anno inſtitutos, cum tamen certum ſit Regulam non fuiſſe datam Monialibus niſi ab Auguſtino iam à pluribus annis facto Epiſcopo dū Moniales vellent mutare Præpoſitam: Vt conſtat ex epiſtola eiuſdem. Aduertat hic lector obiter quod idē Frater Athanaſius, ſibi nō conſtās, niſi in perpetuo mendacij contextu, Epiſtolam libelli inſcripti, *la vefue Conſolée*, orditur ab inſigni contradictorio. *Ce grand Ordre des filles Ermites reſpandu par tout le monde, eſt eſtably ſous les loix de Saint Auguſtin, fut planté en Affricque par Saincte Monicque, cultiué par ſes ſoins, & arrouſé de ſes larmes, &c.* Authores in margine adhibet ex more nil de huiuſmodi Ordinis fundatione dicentes, ſed ſolam nigræ veſtis, & Cinguli coriacei B. Monicæ à D. Virgine commendationem memorantes. Nec puduit apud Oſtia Tyberina mortuam Monicam ante regreſſum filij in Affricam, fundatricem

Epiſt. 109. in Regula ad Moniales.

Pag. 296. Candelabris.

tricem Ordinis Monialium facere, quarum inſtitutionem hîc in ſuo Candelabro Auguſtino tribuit, qui primus referente Baronio ex Italia regreſſus, inſtituta Monaſtica inuexit in Affricam. Beatam præterea Rittam in Imagine liminari gratis Excalceat, cum probatiſſimi eius vitæ Authores nihil de nudipede referant. Sed Deo ſic mendacem proprio gladio incautum iugulari permittente, qui tot lampadibus in Candelabro accenſis Diſcalceatorum Ordinem ad Antiquum dierum Auguſtinum Authorem perueniſſe, demonſtrare ſtuduerat; in præfato libello viduæ Conſolatæ cap. 2. pag. 55. nouiſſimè hoc ſæculo ortam Congregationem Fratrum Diſcalceatorum apertè profitetur, dum eius, non reſtauratorem, ſed fundatorem agnoſcit R. Patrem Ludouicum Legionenſem his verbis: *le tres-deuot Pere Louys de Leon fondateur des Auguſtins Deſchauſſés ſera touſiours vn grand Eſprit.* Cui ſubſcribo dicens Fratrem Athanaſium ni reſipiſcat magnum ſemper fore mendacem. *L'habit de ces Religieuſes eſtoit vn grand manteau noir, ou noir brun; vne robbe de meſme etoffe & Couleur, auſſy rude que le manteau, vne groſſe Ceinture de peau, leur voile eſtoit rouge plein de croix & dreſſé en pointe comme*

vn capuce pointu ſur leur teſte, affin qu'elles conſeruaſſent vn perpetuel ſouuenir à la mort & Paſsion, leurs Chauſſures n'eſtoient point differentes de celles des Ermites, qui marchoiẽt pieds nuds, dautant qu'elles profeſſoient la meſme obſeruance, & leur vie eſtoit vn prodige d'auſterité & de ſouffrance, &c. Saincte Sitifenſe Vierge & niepce de S. Seuere Ermite Deſchauſſé de l'Ordre de Sainct Auguſtin Eueſque & Martyr a embraſſé cette Obſeruãce, &c. Saincte Sapide vefue a profeſſé cette vie, &c. Saincte Venerée Vierge & Martyre a veſcu comme les filles Ermites, &c. Saincte Theodore Vierge Affricaine, Saincte Iſlinde, Saincte Maxime & Saincte Maxence, Saincte Cæſarie noble Dame de le ville d'Auignon, Saincte Paule vefue Romaine de la tres-noble famille des Symmaches n'obſeruoit point d'autre vie que celle de S. Fulgence Auguſtin Déchauſſé, &c. Vbi aduerte quidquid ſupra de habitu primiſque Monialibus nullo ſeruato Ordine effutiit, ex ſuo capite nullo citato authore deprompſiſſe. Quod de Paula vidua narrauit ex lib. inſcripto templum Eremitanum Ambroſij de Tarenta nos omninò erroneum ſuprà conuixiſſe, vnde cum plerumque hoc teſte vtatur, vel dubiam vel nullam ei fidem habendam. Capite autem

Pag. 300. Candelabri.

tertio

tertio vt perpetuo hyperbato, omnium temporum rationem perturbat quaſi ex profeſſo, cum debuiſſet hoc cæteris præfigere,
Pag. 301. poſtponit, *Le premier Monaſtere des filles Ermites qui a receu la Regle de Sainct Auguſtin & s'eſt ſoubmis au reglement de ce grand Prelat pendant ſon viuant, a commencé dans la ville de Tagaſte en Affrique l'an 388. ou 390. Saincte Perpetuë vefue & ſœur de Sainct Auguſtin a eſté la premiere Superieure, &c.*
Pag. 302. *Vn ſecond Monaſtere des filles Ermites de Sainct Auguſtin a fleuri dans Tagaſte en Affrique & a receu la tres-rigoureuſe Obſeruance de S. Alipe, diſciple de Sainct Auguſtin, lequel marchoit touſiours pieds nuds ſans Sandales, la premiere Abbeſſe fut Saincte Melanie la ieune vefue & Princeſſe Romaine yſſuë de la maiſon de Anices & Probes, &c.*

Pag. 314. *Le Monaſtere des filles Ermites de l'ordre de Sainct Auguſtin, inſtitué dans la ville de Montefalco en Italie par la bien-heureuſe Ieanne de la Croix accompagnée de ſa ſœur Saincte Claire de Montefalco laquelle a touſiours marché pieds nuds.*

Pag. 316. *Le Monaſtere des filles Ermites de l'ordre de Sainct Auguſtin fondé dans la vallée d'Arny proche de Florence, la B. Chreſtienne de la Croix appellée Oringue fut appellée diuinement*

ment à ce Monaſtere, elle alloit touſiours pieds nuds, pour ſe rendre vn miracle d'auſterité.

O ridiculam vanitatem, & toto Democriti ſibilo explodendam, vel Cynici dente mordendam. Quid portenti vbi nihil miri? Et quid miraculi, vbi nihil rari? At *Affrica Monſtrorum ferax* Diſcalceatorum Ordinē protulit. Quid monſtri, à monſtrando dicti, quod nemo in his partibus Septentrionalibus, Meridianis Affricæ, longè Frigidioribus in tot Religioſis Ordinibus, Fuldenſium, Capucinorum, Recollectorum, Tertiariorum, quin & pleriſque ſolutioris vitæ Cordigeris, & vbiuis terrarum in abiectiſſimis mancipiis, & viliſſimæ ſortis hominibus & fœminis, ob aſſiduitatem nihil inde patientibus, vel ob neceſſitatem coactè ferentibus, ſanæ mentis, nemo ſuſpiciat. Sed monſtrum vis dicam? Vis demonſtrem, ſuper Candelabrum aureum collocatum? Genitos ſe parente Auguſtino Affricano Calceato humillimo, & legitimos eius virtutum hæredes profiteri, & ob ſolam pedum nuditatem, quaſi nouum & inſolitum miraculum, velle ſibi pedes allambi & ab omnibus adorari. Quid vnquam monſtruoſius fertilis in monſtris Affrica toto ingemens conatu parturiuit; quàm vt Aquila Pauum

enixa

Digitized by Google

enixa feratur ? Intelligenti pauca is enim tuus conceptus eſt Athanaſi ; *Concepiſti dolorem & peperiſti iniquitatem.* Hic partus viperinæ ſuperbiæ. *Soboles ingrata naturæ, cuius ortus eſt genitoris exitium, cuius vita eſt mors parentis. Vipera conceptus ſui tempore intra os ſuum receptum caput coniugis refertur abſcindere, vt per cruenta oſcula non fœtum concipiat illa ſed crimen; ac ſic Carnifices ſceleris ſui pariat filios, vindicta ordine non naturæ.* Nec te puduit dolendi conceptus, partuſque, viſcera remorſu conſcientiæ corroſuri ; vt cogitaueris, vt ſcripſeris, *Que la Bien-heureuſe Chreſtienne de la Croix appellée diuinement du Monaſtere, alloit touſiours pieds nuds, pour ſe rendre vn miracle, d'auſterité.* Quaſi id vnum ad miraculum Sanctitatis ſufficiat, ſine quo quodlibet ſanctum, portentoſa ſanctitate deficiat.

Chryſol. Ser. 137. In medio.

CAPVT

CAPVT XIII.

In quo vanitas & impoſtura multiplex & confuſa, Fratris Athanaſij, circa Sanctas Moniales ſuas Diſcalceatas exagitatur.

SI diuina prouidentia Fratrem Athanaſium ſub lege veteri ad Summi Pontificatus Ordinem promouiſſet, & *cinxiſſet illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare ſonitum in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo, in memoriam filiis gentis ſuæ,* Eccli.45.11. non amplius æs ſonans, aut cymbalum tinniens audiri potuiſſet, quam cum in Candelabro ſuo aureo templi Salomonis, vult videri, vult audiri, vult cenſeri reformatus. Sed magna vtrinque diuerſitas. De veſtimento enim Pontificis dicitur *opus textile viri ſapientis iudicio & veritate præditi:* de Peregrino habitu & Sandaliis tuis, dicetur, opus mendacis & impoſtoris. *In tempeſtate, & turbine viæ eius & nebulæ puluis pedum eius.* Nahum 1.3. De ipſo ſuiſque ſimilibus Iob dudum præcinit: *Vt incaluerit, ſoluentur de loco ſuo,* Iob.6.17. (*moto ſcilicet Candelabro eorum de loco ſuo*)

Auſtrali

Apoc. 2. 5. *Auſtrali ſcilicet, conuerſa meridie in noctem. Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt. Conſiderate ſemitas Thema, itinera Saba, & expectate pauliſper. Confuſi ſunt quia ſperaui: venerunt quoque vſque ad me, & pudore cooperti ſunt. Nunc veniſtis: & modo videntes plagã meam timetis; Numquid dixi: afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi.* Quid aptius dicere poſſunt Calceati Eremitæ Diſcalceatis Fratribus, quam quod ſuis ipſe Iob. 6. 15. Iob hic exprobrat Fratribus? *Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens, qui raptim trãſit in conuallibus.* Prætereunt enim ſi quid laudabile in Calceatis, ſeu viris, ſeu fœminis, nec prætereunt tantum ſilendo, ſed vt torrens ſibi rapiunt tanquam ſuum & Excalceatum per mendacium aſſumendo. Et quid iubet conſiderare ſemitas Thema & itinera Saba? nouere docti quomodo verterit Auguſtinus illud Habacuc *Deus ab Au-* Habacuc. 3. 3. *ſtro veniet, Deus,* ait, ipſe cum alia verſione, *de Themam veniet* nec ignorant ignari Reginam Auſtri, Reginam Saba vocitari, & Affricam Auſtralem eſſe quis neſcit? Conſiderate igitur quas ſemitas, quæ itinera triuerint Affricanæ Moniales, & expectate pauliſper, ſperaui confundendos Gymnopodas

podas vanos,& in vacuum ambulantes ; venerunt vſque ad me, pudore cooperti ſunt & timore, videntes plagam meam, & retia quibus incautos in aſtutia ſua cōprehendi. *Numquid dixi: Afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi.* Producite, inquam, de Theſauro veſtro, ſi tamen *Scribæ docti eſtis in regno Cælorum, noua & vetera*, non falſa ſed vera, non de aliena ſubſtantia ſed veſtra, Sanctimonialium exempla. *Iob ſuprà.* *Math. 13 52.*

Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum veſtrorum, ambulatis in vacuum. In Mæandro flexuoſi, in Dædalo perplexi, in Labyrintho confuſi, in Chronico perturbati, in Candelabro tenebroſi; in inceſſu tortuoſo Serpētini. Quis recta via vos inſequi poſſit non video. Tamen vt aliquo rectiori tramite quod ſupereſt mihi tecum viæ, Frater bone, ſine offendiculo decurram, in certa capitula caput hoc extremum digeram, quo & lectoris labori parcam, & tuas ſeorſim tenebras perſpicacius diſcernens & diuidens, confuſum chaos, ſi donet & dixerit Deus *fiat lux*, illuminem. *Iob.6.18.*

Primo ergò nec inuideo, nec irrideo quod de nouo hoc eſt quod à 50. amplius annis Excalceati exorti homogeneas Moniales progenuerint, nil mirum. Libido enim omni *Gen 1.3.*

agenti innata eſt ſibi ſimile producendi:nec viſum eſt bonum homines eſſe ſolum Excalceatos, niſi & adiutoria ſibi ſimillima ad Paradiſi terreſtris clauſtra inhabitanda producerent. Sed quod alienos fœtus ſibi ſurripiant, & oua alterius generis, neſcio quo ardore philautiæ confota excludant ſibi, ſilentio præterire non poſſum, quod ipſi vix in lucem edita repetito indidem garrulæ vocis & calami crepitacillo gloſcitant.

tom. 2. Ep. 109. Secundo quòd D. Auguſtinus inſtituerit Moniales non dubito, quod eis regulam præſcripſerit, apud ipſum inuenio. Quod *Clerum ſufficientiſſimum & Monaſteria virorum ac fœminarum continentium, cum ſuis præpoſitis plena Eccleſiæ dimiſerit* apud Poſſidium lego. *Poſſidius in vita Aug. ſub finem.* Sed quod auſterum habitum, Regulam aſperrimam, longum, acutumque Caputium, nudos denique pedes eos habere voluerit, adeo vt prodigium patientiæ & auſteritatis vita ipſarum æſtimãda ſit, aperti mendacij conuinco: cum vt ſuprà ex D. Maximo retulimus, *Regula Auguſtini locupletior & mitior ſit omnibus inſtitutis.*

Tertiò velim hîc mihi horridum hunc habitum tuarum Monialium confictum, cum vera Auguſtini Regula componas, & iudices an tibi mendaci an Auguſtino veraci fides

Digitized by Google

fides habenda ſit. Hic retexo quæ de veſtibus Auguſtini ſuprà ex Poſſidio texui; *veſtes eius & Calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum, quia his plerumque vel iactare ſe inſolenter homines ſolent vel abiicere, ex vtroque non quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt iidem quærentes, at ille beatus, vt dixi, medium tenebat, neque in dextram, neque in ſiniſtram declinans.* Meminerit ergo Frater Athanaſius egregij ſui & ſolidi fundamenti, quo probat Excalceatum haud dubiè Auguſtinum, quod eum puduiſſet inter tot non modò viros, ſed & imbelles fœminas Diſcalceatas inueniri Calceatum, an non contra te *Infirmatur lingua tua, & ſagitta paruuli facta eſt plaga tua* in teipſum iactu irrito, ſed & nociuo retorta? Quî poterat Auguſtinus tam moderato, vt competebat habitu, veſtitu, & Calceatu vtens teneras puellas, delicatas viduas, magno vt narras cilicio à capite ad Calces hirſutas, monſtra auſteritatis velle incedere?

Poſſid. in vita Aug.

Pſal. 63. 9.

Quartò iam preſſius terrificam hanc veſtem, monſtrificum hunc pœnitentiæ ſaccum, cum moderatis veſtibus in Regula Monialibus data præfixis conferamus. Sic

Digitized by Google

itaque præſcribit Sapiẽtior & rationalibilior Athanaſio noſtro Auguſtinus. *Non ſit notabilis hab tus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus, nec ſint vobis tam tenera capitum tegmina, ne retiola ſubter appareant. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris ſpargat negligentia, vel componat induſtria.* riſum ſi potes lector contine.

tom 2. Ep. 109.

Horat. de arte poëtica.

Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.

Præcauere potuit. Quo ſenſu, vel judicio Doctor prudentiſſimus in horrida & ſquallente veſte, ſordido Cilicio, nudis, aut Sandaligeris pedibus, Moniales vel ſibi, vel viris placere affectare poſſe? Quomodo tam diligenter animaduertere, ne tum temporis intonſis adhuc virginibus velatis ſub Cucullo adunco & longo, craſſo, rudi, villoſo tam tenera eſſent capitum tegmina ne retiola id eſt Galericula, ſeu Calyptræ reticulatæ, vel textiles quibus crines obuelabant, tam tenera eſſent & diaphana, vt capilli vlla ex parte nudarentur, vel ſparſi negligentia, vel compoſiti induſtria? pergit deſcribens earum proceſſum foras, ſumma communiens modeſtia: nec dum enim Moniales *horti concluſi licet fontes Chriſto ſponſo ſignati*, nullis adhuc Clauſtris, nullis craticulis ferratis, aut Clauatis circunſeptæ,

Cant. 4. 12.

ſed

ſed prout exigebat neceſſitas, vel inuitabat ſanitas, aut Charitas, ex Monaſteriis in vrbem agroſque ex præpoſitæ vel prælati obedientia binæ vel ternæ procedebant.

Quando, inquit, *proceditis ſimul ambulate, cum veneritis quo itis, ſimul ſtate. In inceſſu, in ſtatu, in habitu, in omnibus motibus veſtris nihil fiat quod illiciat cuiuſquam libidinem, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Oculi veſtri etſi iaciantur in aliquem, figantur in neminem. Neque enim quando proceditis viros videre prohibemini, ſed appetere, aut ab ipſis appeti velle.* Et quæ libido poſſit allici & non magis aſpectu tam auſtero frænari, ſi habitu ab Athanaſio confecto indutæ proceſſiſſent. Quomodo oculos in virum conijcere; quarum oculi non velo tranſparenti ſed craſſo & rudi, profundoque Cucullo immerſi, vix terram dirigendo greſſui præuidere poterant. Et quomodo, vt ſubdit Regula *hanc oculorum petulantiam in aliqua aduertere potuiſſent, & pudicitiam cuſtodire*; quas à dextris vel ſiniſtris circumſpicere tam profunda cuculli moles non ſinebat.

Aug. ſupra.

Aug. ibidem.

Quintò & quæ in mutatione veſtium pro tempore diuerſarum contentio prohibenda, vbi omnibus ex æquo dura ciliciis

Digitized by Google

Aug. ibidem. veſtis induta? *Si fieri poteſt, ad vos non pertineat, quod vobis indumentum pro temporis congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnaquæque veſtrum quod depoſuerat, an aliud quod altera habuerat, dum tamen vnicuique quod opus eſt non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriuntur, & conqueritur aliqua deterius ſe aliquid accepiſſe quam prius habuerat, & indignam ſe quæ non ita veſtiatur, ſicut alia ſoror eius veſtitur, hinc vos probate quantum vobis deſit in illo interiore habitu* ſancto cordis, quæ pro habitu *corporis litigatis.*

Aug. ibidem. Sexto quorſum munditiem in cilicio quæ verè prohiberet, & veſtimenta lauare, ex iuſſu præpoſitæ præciperet? *Indumēta veſtra ſecundum arbitrium præpoſitæ lauentur, ſiue à vobis, ſiue à fullonibus, ne interiores nimia aſordes contrahat mundæ veſtis nimius appetitus.*

Aug. ibidem. Septimo ſi Moniales, vel Nudipedes prorſus, vel Sandaliatæ ex Regula ambulare debebant, vt quid iubet, *veſtimenta verò & Calceamenta, quando fuerint indigentibus neceſſaria dare non differan, ſub quarum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur?* Quod ſi cum Aminadab conferre Athanaſio placuit in Epiſtola liminari D. Auguſtinum, Quid non etiam iam filiam principis ſimul & ſororem

rem ſanctam Perpetuam primi Monaſterij Sanctimonialium præpoſitam Calceatam credidit, cui primitus hæc Regula eſt di-repta? Quid non cum Salomone exclama-uit, *Quam pulchri greſſus tui in Calceamen-tis, filia Principis*, vel vt legunt alij, *filia Ami-nadab*. Sed grande nimirum ſpectaculum populo Tagaſtenſi parabatur; dum puellæ deo dicatæ procederent, præcedente Per-petua nobili præpoſita ſpeculum pœniten-tiæ grandi ſacco, Abbyſſali Cucullo, nudis vel Sandaligeris pedibus, mitrato capite, toto auſteritatis gurgiti immerſa, cum ſuis Monialibus, ipſa velut altera *Mitraton He-bræorum, facierum abſconditarum princeps.* Cant. 7. 1.

Galat. in Arc. Geneb. in Pſal. 43. Georg. Venet. Probl. 343.

Octauò, quid contra Verecundiam & Caſtitatem Virginalem, aut Modeſtiam vi-dualem, reuelas pedes quarum faciem tan-to cucullo, & velo inſuper ſuperfluo obnu-bilare geſtis? Neſcis ab Auguſtino, miro pu-dicitiæ cuſtode mandatum? *Quando ergo ſimul eſtis in Eccleſia & vbicunque vbi & viri ſunt inuicem veſtram pudicitiam cuſtodite. Deus enim qui habitat in vobis etiam iſto mo-do cuſtodiet vos ex vobis?* Quid igitur *San-dalia Iudith rapuerunt oculos Holopherni, & captiuam duxerunt animam eius*? An non nudo *mulieris Calcaneo ſerpens inſidiatur lu-* Aug. ibid. Iudith. 16.11. Gen. 3. 15.

Digitized by Google

Clem. Alex. 2. Pæd. c. 11. *bricè?* An nõ, & Clemens Alexandrinus eximius viri Gymnopodis commendator, fœminam caſtam omninò Calceari voluit? *Multa eis quoque amatorias ſalutationes imprimunt, vt vel per terram numeroſè incedentes, meretricios ſpiritus in inceſſu inſculpant, &c. Sunt itaque mulieribus albi concedendi Calcei, niſi iter ineant, tunc autem eis, vnctis eſt vtendum. Neque enim fœminam decet pedem oſtendere; & alioquin mulieri tener eſt ſenſus vt facilè lædatur.* Haud aliter Affricanus alter mulieres omni ex parte, toto circunquaque corpore obuelandas à ſummo ad imos vſque pedes vertice cenſuit quod & pedibus & capite totaque carne ad libidinem hominum concitandam ſint *quia*, inquit, *totum caput eſt mulier.*

Tertull. de vel. Virg. cap. 17.

Nonò quod ſi aliquæ Sanctimoniales ex ſpeciali motu inſpirationis feruidæ Diſcalceatæ aſperioribuſque veſtibus indutæ ſtrictioribuſque ieiuniis maceratæ legantur, nõ minus inde ad Calceatarum Ordinem pertinent, nec eas inde ſibi rapere Virgines debent Fratres Excalceati, quaſi id ſub ſua diſciplina vigoris & virtutis hauſerint. Stupendum planè pœnitentiæ prodigium extitit Beatiſſima Clara de Montefalco, ſemper, niſi infirmitate graui, & Calceos ſumere cogente

cogente Obedientia, nudipedes, Cilicio ſemper aſperrimo impacto carni, nocturnis quotidiè diſciplinis ad vſque ſanguinem humeros exarata, incredibili abſtinentia cibi exteruata, reuelationibus, miraculis, omnibus Dominicæ paſſionis inſtrumentis diuinitus impreſſis cordi, tribus globulis æqui ponderis in ſacco felleo repertis myſterio Trinitatis inſignibus, præ omnibus Virginibus Deo chara, vt & Angelis & hominibus clara. Sed nuſquam vidimus eam ſuis Monialibus hunc vitæ rigorem indixiſſe, eas nudaſſe Calceis, vel operuiſſe ciliciis tantū abeſt vt contra referat Næuius quod cum Ioanna ſoror eius Monaſterij præpoſita, adhuc nouennis puellæ pedem nudum dormientis extra lectulum vidiſſet, & grauiter increpaſſet, dicens nec minimam nuditatem, decere virginem; ipſa poſteà noluit tota vita, etiam Medico requirenti vllam ſui corporis partem non velatam oſtendere. Docebatque facta Prioriſſa Sacras virgines non debere vlla corporis ſui mēbra reuelare. Nuſquam legimus à Diſcalceatis Eremitis B. Claram ſuſceptam in Ordinem, in ſpiritualibus exercitiis eſſe directam, inter Beatas Diſcalceatorum à ſummis Pontificibus recenſitam. Quinimo in Calce vi-

Næuius in Er. cap. 1. eius Vita.

tæ

tæ eius à Domino Baptiſta Piergilio accuratè collectæ, & Italicè compoſitæ, duas Bullas vidi Ioannis Papæ X X I I. alteram Vrbani VIII. quibus ſimpliciter & abſolutè Eremitarum Ordini, non Minorum, non Fratrum Excalceatorum adſcribitur. Cætera breuitatis cauſa prætereo ſequentia contentus excerpere. *Sanè nomine Dilectorum Procuratoris Generalis Eremitarum S. Auguſtini nobis nuper expoſitum fuit, quod ipſi ex peculiari quem erga Beatam Claram de Monteſalco eiuſdem Ordinis monialem gerunt deuotionis affectum, in cuius viſceribus Paßionis Domini N. Ieſu Chriſti Myſteria maxima cum deuotione à vicinis incolis venerari aſſerunt, & ad augendam Chriſti fidelium erga illam deuotionem, officium & miſſam, de eadem B. Clara recitari & celebrari poſſe ſummoperè deſiderant, &c. huiuſmodi Supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Card. ſacris ritibus præpoſitorum Conſiliis, vt de dicta Clara officium & miſſa de Communi virginum cum Oratione propria in eiuſdem Ordinis miſſalibus inſerta ab omnibus Ordinis prædicti vtriuſque ſexus Regularibus Perſonis tantum, recitari & celebrari liberè & licitè poßit & valeat, Apoſtolica authoritate tenore præſentium licen-*

Baptiſta Piergili. in vita S. Claræ Pag. 363.

tiam

tiam concedimus & impartimur. Ego verò qui hæc ſcribo dum Italiam peragrarem vidi corpus eiuſdem B. Claræ integrum circumpoſitis tum corde eius, tum ex eo eductis omnibus Dominicæ paſſionis inſtrumentis, & globulis præfatis, in conuentu Monialium Calceatarum, quæ ab Eremitis eiuſdem Ordinis & à Generalis Iuriſdictione dependent.

Decimò Melaniam Iuniorem viduam eadem fide & iudicio qua cæteras, & Diſcalceatam inducit & magna violentia Monialē Eremitici Ordinis facit fidelior quippe Ribadeneira qui vitam eius ex probatiſſimis authoribus collectam fusè proſequitur eam probat penè tota vita nuptam licet conſentiente marito cœlibem, ſed tantum abeſt, vt verè Monialis & cuiuſuis Ordinis profeſſa dici poſſit, quinimo vendito patrimonio ampliſſimo magnam vim inde pecuniæ collectam ſibi vſque ad extremum vitæ terminum ad erogandas pauperibus eleemoſynas, & ſacras ædes vel Monaſteria extruenda ſeruauit: quo cum rerum propriarum dominio, ſtare non poterat, vt nec in continuis ad terram ſanctam peregrinationibus, vita monaſtica votumque paupertatis. Nec obſtat quod ex Metaphraſte apud

Surium

Surium Melania Cingulo pelliceo, à magno viro ſuſcepto forſitan Auguſtino prægnantem mulierem moribundam ſubito ab omni dolore & partu ſoluerit; nec ſi quis etiam Monacham expreſſerit: hoc enim nomine vel ſpontanea ſolitudine, in cella ſtrictiſſima recluſa, vel tamdiù cùm Monialibus qui Monaſterium extruxerat conuerſata, vel denique Zona pellicea ſuccincta quali nunc vtuntur in ſodalitio B. Monicæ piæ fœminæ Monacha potuit vocitari vt de Fulgentio dicitur; *quod pelliceo cingulo tanquam Monachus vtebatur* Sed ſatis fuit Fratris Athanaſij viri ſcilicet prudentis arbitrio Melaniam ſemel Tagaſte in Affrica diuo occurriſſe Alipio, ſemel virum ſanctum vidiſſe Nudipedẽ, vt ſtatim concepto feruore conſimili depoſitis Calceis, Monaſterio Tagaſte fundato ibi ſe cum Monialibus recluderet, omnium virtutum exemplar effecta. Quid inde? profeſſa? Monialis? Voto paupertatis obſtricta? Quis audeat hoc de ſanctiſſima fœmina ſentire? Cum ibi pluribus exactis annis (vt etiamnum Pariſiis ſolent principes fœminæ,) ſpontanea, ac libera voluntate ad tempus Monialibus conuerſari contenta, ex Tagaſtenſi Monaſterio egreſſa in terram ſanctam cum viro profecta

cum

cum pingui peculio multas adhuc in pauperes alendos, exædificādas inſuper Eccleſias reſeruarit. At vt dixi, nullus Heracleotes lapis ad alliciendum potentior, ad ſimilitudinis amorem conciliandum nulla prolectatio blandientior quàm pedum nuditas, vt de D. Alipio fas ſit dicere erga Excalceandā Melaniam quod Æliano de Accipitre, tibia carne nudata libuit ſcribere *os*, inquit, *tibia ſi ad aurum admoueatur illecebra quadam mirabili ad ſe allicit, vt Heracleotes, ferrum.* Ælianus de accipitre.

Vndecimò, quo plures ſibi annumerat Moniales Martyres, Sacrilegia duplicata ſibi multiplicat, ſi enim vnius virginis laico conſtupratio ſcelerata, quid Eremitæ Diſcalceato quatuor milliū virginum & Martyrum vno ductu Calami raptus cenſendus eſt? Non inuideo ſanè Eremitano Ordini: tot Candidiſſima virginitatis lilia purpureis immixta roſis, proprioque ruſſata ſanguine cum admiratione ſuſpicio, nec caſſo omine fruſtratoque ſancti Inſtitutoris voto Crucibus rubeis vela Monialium Auguſtini intertexta feruntur, quo vniuiræ Chriſti, de Paulo velatæ, *poteſtatem habentes ſuper caput ſuum*, nigris obnuptæ quaſi mundo ſibique iam mortuæ, longo Religionis & voti caſtitatis Martyrio non contentæ, ad 1.Cor. 11.10.

Crucem

Crucem etiam, dilecti thalamum anhelaret, ſanguinemque viciſſim pro eo refundendum: vt de ſingulis quaſi de vnica ſponſa perfecta earum ac Regia Charitate raptus exclamaret: *Coma tuæ ſicut purpura Regis quæ*
Cant.7. 5. *iuncta eſt canalibus.* Cogitationum ſcilicet capillis, intinctis purpura ſanguinis Chriſti, per canales plagarum effuſi, caput earum omni diademate glorioſius cingentibus Crucem forſitan ob diuturnum patientiæ Martyrium Pariſienſium Patronæ Genoueſæ B. Germanus Altiſſiodorenſis Epiſcopus dedit, ſed nec Excalceandæ, Diſcalceatus licet fingatur è Monaſterio Lyrinenſi aliquando productus. Non inde Excalceatorum Congregationi, ſed vero Eremitarum Ordini addicendam iudico: niſi fortè gratis eam & mutuò, Eremitæ Calceati, Fratri Athanaſio ad extinctas ſuas Lampades accendendas præbeant: eam enim non abs re Chryſolito lapidi comparabimus, qui ignis rapaciſſimus eſt, iuxta enim poſitus igneſcit illico, eumque ſtatim ad ſe rapit: ſic illa Diuinum amorem auidiſſimè *ignito vehemen-*
Pſal.118. 140. *ter Germani verbo.* Corde ſuſcepit: & de ea ad litteram dici poteſt, quod de Salomonis
Prou.31. 18. viragine: *non extinguetur in nocte lucerna eius.*

Duode

Duodecimò, de Cæſaria B. Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi Sanctiſſima ſorore virgine, & ſecundum Baronium *multarum virginum matre.* Quid loquar? & hanc Excalceat Athanaſius, Regulæ forte D. Cæſarij ignarus, quam ſorori iuxta D. Auguſtini inſtituta præſcripſit, in qua proinde Calceamenta, non Sandalia paupertatis amore & rei Communis quam propriæ curandæ cauſa conſeruari mandauit. *Si quæ vero Calceamenta, veſtimenta vtenſilia negligenter expendenda vel cuſtodienda putarint, tanquam interuerſores rerum Monaſterialiū ſeuerius corrigantur.* De hac ſancta ſic Baronius ſuprà: *non prætermittimus hic meminiſſe eiuſdem Cæſarij ſororis, dictæ S. Cæſareæ virginis, ac matris multarum virginum, quæ & ipſa egregia claruit ſanctitate, &c.* Nec ſanctæ Radegundis Reginæ oblitus, ibidem ſic proſequitur. *De eadem Cæſaria agit Gregorius Turonenſis in hiſtoria Franciæ. Ibi de Regulis eius ſub quibus ſancta Radegundis Regina, & aliæ Monaſticam vitam exercuerūt, conſcriptis à prædicto S. Cæſario de quo agimus.* Hæc non iam extimo velo vt reliquæ Cæſariæ Moniales, ſed Regiæ & delicatæ carni religioſa canifex igneam Crucem ceu ſtigma indelebile Domini ſui, quaſi mancipium

in Martyrol. 27. Auguſt.

Regula S. Cæſarij ad Sanctimoniales num. 30.

Greg. Turon. Hiſt. Franc. Lib. 9. Cap. 40. & 41.

pium

pium æternum Regi immortali ſe deuouẽs, iuſſit. Sed quid hæc ad Diſcalceatos pertineant non video.

Capvt XIV.

In quo errores & mendacia eiuſdem generis deteguntur.

EIuſdem fidei cenſendum eſt quod refert pag. 300. in principio. *Sainte Paule vefue Romaine de la tres-noble famille des Simmaches n'obſeruoit point d'autre vie que celle de S. Fulgence Auguſtin Deſchauſſé, & reſtaurateur de l'Ordre des Ermites de S. Auguſtin. Voyez les liures addreſſés à cette grande Dame par ce grand Eueſque.* Viden vt errata conglomeret. Authores probatiſſimos euolui, interque cæteros, Annales & Martyrologium Baronij, nullam Paulam ſæculo Fulgentij præter vnã legi, cuius Epitaphiũ refert ex Ambroſij Chronicis lib. 11. his verbis *Paula clariſsima fœmina, famula Christi vixit annos 24. menſes duos, deceſsit, in pace 16. Kal. Februarias, era D L X X X I I.* D. autem Fulgentius eodem authore, *poſtremò*

Baron. tom. 7. Anno 544.

Anno Chriſti 529.

poſtremò die Ianuararium Calendarum, poſt peractam veſperam, beatum ſpiritum fœliciter in manibus Domini tradidit, annum ſui Epiſcopatus agens vigeſimum quintum, vitæ autem totius 65. ſicut multis ante Fratribus morti proximus indicauit. Vnde conſtat ritè ſupputanti, non potuiſſe ſcribere Paulæ clariſſimæ fœminæ, virum mortuum, tomum item Bibliothecæ Patrum excuſſi in quo omnia ſunt opera Fulgentij, & catalogus etiam librorum eius qui non extant, ſingulos item librorum titulos exactè penſaui, & nullus librorum eius, ne vna quidem epiſtola ad Paulam viduam inſcribitur. Nec dictum epitaphium eam Monialem teſtatur. Licet enim Dei famula nominetur, vt & ſubiectum ibidem epitaphium Pauli, eum Dei famulum nominat; non inde conuincitur; vtrumque vitam Religioſam amplexum. Ita enim ſupra Baronius, *Habes*, inquit, *quod ex his diſcas, nullum penes illos antiquos Chriſtianos nobiliorem fuiſſe titulum, quam dici famulum Dei.* Quam ergo tandem Paulam nobis hîc adſtruit de nobili Symmachorum familia viduam Monialem, Diſcalceatam? Eóne etiam ignorantiæ veniſſe putandus eſt, vt Paulam viduam, Hieronymi diſcipulam, centum & multò am-

Cc

plius annis Fulgentij ſæculum præcurrentem, eiuſdem ſectatricem obtrudat? an ampliſſimam Gracchorum familiam de qua Beata Paula teſte Hieronymo duxit originem, cum Symmachorum ſtirpe confundit? Expergiſcere bone vir *extinguitur in nocte lucerna tua.* Chronicon ſpondebas, & non iam in diebus, menſibus, annis; ſed totis ſæculis deficis, totoque vt aiunt aberras cœlo. Probamus pro Paula cæcutiens, aut lippiens, aut dormitans ſumpſiſti, vel Gallam quibus reſcripſit Fulgentius, Germanis ſororibus? quarum Proba virgo, Galla intra annum viro vidua, vtraque ex Baronio iuxta Diuum Gregorium 4. Dialog. Symmachi Conſulis, ac Patricij filia ſcribitur. Nec inficior ex eodem Gregorio ibidem, mox vt eius maritus defunctus eſt, verticem Chriſtianæ perfectionis animoſiorem attigiſſe. Sed quod inſtitutum Beati Fulgentij fuerit inſecuta, vel Diſcalceata, vnicus frater Athanaſius, author Candelabri aurei, ſine vllo fundamento aſſerit. Cum & Baronius 5. Octobris ex Trithemio de viris illuſtribus Sancti Benedicti, Gregor. ſuprà, & Petro in Catalogo cenſeat Ordinis Sancti Benedicti. Quid quod idem Baronius aduertit, *ad viduas eundem Sanctum Fulgentium epiſtolas*

Prou. 31. 18.

tom. 6. anno Chriſti 504.

Annot. in Martyrol. 5. Octob. 6. annal. anno Chriſti 504.

epiſtolas conſcripſiſſe. Extat adhuc vna ipſarum ad eandem, de qua ſuperius, Gallam Romanam viduam, de conſolatione ſuper morte mariti, & de ſtatu viduarum: hæc enim iam forti animo arripuerat perpetuæ continentiæ ſeruandæ propoſitum. Tota ratio noſtri Chronographi hoc ſolo nititur, quod Diuus Fulgentius, ad eam ſcripſerit; iam vt prænotauit Baronius voto conſtrictam; & eam more Epiſcopali compellet vt filiam. Sic enim incipit: *Dominæ verè illuſtri, & in Chriſti timore venerabili filiæ Gallæ, ſeruorum Chriſti famulus. Ante menſes aliquot, Diaconi mei ex vrbe meantis certa narratione comperi, non ſolùm tui coniugis obitum, verum etiam Sanctum propoſiti tui tramitem in quo ambulas, illo deducente qui eſt via, veritas, & vita.* Vbi ergo legiſti, vbi inueniſti arctum Fulgentij triuiſſe tramitem, Gallam nudipedem? Vbi inuenire debuiſti eam abſque eius conſilio, ſancti viduitatis tenacem. Sed auidus, fructus alieni, raptor, & naris ad omnem auram, vel vmbram tenuem hiantis, venator, non hanc tantùm, ſed multas alias tuæ viuendi formæ adſcribis, quas longum eſſet, & ſuperuacuum recenſere. Piget dicere, piget, & tacere ridiculam Athanaſij, mendacis im-

memoris contradictionem : qui cum prima parte Chronologiæ Monialium vſque ad prodigium, & portentum auſteritatis, earum habitum vitamque prouexiſſet : hoc tenore verborum : *L'Habit de ces Religieuſes eſtoit vn grand manteau noir, ou noir brun, vne robbe de meſme eſtoffe, & couleur, auſſi rude que le manteau, vne groſſe ceinture : leur voile eſtoit rouge, plein de croix, & dreſſé en pointe comme vn capuce pointu ſur leurs teſtes, à fin qu'elles conſeruaſſent vn perpetuel ſouuenir à la Mort & Paſſion de Ieſus-Chriſt; leurs chauſſures n'eſtoient point differentes de celles des Ermites, qui marchoient pieds nuds: d'autant qu'elles profeſſoient la meſme Obſeruance, & leur vie eſtoit vn prodige d'auſterité, & de ſouffrance.*

Cap. 16. eiuſdem partis ſic inſcripto *Les Congregations des filles leſquelles approchent de l'Ordre des filles Ermites de Sainct Auguſtin.* Inter eas ponit Congregationem Viſitationis B. Mariæ, S. Vrſulæ, Congregationẽ item B. Virginis, Nanceti in Lotharingia, Aſſumptionis Beatæ Mariæ Pariſiis, &c. quas omnes licet ſub perfecta Auguſtini Regula magnæ ſanctitatis fœminas, viduas, virgines ſub dictis titulis, Deo ſacras, religioſiſſimè viuere non ignoremus, à præfata tamen auſteritate portentoſa tantùm ab

Digitized by Google

abeſſe non dubitamus, *quantum diſtat ortus ab Occidente*, & moderatiſſimæ vitæ, & mitiſſimæ, ſi quæ ſunt Obſeruantiæ Moniales in Eccleſia diſtant ab his, quas frater Athanaſius inducit auſteriſſimas, ô longinquam propinquitatem, ô diſſimilem ſimilitudinem. Sed quis riſum contineat dum in eadem parte, cap. 12. enumerat filias, quas vocant ſpiritales, quarum Diſcalceati confeſſiones excipiunt. *Iſabelle Mendozze Arragone, vefue & Princeſſe de Piombrin eſtoit fille ſpirituelle du Reuerend Pere Iean de Sainct Guillaume, Auguſtin Deſchauſſé; Cecille Dece, Princeſſe de Portugal eſtoit la deuote du Reuerend Pere Louys Montois; Magdeleine d'Auſtriche, vefue de Coſme II. Duc de Toſcane ſuiuoit les ordres du tres-deuot Pere Jean de Sainct Guillaume, Auguſtin Deſchauſſé; Cynthie Delci, Comteſſe de Monthyerri, eſtoit ſatisfaite de la deuotion du Reuerend Pere Iean de Sainct Guillaume, Auguſtin Deſchauſſé. Blanche de Septris d'Auignon, vefue de Monſieur Henry de Paniſſe, cherchoit toutes les plus ſainctes occaſions, dans leſquelles elle pouuoit obliger les Peres de Sainct Auguſtin, &c.* Apage fabularum, & nugarum venditor; & ſpecioſo tui libri capiti, corpus & pedes alias concinnius adglutina. Sic

Pſal. 102. 12.

Digitized by Google

longa ſerie præcinctarum S. Monicæ Zona mulierum, ſic magna deuotularum Litania, præclarum illuſtras, & perficis Chronicon?

Prou.13. 1. At enim, inquis, *doctrina patris, filius ſapiens*, oraculum indubium Salomonis. Quin

Eccl. 36. 23. & Lyr. ibid. & tibi ſubblandiens attexo: *& eſt filia melior filio.* Sic de filiabus ex deuoto fœmineo ſexu, per Euangelium genitis, maiorem aucuparis gloriam, laudis accipiter vernaculus. Sic multis paſſim id genus ineptiis aptaſti rubiginoſi lampades fumigabundas Candelabri.

CAPVT XV.

In quo falſitas alia Athanaſij Fratris conuincitur circa Moniales Bituricenſes Congregationis Annuntiatæ Virginis à Beata Ioanna Franciæ inſtitutas,

Ezech. 19. 3. DIdicit, *Leo factus* frater Athanaſius ex Aquila, *capere prædam*: nec excalceat modo Eremitas Calceatos, ſed & aliis Ordinibus ſubtrahit plurimos, quos Auguſtinianæ aſtruit Regulæ. Ordinem enim Annuntiatarum Bituricenſium, contra omnem rei veritatem, ſub Diui Auguſtini Regula

Digitized by Google

Regula inſtitutum ſomniat.

L'Ordre des filles Annonciades de Bourges ſous la Reigle de Sainct Auguſtin fut inſtitué par la tres-deuote Ieanne de Nauarre, autant illuſtre par ſa Royauté, que par ſes merites, &c. elles portent toutes vne robbe griſe, mais les Profeſſes vſent d'vn ſcapulaire rouge, &c. Leur voile eſt blanc, &c. Sic balbutit, & effutit temerè nil diſcutiens nouus hic Chronologus, tribus lineis, tria imponit mendacia: Nec enim meliores Hiſtorici Ioannam Nauarræ, ſed Franciæ & Valeſiæ, beatam hanc nuncupant: nec velo albo, ſed nigro Moniales eius obnubuntur: nec ſub Auguſtini Regula, ſed priuata, & ab omnibus reliquis diſtincta Ordinem ſuum inſtituit. De qua conſule vitam eiuſdem Beatæ ſcriptam à Reuerẽdo Patre Ludouico Don d'Attichy Ordinis Minimorum, iam Regienſis Epiſcopi: vbi expreſsè legitur, Patrem Gabrielem Maria, Ordinis Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ, hanc ſpecialem Regulam conſcripſiſſe, & vix eius approbationem ab Alexandro VI. Pontifice obtinere potuiſſe; donec Ioanni Baptiſtæ Ferrarienſi Sanctæ Religionis Eccleſiæ Cardinali, viro, doctrina & probitate conſpicuo (cui cauſam hanc Summus

3. parte Chronol. c. 4. pag. 374.

In vita B. Ioãna c.20.

Pontifex diſcutiendam mandauerat, Sanctus Laurentius, & Sanctus Franciſcus noctu apparentes, huius negotij expeditionem commendauerint. Hanc Sancti Cardinalis, Patri Gabrieli coram Summo Pontifice, reuelationem aperuit, quâ cum cæteris Cardinalibus motus Chriſti Vicarius, dictam Regulam, & Ordinem confirmauit 14. Februarij, anno Domini 1501. & nouum poſteà robur obtinuit à Leone 10. anno 1517. 25. Iulij.

Tria item celeberrima Monialium Monaſteria ſubripit Diuo Benedicto, vt neſcio quo alluuionis iure ea conquirat Auguſtino, Iotrenſe, Faræ Monaſterium, & Calenſe à Beata Bathilde Regina Galliæ fundatum. Sed viderint Ordinis Sancti Benedicti proceres, quorum hîc intereſt. *Prima parte Chronologia Monialium, cap. 2. pag.* 300. *Apprenez que Sainct Columban, Sainct Gal, Sainct Euſtaſe, & Sainct Deicole ont eſté Ermites de l'Ordre de Sainct Auguſtin; ſi bien que tous les Monaſteres des filles qu'ils ont instituez, ont profeſſez la meſme Obſeruance: comme par exemple le Monaſtere de Ioire en France, où ont veſcu Saincte Algiberte, Saincte Telechilde, Saincte Balde, Saincte Ermentreude. Voyez le Martyrologe du ſuſdit*

Mo

Digitized by Google

Monaſtere , & les Annaliſtes de l'Ordre de Sainct Auguſtin. Et nil de hac re dicent, niſi forte Diuos Columbanum & Gallum fuiſſe Eremitas. *Le Monaſtere de Chelles en France a pris ſon origine , & ſon Obſeruance de celuy de Ioire , &c. Saincte Fare , Saincte Viberate , & Saincte Auſtroberte n'ont point profeßé dautre Regle que celle des Ermites de Sainct Auguſtin.* Quod ſubiicit pag. 301. ex conſuetudine mentiendi, pro fabula ſuppoſuit : *Saincte Florentine Vierge de la maiſon de Leonigilde Roy d'Eſpagne a gouuerné quarante Monaſteres de filles Ermites Deſchauſſées, eſtablies ſous la Regle de Sainct Auguſtin.* Ponit in margine pro teſte huius rei, Regulam Sancti Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis. Neſciuit fortè fratrem fuiſſe B. Florentiæ Diuum Iſidorum , & Regulam eius, ex Diui Auguſtini Regula miti , vt ſuprà vidimus , & calceamenta ſuis permittente contextam. Nil in ea de dicta ſorore, ad quam ſcripſit , alter eius frater Sanctus Leander de inſtitutione virginum. Quod autem quadraginta , vel erexerit , vel rexerit Monaſteria , nihil inuenio : Cùm vix eo tempore quo viuebat , pauca Monaſteria , maximè Monialium referantur extructa. Horum omnium meminit in Martyrologio

Ro

Romano Baronius, in vita autem Sancti Leandri, Beata Florentia Abbatiſſa dicitur, & multarum Monialium mater; ſed nihil præterea de ea narratur, quod ad rem Athanaſij pertineat. Longè plura ſi per otium licuiſſet, vel mendacia, vel ignorantias, vel ineptias Athanaſij reuincerem; hæc paucula de innumeris ſufficiant, vt conſtet de ipſo ſuiſque prædixiſſe Auguſtinum, quod de virginibus fatuis mutuum oleum poſcentibus, à ſapientibus argutè dixit: *Alieno lucere volunt, & ad alienas laudes ambulare.* Quidquid in præmonitione ad Lectorem concluſerit Athanaſius: *Aſſeurez-vous que mes paroles ne ſont point fondées en l'air, ny ſur le ſable mouuant de quelque ſpeculation nouuellement inuentée; mais bien ſur la verité du fait, & la verité de l'hiſtoire: pour cet effet ayez pour aggreable cette preſente Chronologie, laquelle terminera tous nos differens.* Melius & verius ſapiens pro eo prælocutus: *Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos: idem quoque ſequitur aues volantes*, & quas rogo? Certè perdices à perdendo dictas; vt enim *perdix fouit, quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio, in dimidio dierum ſuorum derelinquet eas, & in nouiſſimo erit inſipiens.* Perdix alienis ouis

Aug. ſer. 23. de verb. Dom. poſt medium.

1. parte Chrono. Monial. pag. 294. in fine.

Prou. 10. 4.

Ier. 17. 11.

quæ

quæ ſurripuit incubans ; furto ſuo deluſa fruſtratur ; excluſi ſiquidem pulli propriæ matris audito garritu , adulterina deſerta, ad legitimam reuolant. Sic tandem tot Sancti & Beati vtriuſque ſexus , quos velut oua ſubducta ſpurio amoris proprij calore confouit, & excluſit Athanaſius , detecta fraude , audita voce paternæ regulæ, & veteris Diſciplinæ , iam ſub alas propriæ matris aduolant , & tandem nihil ad Congregationem Excalceatorum , ſed ad verorum Eremitarum Ordinem , pertinere cognoſcuntur. Vnum lectori eſt cauendum,ne (vt author Candelabri diues eſt ſpiritu inflante, & mendaci , ab Auguſtino humili & veraci degener filius,) tot Regulos oculo faſcinante peſtilentes excluſerit , quot oua hyponemia concepit , ſed oppoſito veritatis ſpeculo in ipſum proprio repercuſſo veneno, præmonitus , & præmunitus, Lector Apologetici ab impoſturis eius , & iactantiis erit incolumis.

Baſil. hom.6. in hexa. *Salazar in c. 10. Prou.*

EPI

EPILOGVS
Tertiæ Partis.

VT circulum huius Tertiæ Partis fœliciter claudam, extrema primis colligans apta fibula, primam ab vltima fratris Athanaſij præfationem ad Lectorem, repeto; & quod ipſe neſcius elogium Prophetæ ſibi promeruit, omnibus aperio. Præfatus imò procul fatus fuerat, interſerens tamen, prophanorum oraculorum more, falſa veris.

Ie ſuis tout aſſeuré, que ma conception n'aura point l'adueu de beaucoup d'eſprits; ſpecialement dans ce ſiecle, où les hommes eſcoutent pluſtoſt l'enuie que la raiſon. Tous les impudens diſcours ne choqueront iamais, celuy qui eſt diſposé au meſpris de ſes intereſts, & qui meſure le bon-heur, non par le bon ſuccez, ſuiuant l'opinion des hommes, mais par l'accroiſſement des merites ſelon l'eſtime de Dieu. Toute l'impudence de ces eſprits malfaits ne m'eſtonne point, d'autant que toute leur ſuperbe ne ſera pour eux que le ſuiect d'vne iuſte confuſion:

fuſion : ils ſe laſſeront , & me laiſſeront; (Scitam verò & floridam Paronomaſim, quin & propheticam !) *& mon ouurage meritera toûjours la curioſité de ceux qui viendront apres moy.* O hominem tam recens proteſtatæ humilitatis immemorem , benè diſpoſitum ſua temnere , hominum opinionem nihili pendere, ſolam apud Deum gloriam quærere ! qui tamen tribus poſt lineis ſempiternum huic ſuo Candelabri operi futurorum poſt ſe hominum curioſitatem lectitando pollicetur. Quid vanius? ſed quid ineptius ridiculo , vt vidimus , opuſculo tam immenſum laudum cumulum expectare ?

De cætero Frater , quando te Baptiſtæ non imparem in portentoſa, & ſtupenda omnibus tua nuditate , auſteritate , pœnitentia , conſimilem fingis , liceat mihi cum legatis ad Ioannem paucis interrogare te: *Propheta es tu ?* Stupuere quondam ſubito Prophetam Saülem factum in medio Prophetarum , dicentes : *Nunquid Saül inter Prophetas.* Te Theologum , Prædicatorem, Auguſtinianum , Diſcalceatum , Chronologum in fronte Candelabri Aurei conſtitueras ; vt inter tot lampades illuſtris, quis, qualis , quantus vir eſſes, *ab humero, & ſurſum*

Ioan. 1. 21.

1. *Reg.* 19. 24.

1. *Reg.* 9. 2.

ſurſum ſuper omnem populum eminens, lateret neminem. Ego nil horum te, nimiam fortè lucem debilioris bubo pupillæ ferre non valens, agnoſcere potui; ſed eò acutius, quo tuas tenebras media in nocte cernens, te aliquo prophetiæ radio perfuſum aduerti.

Quod toto quidem vertice ſupra ſis filium Cis, (nam & ego Iudam in nomine,) & te ſupra Baptiſtam extollas, patet. Quod maiore hominum à Chriſto proclamato te tuoſque Maiores vendites: Maiore enim maior eſſe non poteſt, niſi Maximus. Et quis maximus niſi ſuperlatiuus? Hoc, toto Candelabro vteris, auſteriſſimam, religioſiſſimam, ſanctiſſimam vſque ad ſtuporem, Excalceatam tuam Congregationem propalaſti; & ſupra Baptiſtam auſus, quo facilius Auguſtinum Excalceares, tuoque patri degener proles, colaphum vt mendaci audacius impingeres, *dignum te reputaſti corrigiam calceamenti Chriſti ſoluere*, quæ Præcurſor humillimus ſe *portare iudicauit indignum*.

Marc. 1. 7. *Matth.* 3. 11.

Verum ne quid tuæ prophetiæ deſit, laudumque meritarum cumulo, quod abs te prædictum eſt, impleo, nihil tamen famæ tuæ non inuidendæ inuidus: *Ils ſe laſſeront, & me laiſſeront*: tanto errorum tuorum peragrato

agrato ambitu me laſſum fateor, & te ni velis inſtrui, in tua ignorantia relinquo. [Stili improprietate, magna in Chronicis inſcitia, multiplici in rerum notabiliorum relatione, falſitate, vaniſſima quantulæ tuæ auſteritatis iactantia, aperta eadem in cauſa contradictione, humilitate Phariſaica palliata, ridicula, in quiſquiliis Fratrum tuorum deſcribendis narratione, intolerabili, denique, & indigna, fideli, ſuperbia; feſſus, imò & confectus ad nauſeam, nec ſeptena lampade expectata illuminatior, ſed omnimodo fumo excæcatior, ex Candelabri tui lectione receſſiſſem, niſi vt magna eſt vis antiperiſtaſis, fortior veritas, vna & ſimplex multiplici tuo mendacio, & lux eius ſplendidior, effractis denſiſſimis nebulis] quas eius ſoli effundere voluiſti proruпiſſet.

Ad prima vt verum loquar, libri tui errata de Theologo, & prædicatore ne minima quidem ſuſpicatus, ea non tibi, ſed Typographo imputans, calcem operis conſului: ſed ne vnum quidem ex tantis notatis in hac tertia parte, multoque pluribus merito notandis, ſi per otium licuiſſet, correctum inueni.

Nec eſt quod legendi, vel relegendi tibi tempus, & proinde corrigendi, defuiſſe cauſeris,

Bezeleel in Athanaſio veſtro artifice non elegiſtis, aureæ virum Eloquentiæ, Chronologiæ peritiſſimum, præ cæteris veracem, & fidelem hiſtoriæ diſpenſatorem? Huic proculdubio ſi quis in vobis eſt miniſterio ap-

Luc. 11 35.34. plicaſtis. Rogo ergo, *Videte ſi lumen quod in vobis eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Si oculus veſter nequam fuerit totum proculdubio veſtræ Congregationis corpus tenebroſum erit.* Hoc eſt, ſi tam illiterata veſtra Grammatica, Eloquentia tam rudis, ſi tam irrationalis Logica, Philoſophia tam inſipiẽs, Chronologia extemporanea, Theologia Moralis incompoſita, liberales omnes Artes tam auaræ; ſi veritas mendax, ſimplicitas duplex, ſuperba humilitas in lucem editur, & ſuper Candelabrum ponitur, exponiturque omnibus; Theologis veſtris doctioribus ſubſcribentibus, approbante Prouinciali, Vicario Generali confirmãte, poſt longum, exactumque examen ſeptennij: quid de ipſamet inter vos domeſticis parietibus, & ſub modio veſtro latente, & concluſa totius literaturæ ignorantia cenſendum, mi-

Luc. 11. 35. tioribus etiam arbitris relinquitis? *Si lumen inquam quod in vobis eſt tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Audiuimus Chronologum veſtrum Candelabri opificem, ingens opus

opus Annalium aggredi, vnicum ſcilicet inter vos, ſcribendi dicam an mentiendi peritum? viderit ipſe, viderint, & librorum eius approbatores, quorum fama exſibilanda per authorem, venalis exponitur, vt etſi nihil contra Fidem & Theologiam ſcripſerit, de qua ſi fors ageret in multa, correctione digna impingeret; plurima certè contra bonos mores inſolenti iactantia, & contra hiſtoriæ veritatem innumera ſolitum exarare, tempora, loca, authores, eorumque capita, vel ſubticere, vel in contrarium omninò ſenſum eorum menti detorquere præmoneant, ne hac qualicumque ſuæ Chronologiæ cenſura cautior factus, falſa deinceps pro veris aſtruat, memor verbi Auguſtini: *Ita enim ſolent res geſtæ aſperſione mendaciorum in fabulas verti.* 7. de ciu. c. 35.

Sed quidquid agat in cæteris, id vnum vobis ſufficit, quod multa temerè ſine fundamento, ſine ſcrupulo, in ſanctæ Reformationis, & venerabilis ſandalij commendationem, ſub profundo caputio ſciat excogitata fabulari, lenocinante mendacio.

Nec iniuriis vobiſcum, ſed aduerſum vos, & impoſturas veſtras nuda & cruda veritate contendi: ſi læſerit fratrem Athanaſium aduerſa veritas, conſequens eſt vt

ſeris, cùm in Priuilegio Regio conſtet abſolutum opus eſſe debuiſſe 7. Octobris, 1642. & impreſſio libri perfecta ſit 11. Auguſti 1643. Prætere a cùm annum vnum mendis tuis emendandis ſuffeciſſe diffiteri non poſſis, ex approbationibus, & Theologorũ tuæ Congregationis, & Doctorum in Theologia didici eos legiſſe Candelabrum tuum, hos quidem 18. Decembris, anno 1636. Illos autem iam à 1. Iulij eiuſdem anni. Septem ergo anni, tot lampadibus ornandis, & concinnandis dati, quot Ialyſo Protogenis, nullum errorem continere debuerant, ſed merum oleum, & puram lucem. Vnde ergo tot tenebræ?

Et quod inſolitum queror, quodque iure ſacræ Facultatis Sorbonicæ Doctores in melius reformare cupio, quis vnquam audiuit, non dico Theologiæ priuati alicuius Conuentus Profeſſores, ſed vtcumque Theologos, leuiter forſitan diuinæ huius ſapientiæ Elementis intinctos, approbandorum librorum ſibi authoritatem arrogare?

Sed quis credat niſi oculis ſuis mecum legat etiam R.P.Fr. Gelaſium Vicarium Generalem Diſcalceatorum 19. Aprilis, anno 1642. & rurſum Patrẽ Martialem à S.Franciſca Prouincialẽ 18. Auguſti eiuſdem anni; ſic

ſic exactè hunc librum examinaſſe, vt hæc verba ſuæ approbationi inſeruerint. *Apres auoir obſerué, tout ce qui eſt ordonné par le Concile de Trente, & nos Conſtitutions.* Quid dicam neſcio, Theologos, Doctores Vicarium Generalem, Prouincialem, accuratè, & cum omni circumſpectione, vt dicunt, vt par eſt, examinaſſe Candelabrum aureum & tot, & tantas tenebras, ſi non contra Fidem, certè contra bonos mores in enormi, & ſuperbiſſima iactantia vbique reſperſa, tot in Chronologia lapſus, tot contra veritatem hiſtoriæ mendacia non expurgaſſe, ſed approbaſſe, tot oculos ſuper lapidem vnum apertos cæcutiſſe, quis ferat? *Septem oculi*, ait, *Zacharias ſuper lapidem vnum.* Ne quid ſcilicet, vel vni lapidi ædificio templi deſtinato impoſitum eſſet, tot vigiles oculi circumſpiciunt, in ſculpturam & cælaturam eius elaborandam. Quomodo ergo tot ſoles, tot oculi, tot tantaque errata, vel non percipere potuerunt, vel corrigere noluerunt? Philantia certè velo ſuo denſo nimis, tot obduxerat lumina *vt videntes cæci fierent.*

Zach. 3. 9.

Ioan. 9. 39.

Dicite Reuerendi Patres an tantùm opus aggreſſi ex quo totius Congregationis veſtræ fama pendebat, Candelabrum aureum, templo Eccleſiæ fabricare moliti, alterum

Bezeleel in Athanaſio veſtro artifice non elegiſtis, aureæ virum Eloquentiæ, Chronologiæ peritiſſimum, præ cæteris veracem, & fidelem hiſtoriæ diſpenſatorem? Huic proculdubio ſi quis in vobis eſt miniſterio ap-
Luc. 11 35.34. plicaſtis. Rogo ergo, *Videte ſi lumen quod in vobis eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Si oculus veſter nequam fuerit totum proculdubio veſtræ Congregationis corpus tenebroſum erit.* Hoc eſt, ſi tam illiterata veſtra Grammatica, Eloquentia tam rudis, ſi tam irrationalis Logica, Philoſophia tam inſipiẽs, Chronologia extemporanea, Theologia Moralis incompoſita, liberales omnes Artes tam auaræ; ſi veritas mendax, ſimplicitas duplex, ſuperba humilitas in lucem editur, & ſuper Candelabrum ponitur, exponiturque omnibus; Theologis veſtris doctioribus ſubſcribentibus, approbante Prouinciali, Vicario Generali confirmãte, poſt longum, exactumque examen ſeptennij: quid de ipſamet inter vos domeſticis parietibus, & ſub modio veſtro latente, & concluſa totius literaturæ ignorantia cenſendum, mi-
Luc. 11. 35. tioribus etiam arbitris relinquitis? *Si lumen inquam quod in vobis eſt tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Audiuimus Chronologum veſtrum Candelabri opificem, ingens opus

Digitized by Google

opus Annalium aggredi, vnicum ſcilicet inter vos, ſcribendi dicam an mentiendi peritum? viderit ipſe, viderint, & librorum eius approbatores, quorum fama exſibilanda per authorem, venalis exponitur, vt etſi nihil contra Fidem & Theologiam ſcripſerit, de qua ſi fors ageret in multa, correctione digna impingeret; plurima certè contra bonos mores inſolenti iactantia, & contra hiſtoriæ veritatem innumera ſolitum exarare, tempora, loca, authores, eorumque capita, vel ſubticere, vel in contrarium omninò ſenſum eorum menti detorquere præmoneant, ne hac qualicumque ſuæ Chronologiæ cenſura cautior factus, falſa deinceps pro veris aſtruat, memor verbi Auguſtini: *Ita enim ſolent res geſtæ aſperſione mendaciorum in fabulas verti.* 7. de ciu. c. 35.

Sed quidquid agat in cæteris, id vnum vobis ſufficit, quod multa temerè ſine fundamento, ſine ſcrupulo, in ſanctæ Reformationis, & venerabilis ſandalij commendationem, ſub profundo caputio ſciat excogitata fabulari, lenocinante mendacio.

Nec iniuriis vobiſcum, ſed aduerſum vos, & impoſturas veſtras nuda & cruda veritate contendi: ſi læſerit fratrem Athanaſium aduerſa veritas, conſequens eſt vt

Digitized by Google

fuerit ex aduerſo mendax. Nemo niſi à contrario læditur, ſimile non agit in ſimile, ſed oppoſitum: vt iuxta naturæ ſcopum, diuerſum, aduerſum, contrarium aſſimilet ſibi.

Cæterum ignoras frater quid ſit iniuria, niſi contra ius, aut veritatem probroſum elogium innocenti, & honorandæ perſonæ impoſitum ſcias Næ iniurioſa Congregatio veſtra, quæ innocuos Fratres Arelatenſis communitatis dictis ſcriptiſque famoſis inſequitur, & ſi quos incompoſitos, & diſcolos offenderit inter Prouinciæ paulò laxioris Fratres, non Regia purpura charitatis
1. Pet. 4. 8. obtegit, *operiens multitudinem peccatorum.* Sed Scarabæo ſimilis, vel induſtria præteritis, vel inuidia calcatis roſis ſuaueolentibus bonæ famæ Fratrum meliorum, aliquot improborũ ſtercore, & fœtore paſcitur, quem vicatim, oſtiatimque voluit, ac rotat, vt totum Eremitanum Ordinem odore infamiæ grauioris aſpergat, proſtituatque ſæcularium, vel cachinno, vel odio.

Nec contenta famæ præda, tanta nocendi fame æſtuat, vt per calcatum honorem, faciens ſibi de Fratribus humiliatis colacidas, ad ferculum gloriæ, per *aſcenſum*, non
Cant. 3 10. *purpureum* dilectione, ſed cruentum impietate, ad Conuentus Ordinis, Sanctoſque, ac

Beatos

Digitized by Google

Beatos vtriuſque ſexus in ſuum transfiguratos habitum, ſubreptitiis Bullis decepto Pontifice, reclamante Generali, ſuffurandos inſurgat.

Et poſt hæc tacendum eſt illis, nec tenui ſibilo contra Cham verenda Patrum nudantem ſuſpirandum. Liceat ſaltem cum Micha diuis ſpoliato conqueri, & dicere: *Deos meos tuliſtis, & Sacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis, quid tibi eſt?* **Iudicum 18.24.**

Iterum dico, quid valeat, quid ſonet iniuria euidenter, bone Frater ignoras: honorandæ perſonæ ſi neſcis, vel non recolis, inculco, probroſum elogium eſt. Num tu honorandus qui Diuum Auguſtinum, quem Patrem vocare audes mendacij reum facis, ſi verè tu contra eius ſcripta, & Regulam Excalceatum fingis, & tuo pingis in habitu? Tu honorandus qui excuſſo Obedientiæ iugo, Reuerendiſſimum Generalem inauditum & inſcium primò deinde etiam reluctantem per tot Procuratores deputatos, auita & pacifica, tot ſæculis poſſeſſione deſpolias? Nec eſt quod Congregationem veſtram Summi Pontificis Priuilegio, à Generalis Ordinis Obedientia ſubductam cauſemini, ab eius enim omnino Iuriſdictione pendetis, expreſsè veſtro Breui iubente Vi-

carium veſtrũ Generalem à RR.P.Generali totius Ordinis confirmari. Quod ſi etiam ex benignitate Ordinis, vt ex Priuilegio Pontificis, vtramque vocem in Capitulo Generali habetis, proindeque ex mera gratia pertinetis ad Ordinem, licet in cæteris exempti à Statutis Eremitani Ordinis, priuatis veſtris Conſtitutionibus obſtricti, ſed hoc ſpeciali Decreto, cum omnibus æqualiter,& abſque vlla diſpenſatione tenemini, quò præcipitur, *Reuerendiſſimo Patri Priori Generali totius Ordinis pro tempore exiſtenti, tanquam Patri & legitimo, ac vniuerſali Paſtori, omni cum Reuerentia, & ſubiectione tam Prouinciæ, quàm Congregationes omnes, ac vniuerſi, & ſinguli Fratres, & Moniales noſtri Sacri Ordinis, in omnibus vt decet obediant,&c. Si quis autem verbo, vel facto, directè, vel indirectè; per ſe, vel per alium, quouis colore quæſito diuiſionem noſtri Sacri Ordinis, cuius vnitas in vnitate capitis conſiſtit; procurare auſus fuerit, tanquam ſchiſmaticus, & deſtructor Ordinis habeatur, & voce, & officio, & gradu, & quauis alia gratia ab Ordine ſibi conceſſa priuetur, nec ad prædicta valeat reſtitui niſi per Capitulum Generale: eandem habeat pœnam, qui inconſulto Priore Generali aliquod nouum inſtitutum viuendi in noſtra Sacra*

3.p.conſt. Ord. Erem. c.4.

Sacra Religione introducere attentauerit, vel procurauerit, quo ipſe, vel alius ab obedientia Prioris Generalis eximatur.

Hîc quæro, ſi dum ex Congregatione Diſcalceata ad ſuffragium ferendum in Capitulo Generali Fratres Excalceati concurrunt, dum Generalem, Procuratorem, Definitores totius Ordinis eligunt, an dictum Reuerendiſſimum Patrem tanquam caput ſuum agnoſcant, vel non? Si agnoſcant, vbi honor eius? Si non agnoſcant, vbi & quomodo ad corpus Ordinis Eremitani pertinent, qui nefando ſchiſmate, à totius corporis capite diuidunt? Etſi vocum pluralitas in eligendo Diſcalceato Generali concineret, dicant, ſi vellent cæteros omnes Calceatos eius obedientiæ ſubduci, & furtim obtentis Bullis ſua Monaſteria deprædari, & Innocentum Fratrum deuorata fama inſatiabiles, etiam bonis per calumniam occupatis inhiare.

Quid ergo nedum Auguſtinianæ, ſed & omnibus à natura inditæ præuaricatores Regulæ, aliis probra, calumnias, damna, generis denique omnis iniurias ingerunt, quas ipſi ab aliis pati nolunt. Vbi iuris primigenij æquitas?

Iam tandem fatiſcente calamo, & tanto

Digitized by Google

circumuolatu errorum Athanaſij obtrito, vixque à terra ſuſpenſo, iuſtam libri eius cenſuram exſcribo: Non Candelabrum aureum, ſed luteum; non Chronicon ordinatum recta ſerie temporum, ſed confuſam inconcinnæ rapſodiæ hyperbatum; non hiſtoriam veram, ſed mendaciorum in vnum congeſtorum conſarcinatam pharraginem debuiſſe inſcribi.

Legiſti Frater, quid acciderit Balthazari,
Dan. 5. 5 vaſa pretioſa Templi prophananti: *In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra Candelabrum, &c. Hæc*
Dan. 5. 25. *eſt autem ſcriptura, quæ digeſta eſt: Mane, Thecel, Phares; & hæc interpretatio ſermonis: Mane; Numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud: Thecel; Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens: Phares; Diuiſum eſt regnum tuum, &c.* Nullam ex interpretatione purpuram à Rege, nullam collo torquem auream, nec tertiam in Regno poteſtatem expecto, ſola gloria veritatis agnitæ, proſtratique mendacij, & innocentium cauſa ſuſcepta, multò magis errantium Excalceatorum ad caput Generalem dico; Originem (verum Eremitarum Ordinem intelligo) Fratrumque pacem, & communem vitam, habitum, formam, ſi ſapiunt,

Digitized by Google

piunt, reditu pleniſſimè contentus.

Mane ergo, appenſus es bone Frater cum Candelabro tuo aureo in ſtatera, & inuentus es minus habens: nec enim in te inueni aurum ſolidum, ſed iuxta D. Auguſtinum ſupra relatum, *Nullius ponderis fumum*, inuentus es minus habens Grammaticæ, Rhetoricæ, Chronicæ, veritatis, modeſtiæ, humilitatis, quàm Auguſtini eloquentiſſimi, doctiſſimi, veritatis, humilitatiſque amantiſſimi, & Eremicolarum principis deuotiſſimi, candidiſſimique, ſe filium verum, & hæredem profitentem, decuiſſet; *Auguſt. ſuprà.*

Thecel numerauit Deus Regnũm tuum: *Et qui intelligit cogitationes de longè, & omnes vias pedum Excalceatorum præuidit*: nouit quod norunt veri hiſtoriographi cum Spondano, Excalceatorum Cõgregationem, non iam regnare, ſed de nihilo emergere cœpiſſe anno Chriſti 1599. approbante Clemente VIII. Conſtit. 63. Nullum ante hac vel leuiter de huiuſmodi Congregatione inſtituenda ſomniando cogitaſſe. Quod vel ex eo manifeſtè patet, quod ante Bullam, & tempora dicti Pontificis omnes prius Pontifices ſimpliciter, & abſolutè, nulla nempè hac differentia, & diſſimilitudine habitus, & formæ viuendi viſa, Bullas ſuas & *Pſal. 138. 3.* *Spond. anno 1599. tomo 3.*

Breuia

Breuia Apoſtolica Ordini Eremitarum Sancti Auguſtini direxiſſe, nec fuiſſe prius Ordinem in Eccleſia nominatum Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſtini: & per conſequens, quotquot Fratres, ſiue Moniales alicuius nominis ſiue Calceati ex primo, & communi inſtituto fuerint, ſiue ex priuato, & ſpeciali feruore, cum Superiorum nihilominùs licentia, calceis excuſſis Sandalia ſumpſerint, vel Nudipedes inceſſerint: quantumcunque frater Athanaſius garriat; ante dictum annum quo cœpit Diſcalceatorum Congregatio, ad verum & antiquum Ordinem Eremitarum à D. Auguſtino ante mille ducentos, & amplius annos inſtitutum, & ad noſtra vſque tempora, ſine interruptione contra ſæuientes perſecutionum procellas propagatum, & non ad nouellam hanc & pridianam, vt ita dicam ſocietatem Diſcalceatam pertinere. Vndè vanè ad Regni tui Coronam caputque tuum diademate cingendum, Calceatorum Ordini detractos Sanctos vtriuſque ſexus tibi excalceas. Errorum porrò tuorum numero ſine numero ſubducendo, vix tota calculatoris argumenta ſufficiant.

Phares: Diuiſum eſt Regnum tuum: *Omne enim Regnum diuiſum deſolabitur*; diuiſus

Luc. 11. 17.

uiſus es à capite, & corde, & radice, à Generali tuo,& vero Ordine, peribis à populo tuo.Si enim mihi & prophetari,ſed non procul fari,fas eſt: *Diuiſum eſt cor eorum,nunc interibunt:* Et quid adhũc fumantibus nebulis tenebricoſi Candelabri, & Lampadum extinctarum eius illuſtrandis immemor? Lucernam Epicteti fictilem tribus drachmarum millibus poſt obitum eius emptam accepi, nec pœnitendis ſumptibus; quod ad eius lucem radiis Solis aureis in argenteis tabulis excudi digna theoremata, vir Stoïcus, bonis moribus inſtructiſſimus elucubraſſet. Ego verò magnam ex titulo Candelabri aurei Eremitanæ hiſtoriæ lucem mihi pollicitus, vacua ſpe deluſus, vix opus manuum figuli ab aurifice, toto operis eius decurſu reperi; & quadraginta aſſes in Candelabrum aureum impenſos tantulam argenti ſummulam perditam, vt & lectionis,operæ,olei,& temporis iacturam doleo. Imò verò gaudeo, & reſumens cum Auguſtino animum, de D.Thomæ fœlici incredulitate loquente, ſic dico: *Bona Athanaſij ignorantia, quæ erudiuit ignaros, quæ inſtruxit incredulos*, eius quippe ignorantia vehemens mihi ad ſciendum deſiderium accẽdit, vt oppreſſam mendaciis ſedulò

Oſea 10. 2.

Aug. de S. Thom.

lò quærerèm & inuenirem veritatem ; quæ nunc euicto contrario, medio ex Democriti puteo benè lota, & deterſa, purior emicat. Neque enim impar in hoc negotio mulieri Euangelicæ, verſa & ſcopata, Eremitanæ Familiæ domo, non vnam drachmam, Doctorem vnum, Epiſcopum, Martyrem inſuper vtriuſque ſexus, ſed millenas inæſtimabilis pretij, non drachmas dicam, ſed margaritas, ſed lichnites, ſed carbunculares lampades, nullo tentationum turbine extinguibiles, Eremitici Ordinis, ſub cõficto cilicij modio, in ſordibus & puluere ſandaliorũ tenebriſque fabellarũ immerſas, abſorptaſque recuperaui, & matri familias, magnæ inquam Eremitarũ Religioni inuentas retuli.

Ergo agite veri & legitimi Auguſtini Fratres & filij: *Congratulamini mihi, quia inueni drachmas quæ perierant vobis.* quas vobis, fraude vel ignorãtia fr. Athanaſius ſubduxerat. Vos verò chariſſimi Fratres Excalceati, ab inflatione veſtra detumeſcite, & nouum recentemque viuendi modum, glorioſo Reformationis nomine, pertinaciter inſcribere deſinite, vel id vobis Tertulliani adſcribi ſuſtinete. Non quod vos in materia Fidei Hæreticos cenſeam, ſed eiuſdem Affricani, & Auguſtini mente, veſtro ſenſui, contra

Luc. 15. 9.

rei,

rei, & hiſtoriæ totius veritatem ſingulariter adhærentes, veſtramque, Authorum omnium opinioni præferentes. *Hinc iam deſtinari poſſit Hæreticus, qui deſerto quod prius fuerat, id poſteà ſi elegerit, quod retro non erat. In tantùm enim deputabitur, quod poſteà inducitur; in quantum veritas habebitur, quod retro & à primordio traditum eſt.* Et quod idem alibi; *Soleo in præſcriptione aduerſus hæreſes omnes de teſtimonio temporum compendium figere; priorem vindicans Regulam noſtram omni hæretica poſteritate.* Nec incongruè reſumo quod iampridem cum Auguſtino diximus hæreſim fuiſſe Diſcalceatorum, qui litteræ Occidenti veteris Teſtamenti tenacius affixi, nudo pede incedendum eſſe volebant, quod Moyſi ſemel dictum fuerit ſolue Calceamentum tuum de pedibus tuis: quanto melius hoc ſibi merentur elogium, qui contra verba expreſſa Auguſtini, veros eius Eremitas, ſoloſque Reformatos Ordinis, Excalceatos eſſe contendũt. Neque verò vt in prima Apologetici præfatione cũ Tertulliano proteſtatus ſum intendi *vulnera Diſcalceatis imprimere, ſed oſtendere*: non lædere, ſed ſanare, & aſperſis ſalibus, mordacis ex genio veritatis, perfricatum corpus Congregationis Excalceatæ

Tertull. 1. cont. Marc. c. 1.

5. cont. Marc. c 18.

ſomno

ſomno Apoplectico excutere. Et quod ſanum eſt in vero Eremitano Ordine hac
Cant 5. 5. *Myrrha probatiſſima condîtum*, digito calamoque ſtillante, à corruptione habitus, & Regulæ nouella Reformatione inuecta, inuentaque conſeruare.

Quid ſupereſt? niſi vt veritas iam ſolido ſuo impoſita quadro, firmaque Baſi ſtabilita, vndique illices formæ ſuæ radios eiaculans, omnium ſibi, & Calceatorum, & Excalceatorum captet amorem. Erit poſthæc tam duræ ceruicis aliquis, qui tot Pontificum Bullis, ſcripturæ locis, vel Propheticis, vel apertis, tot Doctorum, Chronicorum, & ipſiuſmet Auguſtini textibus euidentiſſimis, tot denique ex hac Tripode rationum productis Oraculis, abnuat aſſentiri? *Diuum Auguſtinum verè, ac propriè Calceatum exemplo Chriſti Domini, & Fratres Auguſtinianos Excalceatos nec eſſe, nec poſſe dici Reformatos Eremitici Ordinis; eorumque in contrarium Bullas, & Candelabri aurei teſtimonia, peremptoriè de ſubreptionis, obreptionis, mendacij, & impoſturæ multiplicis vitio pleniſſimè conuicta.*

Agite ergo Fratres, immò *Satagite vt per bona opera* (veræ humilitatis, perfectæque Charitatis verbo, & exemplo Diui

Augu

Digitized by Google

Auguſtini præſcriptæ,) *vocationem veſtram, & electionem, certam faciatis*, poſt multos tandem circuitus errorum, veſtigia Auguſtini calceata relegite, virtutum eius exempla ſequimini, & cùm maior, quæſito à vobis Reformationis colore, ſit in Ordinem inducta deformitas, quam cum Alexander IV. viſione apparentis ſibi Auguſtini, non in veſtro, ſed Eremitano habitu, de prima vniformitate reſtauranda, recolligendiſque in vnum Ordinem Fratribus varia diuerſitate diſtinctis admonitus fuit, vno animo à Summo Pontifice ſupplices poſtulate; vt tam veſtra præ cæteris à vero Ordine differens, quàm Congregationes omnes, quæ hactenus Vicarios Generales habuerunt; omnes in vnum caput, corpuſque redactæ, in perfecta rerum omnium communione, eademque Regula, habitu, formaque viuendi, diuiſionum extincto fomite, vno ore, vno cantu, vno habitu, *honorificetis Deum, & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti*, cui laus ſit in omnibus, & de omnibus in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

DECRE

Digitized by Google

DECRETVM
SACRÆ CONGREGATIONIS,
S. R. E. CARDINALIVM.

Impreſſo iam libello peruenit ad manus noſtras præſens Decretum Sacræ Congregationis, S. R. E. Cardinalium, negotiis & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſitæ. Quo Diſcalceati præcipiuntur Conſtitutiones ſuas, nouiſſimè impreſſas reformare, & Conuentum Maſſilienſem veris Auguſtinianis reſtituere.

Sacra Congregatio S.R.E.Cardinalium negotiis & Conſultationibus Epiſcoporum & regularium præpoſita verba illa quæ leguntur in conſtitutionibus Fratrum Diſcalceatorum Sancti Auguſtini Congregationis Galliæ nouiſſimè impreſſis part 1. cap.5. de voto paupertatis §.2.*videlicet,* Conuentus autem S.P.N. Auguſtini licebit acceptare & reformare & in eis vices & miniſteria aliorum religioſorum ſupplere. *Declarat male & per errorem, dictis conſtitutionibus etiam in originali appoſita & inſerta fuiſſe ac proinde tollenda & delenda fore & eſſe, prout tolli & deleri ac pro non appoſitis haberi decernit & mandat,&c. Romæ die 17. Martij* 1645. *Cardinalis Ginetus N. Archepiſcopus Patracenſis, ſecretarius, Locus † ſigilli.*

In cauſa Conuentus Maſillienſis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini vertens, inter Fratres Calceatos & Fratres Diſcalceatos congregationis Galliæ eiuſdem Ordinis: Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium, negotiis & conſultationibus Epiſcoporum & regularium præpoſita cenſuit committendum, prout tenore præſentis decreti committit Domino Nuncio Apoſtolico apud Chriſtianiſſimum Regem reſidenti vt conſtito ſibi prius quod in dicto Conuentu per Fratres Calceatos Prouinciæ ad quam antea pertinebat obſeruantia & diſciplina regularis iuxta præfati Ordinis conſtitutiones & cleri & populi Maſſilienſis ædificatione introducenda & continuanda ſit, eundem Conuentum dictis Fratribus præfatæ Prouinciæ reſtitui curet mandet, ſin minus ſuper difficultatibus emergentibus & quid in hac parte ſtatuendum putauerit, eandem ſacram Congregationem informet. Datum Romæ die 17. Martij 1645. M. Cardinalis Ginetus N. Archiepiſcopus Patracenſis ſecretarius, locus † ſigilli.

Collatio facta eſt ad Originale ſanum & integrum cum præſentibus redditum offerenti, per me Notarium publicum apoſtolicum & Eccleſiaſticum Pariſiis commorantem ſubſignatum: Actum Pariſiis anno Domini 1645. die vero 25. menſi Aprilis. LE G AY *Notaire ſouſigné.*

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

n. 5. C. 1. 9

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCA[illegible]
194[illegible]